R-9430

# D. N.
# REMIGII DE GONNI
## IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR.

***DE IMMVNITATE ECCLESIARVM** quoad perſonas confugientes ad eas Tractatus Aureus, conſuetudinique quotidianæ perutilis.*

Omnia denuo à quamplurimis quibus antiqua & penè obſoleta excuſsio ſcatebat mendis diligentia ſumma repurgata.



*CVM PRIVILEGIO.*

Salmanticæ excudebant Ioannes & Andreas Renaut fratres. Anno 1589.

*Expenſis Didaci Roderici bibliopolæ.*

R-9430

# D. N. REMIGII DE GONNI IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR.

*DE IMMVNITATE ECCLESIARVM quoad perſonas confugientes ad eas Tractatus Aureus, conſuetudinique quotidianæ perutilis.*

Omnia denuo à quamplurimis quibus antiqua & penè obſoleta excuſsio ſcatebat mendis diligentia ſumma repurgata.



*CVM PRIVILEGIO.*

Salmanticæ excudebant Ioannes & Andreas Renaut fratres. Anno 1589.

*Expenſis Didaci Roderici bibliopolæ.*

EL Licenciado Pardo abogado en eſta corte digo, q̃ yo he viſto por mandado de vueſtra Alteza vn libro de molde que compuſo el Doctor Remigio de Gonni, intitulado Immunitate Eccleſiarum, ſobre la licencia que pide Diego Rodriguez mercader de libros de Salamanca, para que por el ſe impriman otros, y con las emiendas que lleua, ſiendo vueſtra Alteza ſeruido podra mandar ſe le de la dicha licencia, porque el libro es vtil e neceſſario. En Madrid.31.de Agoſto, de 1588.

El Licenciado
Pardo.

# EL REY.

POR quanto por parte de vos Diego Rodriguez mercader de libros vezino de la ciudad de Salamanca nos fue fecha relacion, que por auer como auia en eſtos nueſtros Reynos mucha falta de vn libro intitulado Remigio de Gonni de immunitate eccleſiarum, y el que auia ſer de vna impreſsion antigua, auia reſultado no poderſe aprouechar de ſu lectura las perſonas que tenian dello neceſsidad, y por ſer obra vtil y muy neceſſaria nos pediſtes y ſuplicaſtes vos mandaſſemos dar licencia para poder imprimir el dicho libro, con priuilegio por tiempo de diez años, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron en el dicho libro las diligencias que la pragmatica por nos vltimamente fecha ſobre la impreſsiõ de los dichos libros diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, e yo tuuelo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo de diez años cumplidos, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha della, podays imprimir y vender en eſtos nueſtros reynos el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro conſejo ſe vio, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin dellas de Chriſtoual de Leon nueſtro eſcriuano de Camara, de los que reſiden en el nueſtro conſejo, y con que antes que ſe venda le traygays ante ellos, juntamente con el original que ante ellos preſentaſtes, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o traygays fe en publica forma, en como por corrector nombrado por nueſtro mandado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original, y quedan anſi miſmo impreſſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que anſi fueren

impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen aueys de auer y lleuar, y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna no le pueda imprimir ſin licencia vueſtra, ſopena que el que lo imprimiere o vendiere, aya perdido y pierda todos y qualeſquier moldes y aparejos que del tuuiere, y los libros que vendiere en eſtos nueſtros reynos, e incurra mas en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para nueſtra camara, y la otra tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y mandamos a los del nueſtro Conſejo, Preſidentes y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, alguaziles de la nueſtra caſa, corte, y chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que guardẽ y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y contra el tenor y forma della y de lo en ella contenido no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Sant Lorenço a catorze dias del mes de Septiembre de mil y quinientos y ochenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro ſeñor.

Iuan Vazquez.

# AMPLISSIMO DOMINO HIERONYMO Manrico Salmanticenſi Epiſcopo meritiſsimo, Didacus Rodericus. S. P.

*QVI humanam ſocietatem, vigilantiſsime antiſtes, libris conſcribendis adiuuare conati ſunt, viuis tantum hominibus profuerunt, qui verò alienos libros typographorum inertia propemodum pereuntes repoſuerunt, non modò viuis, ſed etiam ipſis autoribus iam mortuis opem tulerunt. Cùm igitur libellus de immunitate eccleſ. à Remigio de Gonnij cõſcriptus ita mẽdis ſcatens per manus hominum iret, vt vix, atq; ne vix quidem intelligi poſſet, curaui ipſum mendis purgandum: quò facilius ab omnibus intelligeretur, illuſtriuſq; ipſius autoris nomen redderetur. Sed cùm obtrectatorum iniquitas tãta ſit, vt nemo vnus eorũ linguas poſsit euadere, exiſtimabam hunc libellum, cùm de immunitate inſcriberetur, immunẽ ab huiuſmodi iniuria quaſi ſuo iure eſſe debere, quod quò facilius conſequi poſſet, in tuo nomine edendum curaui, vt qui Eccleſiæ Salmanticenſis onere ſuſcepto immunem ipſam eccleſiam ab omnibus iniurijs conſtituiſti, hunc quoque libellum de immunitate agentem immunem ab obtrectatoribus redderes. Suſcipe igitur huius opuſculi tutelam non alienam à tuæ vitæ rationibus, meamq; in te pietatem in eo agnoſcas, quòd, cùm ad paſtoris munus obeundum magis negotium, quàm otium, magis onus, quâm honos abs te tibi propoſitum ſit, illud abs te petere conſtituerim, quod tuis inſtitutis conſentaneum, tibique iucundiſsimum eſſet præſtare. Vale.*

# REMIGIVS DE Gonni Iuris vtriuſque Doctor Lectori ſalutem.

COGITANTI mihi candide Lector, præclarum illud Platonis dictum, quod tantopere probatur Ambroſio, nos ſolis nobis natos non eſſe, ortuſque noſtri partem patriam, partem parentes, partem amicos vendicare: Viſum eſt ſi quid poſſem vtilitatis in communem humani generis ſocietatem, proferre, quia exiſtimarem id veriſsimum eſſe quod Stoicis placuit, homines hominum cauſa eſſe procreatos. Sed qua re potiſsimum prodeſſe poſſem multum diuque dubitaui. Huius autem dubitationis cauſam ſuſtulerunt honeſta illa, quibus iampridem me addixeram, Iuris ciuilis ſtudia, quod quam ſit homini neceſſarium facilius eſt animo concipere, quam oratione exprimere. Quantis enim quæſo commoditatibus eius ignaratio rerum publicarum adminiſtratores & his ſubiectos ciues priuat? quò diligentius elaborandum eſt in ſcientiæ legitimæ interpretatione facienda, de qua etſi multi multa dixerunt, non tamen omnia ſic excuſſerunt vt omne auferrent poſteris quo ſe exercerent argumentum. Id planum eſt, vel ex eo Themate, quod mihi tractandum deſtinaui, in quo explicando Laconiſmo vti conſtitui ſumma quæque capita perſtringens, vt magnitudo vtilitatis vincat copiam orationis. Hoc totum in tuam gratiam ſuſceptum eſt optime Lector, liberaliter accipe quod ab animo benefico proficiſcitur, & exiſtima non officiorum genere, ſed voluntatis bonitate benignitatem eſſe metiendam. Bene vale.

INDEX



## Sequuntur Themata, & Concluſiones, quas Epilogi, ſeu Indicis eorum quæ in hoc libello continentur hîc poſuimus.

*A*

*ASYLVM apud Romanos quid dicebatur. nu. 9. pag. 7.*

*Ad œconomi officium pertinet, vt confugientium ad eccleſias perſonas cauſaſq́, inceſſanter conquirat. nu. 3. pag. 18.*

*Eccleſia etiam non conſecrata gaudet immunitate modo autoritate ſuperioris fuerit conſecrata. num. 1. pag. 19.*

*An Baſilica immunitate gaudere debeat. num. 4. pag. 23.*

*An oratorium gaudeat immunitate. numer. 10. pag. 33.*

*An atrium eccleſiæ congaudeat immunitate. num. 1. pag. 65. & pag. 75.*

*Ambitus quot modis accipitur. num. 1. pag. 82.*

*Ambitus eccleſiæ quando gaudeat immunitate. num. 2. pag. 82.*

*An palatium, ſeu domus Epiſcopi, gaudeat immunitate. num. 1. pag. 85.*

*An extrahens clericum excommunicatur. num. 2. pag. 143.*

*Animus occidendi, quomodo cognoſcatur. num. 7. pag. 156.*

*Aggrediens aliquem animo occidendi, aut vulnerandi, an gaudeat ſecuritate. num. 8. pag. 156.*

*Aſſaſinus nullo immuni priuilegio iuuatur. num. 1. pag. 160.*

*Qui aſſaſini dicantur. numero. 2. pagin. 161.*

*Sex quæſt. 13. priuilegi in hac materia remiſſiuè hic inſeruntur. num. 3. pag. 164.*

*Aſſaſinus ſolo mandato, tametſi nullus affectus ſecutus ſit punitur. numer. 4. pag. 166.*

*An extrahi debeat extra eccleſiam, per quam captus ducitur. numero. 1. pag. 242.*

*B*

*BASILICA, pro heremitario ponitur. numero. 5. pagina. 23.*

*Banniti diffinitiuè ſuam delicti non habet immunitatem. numero. 1. pag. 251.*

*Secus, ſi interlocutoria iudicis ſententia bannitus ſit. numero. 2. pag. 252.*

*C*

*CASVS in quibus fugien. ad eccleſiam non gaudeant immunitate. num. 1. pag. 2.*

*Campanillæ, ſunt indicia Eccleſiæ. nu. 5. pag. 25.*

*Quid propriè cœnobium dicatur. numer. 13. pag. 45.*

In his capellis quando celebrare liceat inconſulto Epiſcopo. nu. 16. pag. 47.
Capellarum materia, remiſſiuè hic tangitur. nu. 17. pag. 47.
Cimiterium habet eandem immunitatē, quam habet eccleſia. nu. 1. pag. 49.
In cimiterio cauſa ſanguinis non agitetur. nu. 2. pag. 49.
Polluta vel interdicta eccleſia, cimiterium pollutum, aut interdictum cenſetur. num. 3. pag. 49.
Cimiterium cur ſic dictum. nu. 5. pa. 51.
Cimiterium longe ab eccleſia ſeparatum num gaudeat immunitate. n. 6. p. 51.
Cimiterium num iure ab eccleſia remotum eſſe poſſit. nu. 7. pag. 52.
Cimiterium reconciliari debet eo caſu, quo eccleſia. num. 10. pag. 55.
Violans locū contiguum eccleſiæ, ipſum locū violare præſumitur. n. 11. p. 56.
Cimiterium illos paſſus contiguos num oportet connumerare. nu. 4. pag. 60.
Cimiterium quot paſſus continere debeat. num. 5. pag. 61.
Confugiens ad ſtatuam præfecti, gaudet immunitate. nu. 6 pag. 62.
Clauſtrū an gaudeat immun. nu. 3. p. 81.
Cimiterium à paſſu quantum differat. nu. 4. pag. 81.
Confugiens ad eccleſiam interdictā, an gaudeat immunitate. nu. 1. pag. 83.
Confugiens ad principis perſonam ſecuritatem habet. nu. 1. pag. 117.
Committens quæcunque grauia crimin. in eccleſia, nulla ſecuritate donetur. num. 5. pag. 130.
Committens furtum in eccleſia, immunitate non gaudet. nu. 6. pag. 132.
Idem in eo qui ſacrilegium in eccleſiā committit. nu. 7. pag. 134.
Et in eo qui adulterium in eccleſia perpetrat. nu. 8. pag. 134. Vel raptum. nu. 9. pag. 134.
Sed & in alijs delictis idem exiſtimandum eſt. nu. 10. pag. 134.
Conſtitutus in eccleſia, mandans extra eccleſiam delictum committi, non fruitur immunitate. nu. 1. pag. 137.
Committens delictum in eccleſia, ſi poſtea aliud committat, an poſſit gaudere immunitatis priuilegio. numer. 4. pag. 140.
Tres caſus, quibus homicidia ab eccleſia extrahi poteſt. nu. 2. pag. 151.
Conſuetudo contraria num valeat. nu. 3. pag. 287.
Caſtellantes eccleſiā, vel inde pugnand. an extrui poſſunt ab eccleſia. num. 1. pag. 196.
Committens inorme delictum, indignus immunitate & priuilegio num exiſtat. nu. 1. pag. 238.
Tria inſunt citationi, de quibus hic. numer. 2. pag. 307.
Clericus armis, an defendere poſſit ne reus ab eccleſia extrahatur. nume. 1. pag. 296.
Opini. Bald. in hac quæſtione notanda. nu. 2. pag. 296.
In clericum violentas manus inijciens. num. 2. pag. 83.
Ratione capellæ an domus gaudeat immunitate. num. 2. pag. 90.
Clericum extrahens ab Eccleſia an excommunicetur. nu. 2. pag. 144.
Clericus, qui per magiſtratum ſecularem
rem



rem dicitur, per clericos auferri poteſt. nu. 3. pag. 297.
Duæ declarationes circa hanc materiā. num. 4. pag. 300.
Diſtinctio notanda in propoſita quæſtione. num. 5. pag. 302.
De gladio eccleſiaſtico hic legito. num. 6. pag. 202.
Quando clerici arma mouere poſſint. numer. 7. pag. 202.
Cuilibet, & contra quemlibet, quando duplici gladio, vt liceat. n. 8. p. 203.

D

DVO oratorij hic deſcribuntur. num. 7. pag. 29.
Dormitorium gaudet immunitate. num. 1. pag. 58.
Domus appellatione an porticus contineatur, & quid in materia pœnali, vnde hic latè. num. 3. pag. 66.
Domus appellatione, an veniat illius oſtium. nu. 2. pag. 65. & pag. 70.
Domus appellatione, an ſcalæ contineantur. nu. 2. pag. 66. & pag. 74.
Domus eccleſiæ num gaudeat immunitate. nu. 1. pag. 89.
Damnatus ad mortem, ſi recipiat corpus Chriſti, num gaudeat immunitate. nu. 1. pag. 98.
Ductus ad patibulum, ſi obuiet Cardinali, an morte liberetur. nu. 1. p. 102.
Domus omnino deſtructa, non eſt eadē quæ antea erat. nu. 2. pa. 104.
Differentia inter Palatium & aulam. pag. 119.
Delinquens in eccleſia vel cimiterio, hac ſecuritate non fruatur. numer. 1. pag. 226. & nu. 19. pag. 15.
Etiam ſi ſine ſpe immunitatis delinquat. num. 2. pag. 226.
Quod ſi ex propoſito non delinquerit, ſed fortuito aliud conſtituendum. nu. 3. pag. 227.
Concluſio in hac quæſtio. nu. 4. pa. 229.
Delinquens in vna eccleſia, ſi fugit in alteram, num hoc priuilegio donetur. num. 1. pag. 146.
Tres concluſiones in hac materia legito, num. 2. pag. 148.
Delinquens prope eccleſiam animo confugiendi ad eam, quando gaudere poſſit. nu. 1. pag. 201.
Debitor obligans ſua bona & perſonam ad ſoluendum debitum, ſi aufugiat ad eccleſiam, an gaudeat immunitate. num. 6. pag. 235.
Diuerſas opiniones in hac materia hic legito. num. 7. pag. 136.
Delictorum, aliud ſeculare, aliud eccleſiaſticum. num. 2. pag. 311.

E

ECCLESIA decem immunitates habet. nu. 4. pag. 4. & 5.
Eccleſia materialis, num eccleſia nominanda ſit. nu. 2. pag. 19.
Eccleſia, Baſilica appellatur, & cur ita. nu. 3. pag. 21.
Eccleſia ab oratorio, in quo differat. nu. 1. pag. 25.
Eccleſia materialis, templum dicitur. num. 1. pag. 38.
Eccleſia, tabernaculum appellatur, & cur ita. num. 2. pag. 39.
Eccleſia dicitur ſanctuarium, & quare. num. 3. pag. 40.
Eccleſia, aula regis appellatur. n. 4. p. 40
Eccleſia,

Eccleſia, monaſterium vocatur.num.5. pag.41.

Eccleſia, cœnobium dicitur, & qua ratione.num.12.pag.45.

Eccleſiæ parrochiales num cimiterium habere poſſunt.num.8.pag.52.

Extrahens fugien. in eccleſiæ porticum excommunicari debet. nu.4.pag.65.

Familia epiſcopi num gaudeat immunitate.num.3.pag.88.

Epiſcopi quando ius viſitandi eccleſiam habet.num.3.pag.95.

Quid de eo qui fugit ad Euchariſtiam. num.3.pag.99.

Eccleſia omnino deſtructa, ſic quòd nulla ædificij veſtigia remaneant, num gaudeat immunitate. num.1.pagina 104.

Eccleſia perdit priuilegium quando deſtruitur autoritate ſuperioris, alias ſecus.num.5.pag.107.

Exiſtens in Eccleſia, ſi vulneret conſtitutum.num.1.pag.135.

Quando principium, vel finis huius rei. num.2.pag.136.

Exiſtens in vno loco, ſi mandet delictũ, alio committit vbi conueniri debeat. num.2.pag.137.

Eccleſia, capella dicitur, & curita. nu.15.pag.46.

Exiſtens extra eccleſiam vulnerãs, aut percutiens conſtitutum in eccleſia, quando gaudeat immunitate.num.1. pag.141.

Exiſtens in eccleſia, mandans delictum committi, an etiam ſecuritate ponetur.num.1 pag.136.& pag.141.

Extrahens aliquem de eccleſia, quando gaudeat immunitate.nu.1.pag.142.

Extrahens aliquem ab eccleſia per partem clamidis aut mantelli, an violet immunitatem.nu.1.pag.143.

Si quis voluntariè exeat de eccleſia, ſi poſtea puniatur, num videtur offenſa eccleſia.nu.1.pag.149.

Excommunicatus vel interdictus, quando gaudeat immunitate.num.1.pag. 184.

Quid in degradato.num.2.pag.186.

Eccleſia, an caſtellari poſſit. nu. 2. pag. 197.

Effractor carceris, an iuuetur hoc priuilegio num.1.pag.240.

Ex alieno territorio, delinquens extrahendus non eſt.nu.5.pag.263.

Exiſtenti in immunitate, quando obſidis opponi poſſint.num.1. pag. 286.

Exiens ab eccleſia, terrore ſibi incuſſo ſi capiatur, an reſtitui debeat. num. 1. pag.310.

F

FVGIENS ad eccleſiã, duplicẽ habet immunitatẽ.nu.11.pa.8.

Fugiens ad eccleſiam, ſi vult ſponte ſua ab illa exire, immunitate gaudere debet.num.12.pag.8.

Si ſua ipſius ſponte ab eccleſia exierit, & poſtea per iudicem ſecularem ad mortem vel aliam pœnam damnetur, non ob id offenſa creditur eccleſia.num.13.pag.9.

Quid in his hodie vſus recipiat. nu.14. pag.9.

Fugiens ad cimiterium, num gaudeat immunitate. ſi prius ad eccleſiam nõ confugerit.nu.9.pag.54.


Familia




Familia epiſcopi num gaudeat immunitate pag.88.

Fugiens ad porticum eccleſiæ, quando gaudet immunitate.nu.1.pag.65.

Item qui de fugien. ad ſacerdotem. nu. 2.pag.98.

Fugiens ad ſtatuam principis, gaudet immunitate.nu.1.pag.115.

Fugientes ad puteum, olim ſalui erant. num.2 pag.116.

Fugiens malitioſe ad ſtatuam principis, non gaudet immunitate.nu.3.p.117.

Fautores aſſaſinorum, non gaudent immunitate nu.4.pag.174.

Quid in aſſaſinis olim ſtatuendum ſit, hic legito nu 10.pag.174.

Fugiens ad eccleſiam propter debitum, quando gaudeat immunitate.numer. 1.pag.224.

Fugientibus ad eccleſiam, quis illis victus cauſa neceſſaria ſubminiſtrare tenetur.nu.1.pag.290.

Fugiens ad eccleſiam, verbaliter citari poteſt.num.1.pag.307.

H

HOmicidia lator, aut alius reus ad eccleſiam fugiens, an poſſit per iudicem ſecularem, inde realiter extrahi.nu.10.pag.7.

Ab heremitaria gaudeant immunitate. num.6.pag.23.

Si non conſtet heremitaria ab epiſcopo conſecrata, an præſumatur.n.7.p.24.

Hoſpitalia, an immunitate gaudeant. num.1.pag.91.

Signa cognoſcendi, an hoſpitale ſi religioſum.num.4.pag.97.

Homicidia inſidioſus hac ſecuritate careat.num.1.pag.150.

Homicidia inſidioſus priuilegio clericali apud Gallos non gaudet. num.3. pag.51.

Habilitas ſuperueniens, quando conualidet actum præcedentem. numer. 2. pag.313.

Homicida quibus caſibus ab eccleſia extrahi poſſit.num.2.pag.151.

I

IMMVNITAS eccleſiaſtica, iure diuino probata.nu.5.pag.5.

Et iure canonico permiſſa.nu.6.p.6.

Infançon quis dicatur. pag.113.

Et à iure ciuili comprobata. nu.7.pa.6.

Et apud Romanos antiquitus obſeruata.num 8.pag.7.

Immunitas confugientiũ ad eccleſiam, qua ratione inducta ſit.nu.2.pag.18.

Iura de clauſtris loquen. hic referuntur. num.1.pag.79.

Iniiciens manus violentas in clericũ depoſitũ, eſt excõmunicatus. n.2.p.83.

Exiſtẽs in eccleſia. ſi vulneret cõſtitutũ extra nõ habet ſecuritatẽ.n.1.p.135.

Inſidioſè ducens aliquem in locum, vbi occiſus eſt, non gaudet immunitate. num 1.pag.138.

Inſidioſus quis dicatur.nu.2.pag.138.

Iudæus, paganus, hæreticis non donetur immunitate.num.1.pag.178.

Iudæi criminibus irretiti, aut mole debitorum ad fidem Chriſtianam, an recipiendi ſit.nu.2.pag.179.

Quid in Apoſtata nu 3.pag.181.

Conciliatio opinionum in hac materia. num.4.pag.183.

Incarcerato, ſi detur licẽtia Miſſam audiendi

diendi in Eccleſia, an inde extrahi poteſt.nu.1.pag.198.
Ingreſſus monaſterij, aut profeſsio dolo facta, an vitietur. nu.5.pag.206.
Diſtinctio circa dolum bonum, & malum notanda.num.6.pag.207.
In principali quæſtione pulchra ponitur hic diſtinctio, & variæ opiniones referuntur.nu.7.pag.208.
Iudex malefactori, fidem præſtitam, an ſeruare teneatur.nu.8.pag.209.
Qui iurauit tenere obſtagium pro debito, ſi aufugit ad eccleſiam, an compelli poſsit, vt redeat ad obſtagium. num.5.pag.234.
Interficiens, aut mutilans clericum ponantur omni iuris beneficio. num. 1. pag.247.
An iudex ſecularis poſsit laicum eijcere ab eccleſia.num.1.pag.254.
Si quis immunitate gaudere non debere aſſeratur, quis de hoc cognoſcet, num iudex eccleſiaſticus, an verò ſecularis.num.1.pag.263.
In hanc rationem, plures opiniones Doctorum, hic legito.num.2.pag.265.
Quid iuris ſi iudex laicus & eccleſiaſticus non conueniant. num. 8.7.&.3. pag.266.
Quæſtio facti, per quem iudicem examinanda ſit.nu.4.pag.268.
Quando de facto extrahitur in caſu, quo immunitate gaudere debet, quis petet reſtitutionem.nu.1.pag.293.
Qui liberè captum relaxat, ſi ad locum immunit.confugiens capiatur, an ſatisfactum immunitati.nu.1.p.295.
Quando de mandato Papæ, iudex eccleſiaſticus extrahit malefactorem ab eccleſia.pag.175.
Iudex eccleſiaſticus, an poſsit procedere contra inferen. damnum rebus eius qui gaudet immunitate.nu.1.p.205
Iudex, qui iniuſtè reũ ab eccleſia exuit eo cognito, an illum eccleſiæ reſtituere poterit.nu.1.pag.312.
An ſummatim iudex cognoſceret, quãdo quis immunitate gaudere debeat. num.11.pag.280.

L

LEGES Hiſpaniæ circa immunitatem eccleſiaſticam. num.15. pag.10.
Lex Papinia.complectitur nouem priuilegia & libertates, quibus Eccleſia gaudere debet.num.16.pag.11.
Lex ſecunda.quid ſtatuat.nu.17.p.11.
Legis tertiæ, tenor exprimitur.num.18. pag.12.
Lege quarta, quid caueatur, vide.num. 19.pa.14.
Lege quinta, quid ſtatutum ſit. nu. 20. pa.16.
Fugiens ad eccleſiam propter tributa principis.an inde extrahi debeat.numer.21.pag.16.
Locorum orationi dicatorum diuiſio. num.4.pag.50.
Loci contigui eccleſiæ, non gaudent immunitate.nu.2.pag.59.
Loci contigui modo prædicto monaſterijs, an gaudeat immunitati. num.7. pag.63.
Quando locus percuſsionis inſpici debeat.num.3.pag.139.
Laicus in eccleſia delinquens, an puniatur per iudicem eccleſiaſticum.nu.1. pag.210.

M

MODVS diſcernendi oratoriũ ab eccleſia. nu.3.pag.27.
Miſſam in oratorijs celebrare licet.num.4.pag.28.
Monaſterij deſcriptio. nu.6.pag.41.
Monaſterium ſine autoritate Epiſcopi, conſtrui non poteſt. num. 7.pag.42. & pag.106.
An monaſteria eccleſiarum appellatione contineantur.nu.9.pag.42.
Monaſterij appellatione, quid contineatur.num.10.pag.43.
Monaſteria num gaudeant immunitate.num.11.pag.44.
Monachorum triplex genus. num. 14. pag.46.
Matrix eccleſia habet per circuitum 40.paſſus, minores 30. quibus gaudet immunitate.nu.1.pag.58.
Maior eccleſia dicitur baptiſmatis, & cur ita.num.3.pag.59.
Matrimonium dolo contractum, an valeat.num.4.pag.205.
Mercator fallitus, ſi ad eccleſiam confugerit, inde eximere licet. numer.1. pag.253.

N

NON debet quis extrahi ab eccleſia, etiam pro quocunque crimine.nu.1.pag.17.

O.

ORATORIVM inconſulto ſuperiore, non licet ædificare.num.2.pag.26.
Oratorium quilibet in proprietate ſua ædificare poteſt.num.6.pag.28.
Oratorium non reducendum ad faciem & ſimilitudinem eccleſiæ. numer.8. pag.30.
Oratoria beneficij appellatione non continentur.num.9.pag.31.
Oratoria ad priores vſus reuocari non poſſunt.num.11.pag.34.
Oratorium quomodo ab Epiſcopo viſitari poſsit.num.12.pag.35.
Oratoria, vulgo capellæ appellantur. numer.13.pag.35.
Obſtagium pro debito.nu.5.pag.234.
Oſtium eccleſiæ gaudet immunitate.nu. 1.pag.70.
Oratoria priuata; quæ in domibus priuatorum fiunt, uon gaudent immunitate.num.2.pag.91.
Occidens alium, & ſine pecunia, vt pro domino plaudat aſſaſinus dicitur.nu. 5.pag.167.
Cap. 1. de homi. in via locum habet in omnibus aſſaſinis.nu.6.pag.168.
Occidens homines pro pecunia, num aſſaſinus dicatur.nu.7.pag.170.
Obligatus ad ratiocinia, an iuuari poſsit noſtro priuilegio num.1.pag.252.

P.

PORTICVS eccleſiæ quid ſit. num.2.pag.65.
Palatia nobilium, an gaudeant exemptione.num.1.pag.111.
Conſuetudo in hoc ſpectanda.numer.2. pag.112.
Quemadmodum; & ſtatutum municipale.nu.3.pag.113.
Palatium principis, immunitate gaudet.num.1.pag.117.

Pala-

*Palatium, in quo à prætorio differat. numer. 4. pag. 119.*

*Publicus latro, non gaudet immunitate. num. 1. pag. 120. & 125.*

*Quis publicus latro dicatur. num. 2. pag. 120.*

*Nocturnus populator, immunitatem non habet. nu. 1. pag. 122.*

*Quis ſit populator nocturnus: numero. 2. pag. 122.*

*Cur magis alijs quàm his ſecuritas conceditur. nu. 3. pag. 123.*

*Hæc vera ſunt, quando inſidioſè delictum commiſſum eſt. nu. 4. pag. 124.*

*Quando principium vel finis, in iſtis ſpectand. ſit. nu. 2. pag. 136.*

*Percuſſus in eccleſia, an dicatur qui per mantellum quod extra pendebat tractus eſt. nu. 3. pag. 144.*

*Quædam alia hic obſeruanda ex ſententia autoris legitur. nu. 4. pag. 145.*

*Plures opiniones in materia pulchrè hic referuntur. nu. 8. pag. 171.*

*Populator nocturnus. pag. 122.*

*Perſona eccleſiaſtica, an gaudeat immunitate. nu. 1. pag. 192.*

*Variæ doctorum opiniones, conciliantur in hac materia. nu. 2. pag. 196.*

Q

*QVÆ propriè dicatur libertas, ſeu immunitas eccleſiaſtica. numero. 3. pag. 4.*

*Qualiter computentur paſſus contigui in Eccleſijs, reſpectui immunitatis. num. 8. pag. 64.*

*Quid ſit atrium. nu. 2. pag. 75.*

*Quare clauſtrum dicatur. nu. 2. pa. 80.*

*Quod verum quando domus Epiſcopi diſtat ſolum ab Eccleſia. 40. paſſus deputatos Eccleſiæ ſuo circuitu. nu. 2. pa. 85.*

*Quid palatium appellatur. p. 118.*

*Quid de alio qui alium per vim ab eccleſia extrahit. nu. 1. pa. 142.*

*Quando Epiſcopus, aut alius ingratus criminoſum eccleſia eximere poterit, vt pœnitentiam agat. nu. 1. pa. 186.*

*Qui blandis & doloſis verbis ab eccleſia eximuntur, an reſtitui debeant. num. 1. pa. 203.*

*Quis locus ſpectetur, vbi in platea exiſtens aliud extra plateam conſtitutũ perſiſtet. nu. 2. pag. 204.*

*Quid in debito ciuili. nu. 2. pag. 219.*

*Quid ſi pro tributo principis debitum contractum ſit. nu. 3. pa. 229.*

*Modus procedendi in caſu propoſito. nu. 4. pa. 230.*

*Qui delinquit in eccleſia eam frangendo, vel comburendo, non gaudet immunitate. nu. 1. pag. 248.*

*Quis ſacrilegus dicatur. nu. 2. pa. 250.*

*Quis cognoſcet, an latro captus ſit in territorio eccleſiæ. nu. 6. pa. 271.*

*Quãdo ſecularis & eccleſiaſticus diſcordant, quem ſuperiorem adire poterunt, & quis eorum ſuperior dicetur. num. 7. pag. 277.*

*Quid iuris, ſi plures iudices æquales ſint. nu. 8. pa. 278.*

*Quando delinquens fugit in eccleſiam loci, vbi non eſt iudex eccleſiaſticus, quid ſtatuendum. nu. 9. pa. 279.*

*Quatuor opin. Doctorum in hac quæſtione principali. nu. 10. pa. 279.*

*Quando reus extrahitur ab eccleſia in eo caſu, quo non debet, an cauere debeat de impunitate & de vita, & membris ſaluandis. nu. 1. pa. 281.*

*Ratione capellæ quæ eſt in domo, tota domus gaudet immunitate. nume. 2. pag. 90.*

R

*REVS ad Eccleſiam fugiens, duo priuilegia conſequitur. nume. 2. pag. 282.*

*In refectione monaſterij, omnino demoliti noua Epiſcopi autoritas deſideratur, & ibi multa ſimilia. numero. 3. pag. 106.*

*Reus immunitate eccleſiæ frui deſiderans, non debet interea compeditari licet conſuetud. contra ſeruetur. num. 1. pag. 288.*

*Secus ſi dubitaretur, an gaudere debeat. num. 2. pa. 289.*

*Reus quem iudicis familia inſequitur, quando gaudere debeat immunitate. num. 1. pag. 244.*

S

*SCALA Eccleſiæ, an gaudeat immunitate. nu. 1. pag. 74.*

*Septa eccleſiæ, quando gaudent immunitate. nu. 1. pag. 77.*

*Septum eccleſiæ locus, ſacer dicitur. nu. 2. pag. 78.*

*Sacrificia irreprobata facientes, non habent immunit. nu. 1. pa. 200.*

*Nec blaſphemantes. nu. 2. pa. 200.*

*Septum paſſus clauſtrum cimiterium in quo differant. nu. 5. pa. 81.*

*Semel Deo dedicatum, non eſt ad prophanos vſus reuocandum. numero. 4. pagina. 107.*

*Sepulchra Iudæorum immunitate donantur. nu. 1. pa. 114.*

*Sacrilegium immunitate non donatur. num. 1. p. 249.*

*Sacerdos, ſi non cuſtodierit fugientem ad eccleſiam, quomodo puniend. nu. 2. pa. 285.*

*Et quando tradere teneatur. numero. 2. pag. 286.*

T

*TRansfuga. 253.*

*Teſtamentum, quo per blanditias inſtituitur hæres num valeat. num. 3. pag. 204.*

V

*VARIA Doctorum traditio circa immunitatis eccleſiarũ tractatum. nu. 2. pag. 2.*

*Vulnerans proditoriè, & per inſidias, quando gaudeat hac immunitate. numero. 4. pag. 152.*

*Vulnerans mortiferè, ſi non moriatur, an teneatur de occiſo. nu. 5. pag. 154.*

*Duas concluſiones in hac materia elegantes legito hic. nu. 6. pag. 155.*

*Violans eccleſiam, illius immunitate non gaudet. nu. 1. pag. 250.*

*Violatores eccleſiarum, qui dicantur hic tractus remiſſiuè. nu. 2. pag. 250.*

*Victus cauſa neceſſaria ei qui immunitate gaudet præſtanda. nu. 2. pa. 287.*

*Violans immunitatem eccleſiaſticam, qua pœna puniendus. nu. 1. pag. 291.*

*An violans immunitatem, ſi poſtea ad eccleſiam fugiat, immunitate donandus ſit. nu. 2. pag. 293.*

*FINIS HVIVS INDICIS.*

## *ERRATA.*

P*Ag.*1.*li.*10.*fugiendum.le.fugientes.p.*7.*li.*20.*quod.le.quo.p.*13.*li.vlt.nonotandum.l.notandum.p.*44.*li.pen. quodquod.l.quod.p.*53.*li.*10.*gaudent.le.gaudet.p.*57.*li.vlt.quod.l.quot.p.*59.*li.pe. matris.le.matrix.p.*61.*li.*19.*quot.le.quod.p.*62.*li.*27.*hanc.le.hæc.p.*69.*li.*26.*art.le.arg.p.*90.*li.*24 *ipſis.l.ipſius.p.*99.*li.vlt.multa.le.multò.p.*102.*li.*29.*obuiant.le.obuiam.p.*116.*li.*4.*ſed cui.le.ſecus.p.*118.*li* 25.*Archidia.le.Archiatris.p.*122.*li.*3.*ponitur.l.ponit.li.*23.*ſed.le.ſeu.p.*138.*li.*8.*iudicia.l.iudice.p.*145.*li.*18.*extractos.l. extractus.p.*155.*li.vlt.ſi.le.l.ſi.p.*156.*li.*18.*occideodi.l.occidendi.p.*170.*li.*14.48.*l.*84.*p.*191.*li.*4.*de de.le.de.p.*203.*li.*9.*eccleſiam.le.eccleſia.p.*233.*li.*20.*nomini.l.nemini.li.*31.*diſtinctioeem.l.diſtinctionem.p.*249.*li.*11.*requiritur.l.requiruntur.p.*261.*li.*25.*ge.le.de.p.*274.*li.*3.*conſulto.le.conſulo. li.*22.*quartus.le.quatuor.p.*275.*li.*16.*quod.l.quod debet.p.*277.*li.*20.*eo.le.reo.p.*282.*li.*3.*pœnam.le.pœna.p.*293.*li.*9.*Toloſonæ le.Toloſanæ.p.*302.*li.*21.*quouſcunque.le.quoſcunque.p.*304.*li.*9.*eccleſia.l.eccleſiam.*

Con eſtas erratas eſta correcto eſte libro(Tractatus de Immunit.Eccleſ.)conforme a ſu original. En fe delo qual lo firme en Salamanca oy.8.dias de Iulio. 1589. Corrector, &c.

*B. Manuel Correa*
*de Montenegro.*

YO Chriſtoual de Leon eſcriuano de camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden en el ſu conſejo doy fe, que auiendoſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado Remigio de Gonni, de immunitate eccleſiarum, que cō ſu licencia hizo imprimir Diego Rodriguez mercader de libros vezino de Salamanca, taſſaron cada pliego de los del dicho libro en papel a tres marauedis, y mandaron que antes que ſe venda ſe imprima en la primera hoja de cada vno dellos eſte teſtimonio de taſſa: y para que dello conſte, de mandamiento de los dichos ſeñores del Conſejo, y de pedimiento de la parte del dicho Diego Rodriguez di eſta fe, que es fecha en la villa de Madrid, a treynta y vn dias del mes de Iunio de mil y quinientos y ochenta y nueue años.

Chriſtoual de Leon.

# TRACTATVS
## perutilis, & quotidianus de immunitate Eccleſiarum, quoad perſonas confugientes ad eas: Domini Remigij de Gonn. Iuris vtriuſq; Doctoris.

*Ne ſcribam vanum, duc pia virgo manum.*

### *SVMMARIVM.*

1 *CASVS in quibus fugiendum ad Eccleſiam non gaudeant immunitate.*
2 *Varia Doctorum traditio circa immunitatis Eccleſiarum tractatum.*
3 *Quæ propriè dicatur libertas ſeu immunitas eccleſiaſtica.*
4 *Eccleſia decem immunitates habet.*
5 *Immunitas Eccleſiaſtica Iure diuino probata.*
6 *Et iure canonico permiſſa.*
7 *Iure & à Iure ciuili comprobata.*
8 *Et apud Romanos antiquitus obſeruata.*
9 *Aſylum apud Romanos quid dicebatur.*
10 *Homicida latro, aut alius reus ad Eccleſiam fugiens an poßit per Iudicem ſecularem inde realiter extrahi.*
11 *Fugiens ad Eccleſiam duplicem habet immunitatem.*
12 *Fugiens ad Eccleſiam ſi vult ſponte ſua ab illa exire immunitate gaudere debet.*
13 *Si ſua ipſius ſponte ab Eccleſia exierit, & poſtea per Iudicem ſecularem ad mortem vel aliam pœnam damnetur non ob id offenſa creditur Eccleſia.*
14 *Quid in his hodie vſus recipiat.*
15 *Leges Hiſpaniæ circa immunitatem Eccleſiaſticam.*
16 *Lex Papinia. complectitur. Nouem priuilegia & libertates quibus Eccleſia gaudere debet.*

17 *Lex Secunda, quid ſtatuat.*
18 *Legis tertiæ, tenor exprimitur.*
19 *Lege Quarta, quid caueatur, vide,*
20 *Lege Quinta, quid ſtatutum ſit.*
21 *Fugiens ad Eccleſiam propter tributa principis, an inde extrahi debeat.*

*Exordiū.*

IN iſta materia, immunita-
tis Eccleſiarum, quoad perſonas con
fugientes ad eas Doctores vtriuſque
iuris multum inter ſe diſcrepant. De
iure ciuili † ſunt plures caſus, in qui- 1
bus fugientes ad Eccleſiam, non gau-
dent illius immunitate. gloſſ. in. l. 2. C. de his qui ad Eccle-
ſias confugiunt, in authen. de manda. principum. §. neque
autem. col. 3. & ibi gloſ. Iacob. de Bello viſo. Bart. & Salyc.
in. l. 2. & in authent. ſi quis. C. ad leg. Iul. de adulte. Azo. in
ſumma de his, qui ad Eccleſias confugiunt. C. in fine aliter
loquitur Ioan. Fab. in. §. fin. de his, qui ſunt ſui vel alieni iu
ris inſtit. Vnde dicit Angel. in tractatu maleſi. in ver. fama
publica. fol. 70. col. 4. & fol. ſequen. colum. 2. in paruo vo-

*Variæ Doctoris ſententiæ.*

lu. † quod Doctores vario modo loquuntur in iſta mate- 2
ria, ſed in quibus caſibus quis poteſt capi in Eccleſia; &
Angel. ibi refert plures remiſſiones; & plene in additioni-
bus ad Angel. ibidem Ioan. Fab. in. l. 1. de his qui ad Eccle
ſias confugiunt. C. ponit regulam cum fallen. & Ioan. Bar
berij in viatorio iuris, in titul. de violator. immunit. fol. 17.
ponit regulam cum ſeptem fallentijs, & in iſta materia ſa-
tis plenè loquitur Iacob. de Bello Viſo. in. d. §. neque au-
tem. in authen. de mandatis princ. col. 3. per oppoſitiones,
diſtinctiones & quæſtiones. Ludo. Roma. conſil. 227. po-
nit quatuor regulas in iſta materia. Maria. Sozi. in 17. arti-
culo. fol. 31. ponit regulam cum quinque fallentijs. Gui-
liel. Mayneri in regula nemo de domo. de regul. iuris. ff.
fol. 249.



fol. 249. ponit regulam, cum quinque Fallentijs, & Iaſo.
in. l. plerique. colum. 3. in 12. ampliatione, Poſt Barthol.
Socin. & alios loquitur etiam de iſta materia. Ioan. Igneus
in. l. prima. fol. 14. colum. 3. ponit plura crimina, quæ non
gaudent immunitate Eccleſiæ, & plene loquitur in iſta
materia. Caſſan. in conſuetudi. Burgun. fol. 56. colum. 4.
verſic. 16. loquitur etiam ſatis latè in iſta materia, & dicit,
quod in fugiente propter delictum ad Eccleſiam diſcor-
dant leges & canones. Ioan. Bibes in reperi. cano. diffini-
uit. 17. quæſtione 4. ponit. 33. concluſiones, & in finali-
bus verbis ponit regulam, cum 11. fallentijs. Nicolaus Boe
rij in ſuis deciſionibus quæſtione 109. in prima parte, fol.
115. ponit regulam cum ſeptem fallentijs. Guilielm. de
monte Laudino. Anchar. Imol. Cardin. in Clement. 1. de
pœnit. & remiſſ. ponunt quinque quæſtiones in iſta ma-
teria, & multi alij Doctores maximè canoniſtæ tractant
diffuſe iſtam materiam, quos infra refero prout videbitur.

ISTAM materiam immunitatis Eccleſiarum, quo
ad perſonas cōfugientes ad eas, ſub breui ſtylo diuina opi
tulante gratia tractandam aſſumpſi, Ego Remigius de
Gonn. vtriuſque Iuris Doctor. dictaque Doctorum in
hac materia ſcribentium in vnum redigere curaui, & quæ
collecta digna erant in hoc opuſculo inſerui, & mate-
riam ampliaui ſub claris vocabulis cum allegationibus
iuris ponendo. Ideo ad prædictam materiam immuni-
tatis, Deo propitio, condeſcendo eam pro faciliori expe-
ditione & intellectu expediam. Primo, per præſuppoſi-
tiones. Secundo, ponam regulam cum ampliatione, &
fallent. Tertio, per Quæſtiones, per quam neceſſarias,
cum Dei adiutorio, & virginis eius genitricis, & vir-
ginis, & Martyris beatæ Barbaræ, quæ eſt
aduocata & ſingularis patro-
na mea.

*Diuiſio totius operis.*

## Venio ad Præſuppoſitiones.

I

*Quæ propriè dicatur immunitas. Deſcriptio vtilis.*

PRAESVPPONO primo (vt res melius intelligatur (quæ † propriè di- 3
catur libertas, ſeu immunitas eccleſiaſtica, gloſ. in can. cum deuotiſsimam. 12. quæſt. 2. dicit, quod immunitas dicitur Priuilegium, quo gaudet Eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna, inſultus, vel rapina, per quadraginta, vel triginta paſſus: & dicit Archidiaconus ibi, ſuper gloſ. in verbo, violata. quod immunitas eſt libertas, vel ſecuritas ipſius Eccleſiæ, quaſi extra munia, id eſt officia vel munera ſecularia, vel exactiones, vel vexationes, quibus priuatæ perſonæ fatigari ſolent, eſſe debet libera & ſecura. Quidam dicunt, quod immunitas eſt delictum, quod fit in violatione ipſius, Eccleſiæ vel cimiterij, cum aliquid inde rapitur: Sed prius, dictum videtur verius, ſecundum Archidiaconum, vbi ſupra: & idem quod gloſſ. in dict. can. cum deuotiſsimam, quam retuli ſupra.

Tenet Ioan. de Turre Crema. in dict. cano. cum deuotiſsimam. nu. 4. & per Hoſtienſem in Summa, eod. titul. §. 1. & Ioan. Lupus in tractatu de libertate eccleſiæ. quæſt. 11. fol. 142. in. 6. volumine. Et licet immunitas in ſe multa cõprehendat, vt per omnes Canoniſtas, in rubric. eod. titu. & per Summiſtas, in verbo, immunitas. & plenius in ſumma Anto. in tertia parte, titu. 12. cano. 3. §. 1. & per Cardin. in repetitione cano. perpendimus. de ſenten. excommuni. & in pluribus alijs locis perſcribentes. Sed quo ad propoſitum noſtrum immunitas eſt Priuilegium, quod habet eccleſia, vt nullus inde per vim extrahatur, vt inferius pleniſsimè videbitur.

*Particularis deſcriptio immunitatis.*

ITEM eccleſia habet † decem immunitates ſecundum 4
dum Ioannem Andreæ in additiõibus ad Speculatorem, eod. titul. & Ioan. de Turre crema. in cano. ſi quis in atrio. 17. quæſt. 4. In prima quæſt. ponit nouem immunitates eccleſiæ: & etiam Beatus Anto. Florenti. in ſua ſumma, in tertia parte, titul. 12. cap. 3. ponit dictas nouem immunitates eccleſiæ. Et prima eſt, quæ facit ad caſum noſtrum, ſcilicet, vt nullus ab Eccleſia per vim extrahatur, niſi in certis caſibus alias immunitates non refero, quia non inſeruiunt propoſito noſtro. Et iſtas decem immunitates ponit etiam Montaluus in gloſſ. l. 7. Fori in prima parte, in 5. titul. fol. 15. col. 3.



*Decem immunitates eccle.*

II

*Immunitas eſt de iure diuino.*

SECVNDO præſuppono, quod immunitas iſta de qua loquimur proceſsit, & eſt approbata, & permiſſa.
5 Primo à iure † diuino, iuxta illud. 3. Regum. 2. Vbi Ioab aufugit tabernaculum, & apprehendit cornu Altaris, vt ſaluaretur ibi à manu Salomonis. Refert Ioan. de Turre crema. in can. omnes baſilicæ. de conſecra. diſtin. 1. in principio, verſic. 2. conſecratur eccleſia: Probatur etiam Exodi 21. vbi dicit text. quod ſi quis per inſidias occiderit aliquem ab altari meo euelles, vt moriatur tranſſumptiuè in cap. 1. de homi. Sequitur à contrario ſenſu, quod ſi non fuit per inſidias occiſus, non debet ab altari euelli. Proceſsit ex mente textus Eccleſiaſtici Prouerb. 24. vbi dicit, erue eos, qui ducuntur ad mortem: habetur in can. non inferenda. 23. quæſt. 3. in fine eripe eum, qui ducitur ad mortem, in veteri teſtamento ex præcepto Dei erant conſtitutæ ſex Vrbes ad inhabitandũ in ſuburbanis, in quibus erat libertas & refugium in fugitiuorum auxilia ſeparatæ, vt in eis animam ſuam ſaluarent, & vitam, qui nolentes ſanguinem fudiſſent, aut proximum ſuum occidiſſent, & ad vnam earum fugerent: nec ante biduum, vel triduum eius fuiſſent probati inimici, vt patet Exodi 21. in nume. 35. Deutero. 19. & Ioſue 20. refert Caſtal. in tracta. de Impe-

 ratore

ratore quæſtione 97. colum. penult. in fine. fol. 166. nume.
12. & latius per Ioannem de Hugo. in tractatu de offi. qua
tuor prælatorum, in rubri. de ciuitatibus refugij, in quibus
erat libertas in. 6. volumi. tractatuum. fol. 37. col. 2. in prin-
cipio, & per Nicolaum Boer. in ſuis deciſio. quæſt. 109.
fol. 115. col. 3. in fine. gloſſ. deciſionis Capellæ Toloſanæ,
quæſt. 422. colũ. 2. dicit quod huiuſmodi immunitas eſt:
De iure diuino, allegat illud. 3. Regum 2. retuli ſupra, vbi
loquitur gloſ. dictæ deciſionis Toloſanæ de Adonia, non
fuit Adonia, ſed Ioab, vt ſupra retuli Antonio de Butrio in
ca. cum eccleſia. eod. titul. dicit, quod olim erant ciuitates
refugij, ſecundum modum, qui habetur in ca. illa 15. quæ
ſtione. 1. & per Ioannem Lupum. in tract. de libertate ec-
cleſ. quæſt. 11. fol. 142. col. 4. in 6. volu. Ioan. Igneus in. l. 1.
ad Syllania. ff. fol. 9. col. 3. quærit an immunitas iſta de qua
loquimur ſit de iure diuino, arguit pro & contra. fol. 10.
& 11. & concludit, quod eſt de iure diuino, & ibi lo-
quitur plene.

Immunitas eſt de iure canonico.

ITEM, & ſecundo, Talis immunitas de qua loqui- 6
mur proceſsit: & eſt permiſſa de † iure canonico. ca. inter
alia. c. eccle. c. penult. & fin. eod. titu. c. id conſtituimus. ca.
reum. c. definiuit. & per totum. 17. q. 4. ca. reos. 23. q. 5. cum
multis alijs ſimilibus, quibus iuribus probatur, quod fu-
giens ad eccleſiam gaudet immunitate, ita quod non po-
teſt, nec debet inde extrahi.

Immunitas eſt de iure ciuili.

ITEM, & tertio, Dicta immunitas proceſsit, & eſt 7
permiſſa à † iure ciuili, text. in. l. 2. & l. præſenti. & per totũ
titulum de his qui ad eccleſias confugi. c. & ſic ius ciuile.
C. Imperatoris Iuſtiniani conceſsit hoc priuilegium im-
munitatis fugientibus ad eccleſiam, vt inde non poſsint
extrahi, & per omnes Legiſtas, in. d. l. 2. & l. præſenti. &
per alios, quos ſupra retuli, & dicit Placen. ſuper rubri. de
ſacroſ. eccl. C. quod ſi qui fugerint ad eccleſiã, niſi fortè in
eccleſia



eccleſia ſanguinem fuderint, vel niſi ſerui fuerint extrahi
non debent: etiam ſi criminibus fuerint irretiti, vel mole
debiti prægrauati, per. d. l. præſenti.

ITEM, hæc immunitas de qua loquimur, fuit iam
8 † antiquitus obſeruata, & locus qui hanc immunitatem ha
9 bebat dicebatur † Aſylum, qui locus erat in ciuitate Ro-
mana, & ſub Iunonis nomine & cuſtodia erat, prout la-
tius refert Caſſanæ. in conſuetudi. Burgund. fol. 56. col. 4.
verſicul. 16.

Aſylũ quid ſit apud antiqui.

IOANNES Ferrarienſis in ſua practica in titul. de
forma inquiſitio. colum. 11. verſic. ex his poteſt. fol. 221.
quærit de eo, quod ſeruatur in partibus Franciæ & Alema
10 niæ, an † reus fugiens ad eccleſiam puta homicida, vel la-
tro, vel ſimiles poſsint inde extrahi realiter, & per iudi-
cem ſecularem citari, & videtur quod non per text. in. l. 1.
& 2. C. de his, qui ad eccleſias confugiunt, & ca. fina. de
immunitate eccleſ. cum ſimilibus. Dicit tamen Ioan. de
Ferrar. vbi ſupra. quod ſalua reuerentia hæc iura ſunt fa-
cta ſine ratione, & ad bene placitum, imo eſt contra ius di
uinum, quod cautum eſt domus mea, domus orationis
vocabitur: vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.
Si enim Deus noluit tolerare ementes & vendentes in ec-
cleſia, ſed eos abiecit, quanto magis non vult receptari, in
eius eccleſiam latrones, homicidas, & ſimiles, quia mi-
nor in maiorem non habet imperiũ, nec iuriſdictionem:
& dicit dictus Ioan. de Ferrara vbi ſupra, quod nullo mo-
do tales perſonas poſſunt, nec debẽt in eccleſia recipi, nec
eius ſuffragio defendi: imo totaliter ſunt ab Eccleſia &
extra eccleſiam eijciendi, & poteſtati iudicis ſecularis pu-
niendi tranſmitti: & ita bene & prudenter obſeruat Italia,
quæ eſt omnium prouinciarum domina, quæ reſidet in
monarchia omniſq; virtus ſcientiarũ & fructuũ affluen-
tia, & locorum, & ciuitatum pulchritudo, & magna co-

An reus extrahi poſſit ab eccleſia.

Opin. Ferrarij affirmantis.

 pia:

pia: Et quod Chriſtus eieciſſet ementes & vendentes, eſt text. in ca. eijciens, & in ca. quoniam. 88. diſtinct. ca. ex multis. 1. quæſt. 3. & Ioan. de Ferrara refert, Nicol. Boer. in deciſio. ſuis. quæſt. 109. fol. 115. col. 3.

*Impugnatur Ioan. de Ferrara.*

ISTVD dictum Ioannis Ferrarij non obſtat, nam eſt contra prædicta iura ſuperius allegata, nec obſtat illa authoritas: Domus mea, domus orationis eſt, &c. quia Deus noluit tolerare ementes. Nam Dominus negotiatores eiecit à templo, & menſas nummulariorum euertit. Ideo quia talia difficulter fiunt ſine peccato, & iſta fuit ratio, quare Dominus eiecit à templo. ca. quoniam. ca. qualitas. de pœnit. diſtinct. 5. & eſt gloſſ. quæ hoc expreſsè dicit in ca. decet. in verbo, negotiatores. eod. titul. libr. 6. & iſta ratio nō vendicat ſibi locū in fugientibus ad eccleſiā. Nam licet deliquerint in Eccleſiam, non tamen peccabūt nec peccant in eccleſia, & eccleſia nemini claudit gremiū & omnibus eſt liberalis. c. ſuper eo. & ibi gl. de hęret. in. 6. Multæ aliæ rationes contra dictam opinionem Ioannis Ferrarij poſſent allegari, eas tamen omitto. Cum apud nos nulla ſit dubitatio, & ita obſeruatur per oēs iudices.

*Concluſio eſt reos nō poſſe extrahi ab eccleſia.*

Concluditur ergo, quod dicta immunitas ſcilicet, vt malefactor non poſsit, nec debeat extrahi ab Eccleſia, eſt approbata ab omni iure, ſcilicet, diuino, canonico & ciuili, & ab antiqua obſeruantia.

III

*Duplex immunitas fugientis ad eccleſiam.*

TERTIO præſuppono, quod † fugiens ad Eccle- 11
ſiam, habet duplicem immunitatem. Prima vt nul-
lo modo extrahatur inuitus ab eccleſia. Secunda vt non
condemnetur ad pœnam corporalem. Si tamen talis fu-
giens ad eccleſiam vult ſua † voluntate exire de eccleſia, 12
debet etiam gaudere immunitate. ca. reum. ca. id conſti-
tuimus. 17. quæſt. 4. Nam ex ſolo confugere ad eccleſiam
conſequitur, quis immunitatem per dicta iura. Prælati ta-
men tunc, quoniam talis vult voluntarius exire, debent à

Iudi-



Iudicibus ſecularibus obtinere permiſsionem de vita & membris ſeruandis dict. c. inter alia & ibi Innoc. & ſi neceſſe fuerit exigere ſuper hoc iuramentū ad maiores cautiones ſecundum Panormi. in dict. cap. inter alia col. 3. verſic. ſed ego quæro. & Ioan. Bichis in tractatu de immunitate eccleſiaſtica. verſi. quarto notab. num. 53. fol. 76. col. 2. & 3. Hugo in dict. ca. reum. tenet, quod confugiens de cætero nunquam punietur in corpore pro delicto, pro quo fugit ad eccleſiam, & dicit hoc ſecurè tenendum. refert Boni. de Vitali. in Clemen. de pœnit. & remiſs. nume. 72.
13 dico latius infra quæſt. 3. Aduerte † tamen, quod ſi vo-
luntariè exit ab eccleſia & capiatur per iudicem ſecularem extra eccleſiam, & condemnetur ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, non eſt offenſa eccleſia, omnes tenent hoc. ca. fin. eod. titul. & Bonifa. de Vital. in Clemen. 1. de pœnit. & remiſ. num. 36. verſic. ex quo infertur. dicit. Si ſponte exeat, non dicetur eccleſia violata, non reſpectu confugientis, quia ſibi volenti non poteſt fieri dolus vel iniuria. l. cum donationis. C. de tranſactio. Nec reſpectu eccleſiæ: quia cum non fuerit extractus, ſed ſponte receſſerit, non fuit immunitas violata, & ſic nec eccleſia iniūriata, vt latius per Bonifac. vbi ſupra. & dico infra, in Fallent. 4. facit text. in ca. diffiniuit. 17. quæſt. 4. ibi, vel reſidentes, quod fugientes ad eccleſias tandiu gaudent immunitate, quandiu reſident in eccleſia, & iſtam opinionem tenet Laurentius in dict. ca. reum. 17. quæſt. 4. refert Ioan. Bichis vbi ſupra. licet Panormi. in dict. ca. inter alia, vt proximè retuli, aliter ſentiat, & latius per eundem Ioan. Bichis, vbi ſupra.

*Vide infra quæſt. 3.*

*Vide infra Fallent. 4.*

14 Hodie † iſta ſecunda immunitas non eſt in vſu: imo
in caſibus in quibus fugiens ad eccleſiam non debet gau-
dere, extrahitur per iudicem ſecularem nulla præſtita im-
punitate, text. in dict. ca. inter alia, & in caſibus, quibus de-

*Hęc doctrina eſt ī praxi receptiſſima.*

 bet

bet gaudere. Si voluntariè exeat punitur, vt ſupra dixi. Si per vim extrahatur, debet reſtitui, nam ipſa eccleſia velut iniuriata proſequitur ſuum intereſſe ac reintegrationem. Bonifa. de Vital. in dict. Clem. 1. de pœnit. & remiſs. in. 9. concluſione. numer. 85.

IIII QVARTO præſuppono, ea quæ aliquæ leges † Hiſpaniæ diſponunt, in iſta materia & ad eas me referam in locis congruentibus, de quibus infra tractabo. 15

Quinq; leges Hiſpaniæ de immunita. eccleſiæ.

In titul. 11. *de los priuilegios y franquezas que han las Igleſias, y ſus cimiterios en la Partida primera de las leyes de Caſtilla.* fol. 63. vſque ad fin. dicti titu. 11. *ay cinco leyes.*

I Prima lex continens nouem priuilegia.

PRIMA † lex continet nouem priuilegia & libertates, quibus eccleſia debet gaudere. 16 ¶ Primo quia exactionibus non moleſtetur, gloſſ. ibi in litera D. ſe remittit ad ea quæ ipſe dixit in foro legum libr. 1. titul. 5. l. 1.

II Secundo, ne lites ſeculares in ea audiantur, ca. 1. de immunitate eccleſiarũ, maximè iudicia ſanguinis, in ca. cum eccleſia. eod. titu. glo. in. l. in litera. X.

III Tertio, ne fiant mercimonia in ipſa ca. decet. de immunitate eccleſiæ. lib. 6.

IIII Quarto, ne in ea mortui ſepeliantur dicit gloſſ. ibi in. l. fin. concordat. ca. præcipiendum, & ca. nullus. 13. quæſt. 2. & hoc ideo olim vetabatur ne ciuitas corrumperetur fœtore. l. monumentorum. de reliq. & ſumpti. fune. ¶ Hodie tamen permittitur etiam in corpore eccleſiæ fideles ſepeliri. 13. quæſt. 2. per totum, prodeſt enim in eccleſia ſepeliri, quos peccata non deprimunt, quia eorum proximi, quoties ad eorum loca ſacra veniunt, ſuorumque ſepulturam aſpiciunt, & pro eis preces fundunt ca. cum grauia. 13. quæſtione ſecunda. Item ſpecialiter commendatur pa-

Ius antiquum.

Ius nouũ.



tur patrocinijs eorum ſanctorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia ca. non extimemus. 13. quæſt. 2. Item, quia ibi minus vexantur ab ſpiritibus immundis, vnde in cimiterijs dicitur eſſe requies defunctorum. 12. quæſt. 2. ca. autem. glo. in dict. c. grauia.

Quinto, ne laici cum clericis, quando diuina officia celebrantur, in choro interſint, dicit glo. ibi in litera. G. concordat. ca. 1. de vita & honeſtate clericorum. & ibi gloſ. ca. Sacerdotum. de conſecra. diſtinctione. 2. V

Sexto, Quod fœminæ ſint à viris ſegregatæ. VI

Septimo, Quod fœmina non accedat ad gradus altaris, niſi quando offerat, vel communicet. VII

Octauo, Ne in ea aliquis hoſpitetur dicit ibi glo. in litera. H. Concordat ca. 1. cum ibi notatis de immunitate eccleſ. & l. 1. in fine, de epiſc. & clericis. VIII

Nono, Ex legato vel donato, quæritur dominium Eccleſiæ hoſpitali, aut Religioſo ſine traditione, dicit gloſſ. ibi in litera I. concordat. l. fin. de ſacroſanctis eccleſijs. C. non transfertur poſſeſio niſi realiter apprehendatur, niſi de conſuetudine aliter, vt nota. in capit. ex literis. de conſuet. & ibi Abbas in capit. conueniſſet. de reſtitutione ſpoliatorum. IX

## Lex. 2. titul. 11. primæ Partitæ.

17 QVICVNQVE † ad eccleſiam confugerit pro debito: maleficio, aut alia cauſa, vel ad eius portam, vel cimiterium, non eſt inde extrahendus, nec circundandus, nec ei denegantur victualia. Sed à clericis alimentetur, & cuſtodiatur, præſtita tamen fideiuſſoria, aut ſacramenti cautione de non offendendo, dent eum creditori, & ſi pro maleficio non habet vnde ſoluat, ſeruiet

Confugiẽs ad eccleſiã pro debito immunita. gaudet.

Nota omnia quę cõtinentur in hac lege.

ſeruiet creditori, vſque ad tempus condignum, pro debito, aut non capitur, nec ſeruit. Sed præſtabit cautionem, ſe quando poterit ſoluturum, hoc eſt Summarium. d. l. 1.

Dicit gloſſ. ibi concordat foro legum, lib. 3. titul. fin. de las deudas. l. 15. & ibi gloſſ. & concordat. l. præſenti. de his qui ad eccleſias cõfugiunt. C. cum ibi notatis per Cynum. Vnde gloſſ. vbi ſupra concludit, quod debitor ad eccleſiã fugiens gaudet immunitate per generalem iuris prohibitionem. ca. miror. ca. ſi quis contumax. 17. quæſt. 4. dict. l. præſenti. Si tamen ſtatutum dictaret, vt debitor poſſit compelli ad ſeruiendum pro debito, tunc poteſt extrahi, quia non videtur conceſſa immunitas, cum præiudicio iſtius, quia eſt quaſi dominus eius, & hoc placet Antonio, & Abbati in ca. inter alia. de immunit. eccleſ. quod concordat cum hac lege, & ſe refert gloſſator ad leg. fin. dicti titu. 11. dico ibi, in legibus fori regni Caſtellæ in. l. 7. lib. 1. tit. 5. *Dize que ninguno ſea oſado de quebrantar ygleſia, ni cimiterio por ſu enemigo, ni por hazer otra fuerça ninguna, y el que lo hiziere que pague el ſacrilegio al Obiſpo, y al que lo huuiere de hauer, y que el Alcalde ſe lo haga dar, ſi la Igleſia por ſu juſticia no lo pudiere auer*, & iſta additio ponitur in fi. d. l. 2.

## Lex. 3. titul. 11. primæ Partitæ.

Seruus fugiens ad eccleſiam domino reſtituendus eſt p̃ſtita cautione.

SERVVS † ad eccleſiam fugiens domino cauenti reſtituitur, & ſi clerici nollent eum reſtituere, ipſemet dominus extrahet ipſum impune, & poſt cautionem præſtitam clericis, eum tradere recuſantibus, ſi fugiat, tenentur ipſi ad pretium ſerui, & ſi non fugiat ad ſeruitij æſtimationem. Secus ſi dominus non ſe vult componere cum ſeruo, comminando, & cautionem præſtitam clericis, nõ obſeruat, quia non obſeruans periurus eſt, & excommunicabitur, hæc 18
dicit



dicit in ſumma dict. l. 3. concordat cum hac lege ca. metuentes cum capitulis ſequentibus. 17. quæſtione. 4. de quo etiam per Cynum in. l. præſenti, gloſſator dict. l. 3. diſtinguit latius, aut ſeruus, vel alia quæcunque perſona aſtricta ad ſeruiendum, vt aſcriptitius fugit ad eccleſiam, cauſa religionis aſſumendæ: & talis debet tradi domino ſuo, eum repetenti infra triennium recepta ab ipſo domino cautione, quod ipſum non puniet, in authentica, de monachis. §. ſi vero. collatione. 1. aut fugit ad Eccleſiam cauſa immunitatis habendæ, & tunc aut fugit propter ſæuitiam domini modicam, & idem quod ſupra, aut propter ſæuitiam grauem, ſeu intolerabilem, vt quia dominus perſequitur eum ad mortem, & tunc non reſtituitur ſibi, ſed compelletur eum vendere bonis hominibus, nec perpetuo reuertetur ad eum, niſi velit. l. ſi dominus, de his, qui ſunt ſui vel alieni. ff. & in. §. ſed hoc tempore. & §. duorum. eodem titul. Inſtituta, ſi autem fugit propter aliam cauſam, vt propter delictum ſuum, de quo timet puniri à domino ſuo tunc reſtituitur, Securitate præſtita dict. l. præſenti. §. ſanè, aut timet puniri ab alio, ſed iudice per viam accuſationis vel alias, tunc idem quod in libero, quia non eſt acceptio perſonarum apud Deum. ca. nouit. de iudic. & idem quod ſupra tenet Archidiaconus in ca. idem conſtituimus. 17. quæſtione. 4. Sed gloſ. ſuper leg. tertiam. Item gloſſ. fin. dict. l. 3. dicit, nota, quod ſi ſeruus, vel debitor alicuius fugiat ad eccleſiam, & in caſu debet tradi domino, non creditori, Sacerdos eum defendat, & ſi fuit in culpa, tenetur ipſe Sacerdos ad intereſſe & damnum, ſecundum Archidiaconum, in cap. diffiniuit. 17. quæſtione quarta. quod eſt nonotandum.

Nota diſtinctionem.

Lex.

## Lex.4. titul. 11. primæ Partitæ.

Caſus notandi qui priuant immunita. eccleſiæ.

Public⁹ latro notorius deſtructor incendiarius nõ gaudet immunita. eccleſiæ.

SVNT. † caſus in quibus quis impune extrahitur ab eccleſia, ſcilicet publicus latro, aut notorius, domus vineæ, prædij, arborum, meſſiumq́ue deſtructor, aut incendiarius. Item ſi feriat in Eccleſia, aut in cimiterio ſpe in ea defendendi. Item comburens, aut frangens eccleſiam, alias autem non extrahitur, & ſi deducatur eſt eodem reſtituendum, & ſoluet deductiones, ſacrilegium, & excommunicabitur, quouſque eccleſiæ de offenſa ſatisfaciat. hoc dicit lex.4. in ſumma. Dicit gloſſ.1. ibi concordat lex Fori libr.1.titul.5. l.7. & 8. & ibi per gloſſatorem de illo, qui per inſidias occidit, & dicit in dict. l.4. Et nota quod ſtandum eſt regulæ, quod reos ſanguinis, & alios quoſcunque eccleſia defendit. 17. quæſt.4. niſi in caſibus exceptis, in dict. l.4. quæ concordat cum ca. inter alia. de immunitate eccleſiarum. Nam exceptio verificat regulam. l. quæſitum. §. denique. de fundo inſtructo. ff. & fauor immunitatis eccleſiæ debet ampliari. Dicit vlterius gloſ. l.4. ſuper verbo, *Ladrones manifieſtos*. Nota ergo vnum de tribus caſibus contentis in dict. ca. inter alia. quod eccleſiaſtica immunitate non gaudet publicus latro, qui palam & publicè furatur, vt Piratæ in mari, vel qui, ſtant in ſtratis, vel qui habent arcem ſeu caſtrum, vnde graſſantur in omnes prætereũtes. Item nec gaudet nocturnus depopulator agrorum, qui ſcilicet obſidet ſtractam publicam derobando tranſeuntes, & differt à publico latrone, quia iſte clandeſtine furatur, & moratur in loco occulto, & ideo dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte Segetes deſtruit, & in die latet, & ſic declaratur dictum ca. inter alia. per Innocentium & Panormitanum. Item dicit dicta gloſſa l. quarta. quod homicida inſidioſus ex propoſito gaudet 19

Regula notanda.



det immunitate cum ca. inter alia non excipiat eum, & facit ca. ſicut antiquitus. 17. quæſtione 4. & ad dict. ca. de homicidio dicit: quod ille textus habet plures intellectus: Sed in terminis noſtris reſpondetur, quod loquitur ſecundum antiqua iura, & ſe refert dicta gloſſ. ad per eam dicta in l. 7. titul. 5. libr.1. in legibus Fori, vel poteſt intelligi dictum ca. 1. reducendo. ad cap. fin. de immunitate eccleſiarum.

Homicida etiam inſidioſus immunis eſt in eccleſia.

ITEM poteſt dictum c. primum, intelligi ſecundum Innocen. in dict. ca. primo. reducendo d. textum ad vnum ex caſibus ca. inter alia, & cum his quæ dicta ſunt concordat practica noua titul. de inquiſ. §.1. colum. 13. & Ioan. Fab. Inſtit. de his qui ſunt ſui. Item d. glo. l.4. dicit: quod ſecundum leges extrahens violenter aliquem de Eccleſia indebitè committit crimen læſæ maieſtatis. l. fina. de his, qui ad eccleſias confugiunt. C. & l. præſenti. Item de facientibus ſeditionem, vel conuenticula, ſeu tumultum, & congregationem cum armis, vt irruant eccleſiam ad extrahendum delinquentem. l. denunciamus. de his, qui ad eccleſias confugiunt. C. & talis committit ſacrilegium, eo quia violat immunitatem Eccleſiæ, ca. nullus. ca. quiſquis. 17. quæſtione 4. & ſi ſuperbe & contumaciter eccleſiam Dei irreuerenter contemnendo extraxerit ſoluet Epiſcopo 90. ſolidos pro immunitate & publica pœnitentia, iuſto Epiſcopi iudicio, eſt multandus. ca. quiſquis contumax. 17. quæſtione 4. Si autem quis in eccleſia deliquerit non gaudet eius immunitate. ca. fin. de immuni. eccle. in authen. de mandatis principum. §. neque autem. collat.3. Si vero deliquerit propè eccleſiam ex propoſito, intendens per eccleſiam liberari alias non commiſſurus, puta interfecit hominem inſidioſe in cimiterio propè eccleſiam, & incontinenti intrauit eccleſiam, talem eccleſia non defendit dict. fin. c. de immunitate eccleſiarum.

Extrahens violenter aliquem ab eccleſia crimen læſæ maieſtatis cõmittit.

Delinquẽs in Eccleſia vel propè non defenditur ab eccleſia.

rum. & ſic intelligitur dict. §. neque autem. de mandatis princip. collat. 3. aut non deliquit in cimiterio ex propoſito defendendi ab eccleſia, vt videlicet quando nullam habebat inimicitiam cum illo, quem interfecit, ſed ex arrupto exorta rixa de nouo inter eos extra eccleſiam in cimiterio, & cum occidit ſtatim ingreditur eccleſiam, talis gaudet eccleſiæ immunitate, & per Doctores & ſignanter Henricum Bohic. in can. eccleſiam. in. 1. diſtin. de immunitate eccleſiarum, quod nota. omnia ſupradicta refert Montaluus in gloſſ. ſua ad dict. l. 4.

## Lex. 5. primæ Partitæ.

Huiuſmodi criminoſos non defendit eccleſia.

DE iure † canonico non defendebat eccleſia manifeſtum proditorem, iniuſtum homicidam, adulterum, virginum raptorem, & principijs ratiocinijs ob tributa, vel exactiones collectorem obligatum, hæc dicit dicta lex in ſumma concordat lex octaua Fori, in. 1. lib. tit. 5. fol. 15. col. 4. vide ibi gloſſ. ſingularem. Iſta lex habuit ortum ab authen. de mandatis principum. §. quod ſi delinquentes. & §. publicorum vero tributorum. Sed ſecundum ius canonicum, quod in ijs ſpiritualibus & in eccleſiaſticis debet obſeruari, non habent locum iura vetera, ſed ca. inter alia. 20

An fugẽs ad eccleſiã pro tributi Regis gaudeat eius immunitate.

SED † circa debitorem fugientem propter tributa Regis ad eccleſiam eſt magis dubium. Nam inſpecto iure communi, ſecundum quod liber homo non capitur pro debito, nec debet creditori ſeruire. l. ob æs de exactionibus & oblig. C. ca. lator. de pignoribus, non debet ab eccleſia extrahi d. l. præſenti. §. de his. C. qui ad eccle. confug. quia etiam ſi extra eccleſiam eſſet ipſe debitor, poteſt cedere bonis. l. 1. C. qui bon. ce. poſſ. ſed inſpecto iure municipali, 21



cipali, ſecundum quod liber homo capitur pro debito debet extrahi ab eccleſia. Nam cum perſona virtute legis fori lib. 3. titul. fin. l. 15. fol. 9. Sic effecta ipſius debitoris, & quodammodo conditionata ad ſeruitium præſtita ſecuritate extrahitur, neque creditor qui quodammodo dominus debitoris eſt ſeruitio defraudatur, per d. l. præſenti. §. ſanè. & hoc maximè in tributis Regi debitis, in quibus magis debet fiſco faueri, vt latiꝰ ibi per gloſ. & quoad iſtam legem vide l. 15. part. 3. titul. 4. in l. Fori. & ibi gloſſ. quæ quærit, an pro debito quis debeat extrahi ab eccleſia.

Pro tributis Regi debitis extrahi põt quis ab eccleſia.

# IVSTIS PRAESVPpoſitis venio ad regulam.

### *SVMMARIVM.*

1 *NON debet quis extrahi ab eccleſia, etiam pro quocunque crimine.*

2 *Immunitas confugientium ad eccleſiam qua ratione inducta ſit.*

3 *Ad œconomi officium pertinet, vt confugientium ad eccleſias perſonas cauſasq; inceſſanter conquirat.*

1 REGVLA eſt quis non debet † extrahi ab Eccleſia, etiam pro quocunque crimine.

Generali regula nemo extrahi poteſt ab eccleſia.

Guillelmus de monte Lauduno in Clemen. 1. de pœniten. & remiſſio. in 2. quæſt. quærit, quis gaudet tali immunitate, & dicit, quod quicunque, & cuiuſcunque conditionis exiſtat, qui velit gaudere. Idem tenent Anchar. Imol. & Cardina. in dict. Clem. 1. in 3. quæſt. & hanc regulam omnes, quos ſupra retuli tam Canoniſtæ, quàm Legiſtæ ponunt, & procedit iſta regula à iure diuino, Canonico, & ciuili, &

ab antiqua obſeruantia.

Ratio regulæ eſt honor Dei & charitas proximi.

RATIO iſtius regulæ eſt. Nam † immunitas confu- 2
gientium ad eccleſiam introducta fuit, ob honorem & reuerentiam Dei, & charitatem, & pietatem proximi. Ioan. Bichis in dict. tract. eod. titul. cap. fin. verſi. 32. quæro, locus enim non ſanctificat hominem, ſed homo locum. ca. non loca. ca. ante omnia. ca. omnia. ca. qualibet. 40. diſtinct. alias eccleſia decoraretur in loco & non in perſona, quod eſt falſum, quia Deus non in loco ſed in perſona beati Petri fundauit ſuam eccleſiam, dicens, Tu es Petrus, &c. Secundũ Zenzilli. in extrauag. execrabilis. §. nos iſta. in verbo Romanæ eccleſiæ. de præbe. refert prædicta Nicol. Boeri. in deciſi. quæſt. 110. in prima parte. fol. 116. col. 2.

Et iſta regula, indiſtincte procedit in liberis Chriſtianis. Nam tales regulariter, extrahi non debent ab eccleſia, & qui illos extraxerint puniuntur de iure ciuili prout in crimine læſæ maieſtatis. l. 2. in fin. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & per omnes ſcribentes ibi. maximè per Placentinũ in dict. rubri. C. de his, qui ad eccleſ. cõfug. De iure canonico imponitur alia pœna, prout dico plene, infra. q. 9.

Ad quid teneantur ex officio eccleſiarum œconomi.

Et quod in ſeruo dico infra, in 17. Fallent. Illud ſciendũ eſt, quod ad œconomorum officium pertinet, vt confugientium ad eccleſias perſonas cauſaſq; inceſſanter inquirant, id eſt, qui ſint & vnde veniant, & quare confugiant, ſecundum Placen. in d. rubr. de his, qui ad eccleſ. confug. C. in fina. verbis, & Marcus de Mantua cõſil. 60. nu. 4. cum ſequentibus dicit, quod ſciendum eſt, criminoſum quempiam, crimine commiſſo plerunq; ad eccle. confugere. vt tutus ſit, & tunc clarum eſt eum inde expelli, vel extrahi non poſſe, cuiuſcunque conditionis liber vel ſeruus: imo etiam autoritate iudicis incurrit in pœnas ciuiles & canonicas. allegat iura, quæ ſuperius fuerunt allegata, & dicitur immunitas eccleſiæ, & nõ perſonarum eodem fugientiũ.

Notabile.





per dicta iura & Anchar. conſil. 329. in princ. niſi eſſet publicus latro, vt inferius dicitur. Hæc Marcus vbi ſupra.

# Ampliatur Regula.

## *SVMMARIVM.*

1 *ECcleſia etiam non conſecrata gaudet immunitate modo autoritate ſuperioris fuerit conſecrata.*
2 *Ecdeſia materialis num eccleſia nominanda ſit.*
3 *Eccleſia Baſilica appellatur, & cur ita.*
4 *An Balica immunitate gaudere debeat.*
5 *Baſilic pro heremitario ponitur.*
6 *An hermitaria gaudeant immunitate.*
7 *Si non conſtet heremitaria ab Epiſcopo conſecrata an præſumantur.*

1 PRIMO, ampliatur etiam ſi Eccleſia † non ſit conſecrata, dum tamen ſit fundata autoritate ſuperioris. capit. penul. & ibi omnes. eod. titul. Archid. capit. fin. 17. quæſt. 4. dicit quod priuilegium immunitatis habent eccleſiæ conſecratæ & non conſecratæ & hoc procedit etiam ſi in tali eccleſia nõ conſecrata, nondum ſint diuina officia celebrata, ſecundũ Hoſtienſem, Ioan. Andr. Henri. Bohic. Anto. Anchar. Cardin. Panor. in d. c. penul. nam ex quo eſt dedicata Deo per Epiſcopum non eſt curandum de celebratione. Secundum prædictos, facit text. in cap. fin. de conſecra. diſt. 1. & hoc etiam tenent Guilliel. de Monte Laudi. Ancha. Imol. Card. & Bonif. de vita. nu. 32. in Clem. 1. de pœn. & remiſ. Et ſic ſeruat cõſuetudo ſecundũ Bonif. vbi ſup. Idem tenet Marian. Socin. in tracta. de cita. artic. 17. quæſtione. 5. & Ioan. Fab. in l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & Panor. in d. c. penul. dicunt, quod in hoc ſtatur conſuetudini, ceſ-

Prima ampliatio, eſt quod eccleſia etiã nõ conſecrata eſt immunis.

ſante conſuetudine de iure communiter tenetur, quod talis eccleſia, in qua nondum ſunt diuina officia celebrata, gaudet dicta immunitate, de qua loquimur, ſecundum Panormit. & alios in dict. cap. penul. & per Ioan. Bichis in dict. tract. de immun. eccleſ. num. 46. fol. 75. in paruo volumi. col. 3. gloſſ. in dict. capit. penult. tenet, quod eccleſia nondum conſecrata, vbi diuina officia non ſunt celebrata, non gaudet immunitate. & eam ſequitur Hoſtienſis in ſum. eod. titul. in 6. libr. fol. 86. Tamen omnes ſupradicti, tenent contrarium, & intellige ampliationem, quando talis eccleſia eſt fundata autoritate ſuperioris, alias ſecus. tex. à contrario ſenſu in capit. ad hæc. de religio. domi. notat Hoſtien. in cap. autoritate. de cenſibus. Dicit Cardin. conſil. 13. in princ. quod eccleſia antequam ſit conſecrata propter id, quod eſt deputata diuino cultui gaudet immunitate eccleſię, per dict. cap. pen. eod. titul. quia quodcunque eſt diuino conſecratum obſequio, ſanctum ſanctorum eſt domini. ca. nulli. 12. quæſt. 2. Cardin. vbi ſupra.

Eccleſia fundata autoritate ſuperioris gaudet immunitate.

Guillielmus Mayne. in regul. nemo de dom. de regu. iuris. ff. fol. 249. col. 4. nu. 21. dicit, quod hoc priuilegium, ne quis inuitus extrahatur ab eccleſia, præter caſus exceptos, gaudet etiam eccleſia nondum conſecrata, ad cultum tamen diuinum ædificata de conſenſu vel autoritate Epiſcopi, aut ſuperioris, licet in ea non ſint diuina officia celebrata. Secundum Guill. de mon. Laud. & Imol. in d. Clem. 1. de pœnit. & remiſ. quamuis gloſſ. in dict. cap. pen. eod. titul. & alij, tenent contrarium. Sed contra illam glo. tenent Doct. ſupradicti. & licet text. in dict. cap. pen. dicat eccleſia, in qua diuina officia celebrantur, debet exponi, id eſt, celebrari poſſunt. Secundum Panorm. ibi qui dicit in hoc ſtandum conſuetudini. retuli ſupra. Item omnia priuilegia conceſſa eccleſijs, conceſſa videntur hoſpitalibus. l. omnia priuilegia. C. de epiſco. & cleri. A fortiori, eſt dicendum



dum in eccleſia nondum conſecrata, ſed de proximo conſecranda. Hæc Mayne. vbi ſupra. ſunt dicta Panor. in d. c. pen. col. 2. quæ refert dictus Guill.

2 PRO maiori declaratione † regulæ noſtræ, quæ loquitur de eccle. materiali, quæritur de ratione aliquorum nominum, quibus variè reperitur nominata eccleſia materialis. ¶ Primo nominatur eccleſia. ca. eccleſ. de conſec. diſtinct. 1. de eccleſ. ædifi. per totum: & ſunt infinita iura, quæ faciunt mentionem de Eccleſia, quia in ea eſt conuocatio populi Chriſtiani, iuxta illud Iudic. 2. in Eccleſia populi Dei conueniunt ad audienda, ſcilicet diuina præcepta, ad percipienda diuina Sacramenta, ad perſoluendas laudes diuinas. Ioan. de Tur. Crem. in cap. eccle. verſic. ad quarta. de conſec. diſt. 1. fol. 5. col. 2.

Eccleſia materialis Eccleſia nominat.

3 Secundo, nominatur † Baſilica. i. regalis cap. 2. ca. Baſilicas. de conſec. diſt. 1. quia in ea regi regum exhibetur miniſterium, laus & benedictio baſileus enim rex interpretatur Ioan. de Turre Cre. vbi ſupra dico in hoc latius. Nam baſilica dicitur, palatium, quælibet eccleſia dicitur baſilica, palatium Regis, vnde quælibet dicitur baſilica quæ domus & palatium ſummi Regis æterni eſt alij dicunt, quod tantum Epiſcopales eccleſiæ, id eſt, cathedrales dicuntur baſilicæ, quia huiuſmodi eccleſias conſueuerunt reges fundare, vel dic, quod baſilica dicitur à Baſilico rege Græcorum, qui fuit primus, qui fecit ſe ſepelire in eccleſia inde dicitur baſilica, vel dicitur à baſeo, es. i. fundo, as. inde baſilica, id eſt fundamentum omnium eccleſiarum, vel dicitur baſilica regalis, quia ibi regi regum miniſtratur. Baſilios enim in Græco: rex in Latino interpretatur: vnde Baſilius dicitur rex ſerpentum. Hæc Archid. in ca. nõ oportet. 2. q. 2. diſt. & eundem Archid. ad literam referunt Ioan. de Tur. cre. Domi. & Propoſi. in d. c. non oportet. eum etiam refert, licet nõ ita ample Alber. de Roſa, in dictionario ſuo

Eccleſia Baſilica appellatur optimis de cauſis quas vide.

Nota ad eruditionẽ & hiſtoriã.

 in verb.

in verb.baſilica.Panor.in c.1.de religio.domi. in 3. notab. dicit,quòd antequam eccleſia conſecretur,appellatur baſilica:ſed poſt conſecrationem appellatur eccleſia:& eccleſia eſt nomen Græcum, quod Latinè interpretatur conuocatio, quia homines ibidem vocantur ad diuina audienda.Baſilica,dicitur,quaſi habitatio Regum & Imperatorum à Baſilio principe. Sæpè tamen iura vtuntur promiſcuè,his vocabulis ſecũdum Panor.vbi ſupra, dicit Panor. ſuper rubr.de conſec.eccle.vel altaris, quod eccleſia antequam conſecretur,non appellatur propriè eccleſia, ſed baſilica poſt conſecrationem aſſumit nomen eccleſiæ:& dicitur eccleſiæ Græcè,Latinè conuocatio: quia vocat omnes publicè.Baſilica,dicitur quaſi regum habitatio,à Baſilio,quod idem eſt,quod Imperator,ſeu rex.ſecundum Panor.in rubr.de conſe.eccl. vel altaris. Alciatus ſuper rubri. de ſacroſan.eccl.C.in princ.dicit,quod capitur eccleſia, ea ſignificatione, vt & conuentus Chriſtianorum comprehendat,& etiam locum ipſum in quem conuenitur, appellatur & locus ipſe Baſilica,ſiue quod loca publica baſilica Græci vocant,ſiue quod domus principis,baſilica,ideſt regia dicitur,quæ ſignificatio etiam diuinis templis cõuenit.

Baſilica eſt domus Regia.

Baſilius idẽ eſt quod Imperator ſeu rex.

De baſilica ſunt plures text. c.omnes baſilicæ.ca baſilicas.c.ſi quis baſilicam.de conſecr. diſtinct.1.ca.non oportet, & ſecundario. 42. diſtinct.c.prælectis. §. ad primicerium.& §. ſequenti.25.diſtinct. & ca. omnes baſilicæ. 16. quæſt.7.ca.1.de relig.domi.cano.conuenio.23. quæſt.8. collat.1.ibi ad baſilicam eccleſiæ.& collat.2.

Textus de baſilica ex preſsè in iure pontificio.

Paulus de Citadin. in tractatu de iure patronatus. in.3. parte,cauſa prima acquirendi.quæſt.32.in fin.fol.10.col.1. quærit,quæ dicatur baſilica,& dicit, quod propriè dicitur eccleſia non conſecrata,text.cum gloſ. in c.1.de relig. domi.& ibi refert Archid.in dict.c.non oportet.refert etiam Panorm. in dict. cap. 1. de religio.domi.& has baſilicas in

Romana



Romana curia plures fundatas à Conſtantino Imperatore,primo ſacrauit Syluester Papa, poſt modum mandauit,in eius ſimilitudinem, vt cæteræ omnes baſilicæ conſecrarentur,vt habetur in hiſtorijs antiquis.Ergo eccleſia,baſilica non dicitur.ca. baſilicas.de conſecra. diſt.1. Sed poſt conſecrationem dicitur eccleſia.ſecundum Panor.in locis ſuperius allegatis,& licet iſta nomina propriè ſumpta diuerſa ſignificent tamen pro maiori parte iura abutuntur ipſis vnum ponendo pro alio,cap.quicquid.de eccleſ. ædific.& ibi Panor.latius per Paul.de Citadi.vbi ſupra.

4 Quæritur an iſtæ baſilicæ gaudeant † prædicta immunitate de qua loquimur in regula. Si capimus baſilicam prout Archidia. & alij capiunt, retuli ſupra, nemini dubium,quoniam gaudeat. Nam tunc accipitur pro Eccleſia maiori,ſi vero accipimus baſilicam prout Panormi. in locis ſupra allegatis, ſcilicet pro Eccleſia non conſecrata etiam gaudet immunitate, prout dixi in.1. ampliatione,& hoc expreſsè tenet Panor.in dict.cap.penul.col.2.in princip. vbi quærit,an baſilica vel eccleſia non conſecrata gaudet priuilegio immunitatis,& concludit quod ſic.

Quæſtio an baſilicę immunitate gaudeant. Nota diſtinctioné.

Baſilica quocũque modo accepta eſt immunis.

ADVERTE quod nos in partibus iſtis accipimus
5 † iſtas baſilicas pro Heremitarijs, vulgo hermitas. Nam promiſcuè loquimur,heremitas,vel Baſilicas,& communiter iſta heremitaria, ſeu baſilica ſunt extra loca aliqua longè aliqua præpedita loca, & ſunt ædificata ad inſtar Capellarũ,vndiq; clauſa, excepta ianua, per quam ingreditur, & ſunt ædificata ſub inuocatione alicuius ſancti, & eſt ibi altare,& celebrantur miſſæ maximè in die inuocationis illius ſancti,ſub cuius nomine eſt illa baſilica, ſeu heremitorium, & in iſtis heremitorijs aliquando habitat aliquis heremita, licet non ſemper in omnibus heremitorijs.

Baſilicæ capiũtur per hermitas.

An iſta heremitaria vulgo heremita,o baſilica,gaudeãt
6 immunitate de qua in regula † eſt dicendũ, qđ ſi ſunt ædi

An heremitaria immunitate gaudeant.

 ficata

ficata autoritate Pontificis, gaudent dicta immunitate. Nam dicit Hoſtienſis in dict. cap.penul. colum.2. eodem titul.quod ſufficit, quod locus ſit dedicatus Deo autoritate ſuperioris, ſeu pontificis cum poſtea non poſsit ad humanos vſus redire. cap. ad hoc. de relig.domi.refert Pan. in dict.cap.pen.cap.2.in princ.

Et ſi non conſtat de dicta autoritate ſuperioris an præ- 7
ſumatur quod ſic,eo quia † dicta heremitaria ſunt ædificata ad inſtar eccleſiarum, ſeu capellarum,& ſub inuocatione alicuius ſancti, & eſt ibi Altare,& celebratur miſſa, vt dixi ſunt ſigna, per quæ præſumitur autoritas Panor. Barba. poſt Innocent. & alios in cap. inter dilectos. de donat. maximè in heremitorijs, ſeu baſilicis antiquis de quarum ædificijs, non eſt memoria. Nam iſtæ ſolennitates extrinſecæ præſumuntur propter diuturnitatem temporis, pleniſsimè per Felin.in cap. ſicut.de re iudicata.Non inſiſto in hoc, quia videtur mihi caſus clarus, & facit dictum Federicum de Senis,conſil. 130.vbi videtur innuere à cõtrario ſenſu in caſu ſimili, quod vbi eſt Altare in dubio præſumitur autoritas, vt latius per eum, & expreſsè, hoc vult Panormit. poſt Innocent. & alios in capit. inter dilectos. de donationib. vbi quærit ſi dubitatur an interuenerit conſenſus Epiſcopi, in conſtitutione eccleſiæ, an præſumatur, quod ſic dum modo ſit in forma eccleſiæ. Ita quod ibi publicè miſſæ celebrentur,vel ſit altare vel campanillæ, Felin. in capit. quarta. colum.4. de præſcriptionibus. vide pleniſsimè per Ioannem de Sylua in tractatu de beneficio in prima parte.quæſtione.6.fol.59. colum.2. Archidia. in cano.nemo. de conſecra.diſtinctione prima.

Quãdo præſumatur ſuperioris authoritas licet q̃ ea nõ conſtet.

Cardin.conſil.40.in fine. & Philippus Decius conſil.20. loquendo de Hoſpitali, refero infra in 16.ampliatione.

Vide ampliat. 16.

Secunda



# Secunda Ampliatio.

## SVMMARIVM.

1 Eccleſia ab oratorio, in quo differat.
2 *Oratorium inconſulto ſuperiore non licet ædificare.*
3 *Modus diſcernendi oratorium ab eccleſia.*
4 *Miſſam in oratorijs celebrare licet.*
5 *Campanillæ ſunt indicia eccleſiæ.*
6 *Oratorium quilibet in proprietate ſua ædificare poteſt.*
7 *Duo genera oratorij hic deſcribuntur.*
8 *Oratorium non reducendum ad faciem & ſimilitudinem eccleſiæ.*
9 *Oratoria beneficij appellatione non continentur.*
10 *An oratorium gaudeat immunitate.*
11 *Oratoria ad priores vſus reuocari non poſſunt.*
12 *Oratorium quomodo ab Epiſcopo viſitari poſsit.*
13 *Oratoria vulgo capellæ dicuntur.*

SECVNDO, ampliatur Regula ad heremitas vulgo Hermitas, o baſilicas,quæ gaudent immunitate, de qua in regula,per ſupradicta.

Ampliatio ſecunda.

Tertiò, eccleſia materialis nominatur kiriaca, quia ibi domino dominorum ſeruitur. kirios enim dominus interpretatur,vnde kirieeleiſon.i. Domine miſerere.Sunt verba Ioannis de Turre crem.in d. cano. eccleſ. de conſec.diſtin.1.verbo,ad quartum in quo quæritur.

Eccleſia materialis nominatur kiriaca.

Quartò nominatur Eccleſia materialis domus à dogmate,quod Græcè dicitur tectum, quia in vna domo habitant, vel cõmuniter ſub vno tecto viuunt. Vnde domus dicitur,quaſi dans manere vnanimes in ſe, dicitur autẽ domus Dei,quia Deus in ea ſpecialiter habitat,vnde Pſal.67. In loco ſancto ſuo Deus, qui inhabitare facis vnanimes in domo.Hæc Ioan.de Tur.crem. in d.cano.eccl.& iſta talis domus vocatur etiã eccleſia ſecundũ eundem Ioannem.

Eccleſia materialis dicitur dom⁹ à dogmate. Eccleſia dicitur dom⁹ Dei & qua ratione.

An iſta domus in qua clerici vel religioſi viuunt ſub eodem tecto habentes eccleſiam per ſe in dicta domo gaudeant

An domus clericorũ

gaudeat im munitate vide infra amplia. 11.

deant immunitate, de qua in regula, vide infra ampliatio-
ne. 11. incipienti ſepta eccleſiæ.

Sententia Archidiaconi.

Archidiaconus in cano. & hæc. 16. q. 7. dicit, quod do-
mus aliquoties vulgariter in lingua Lõbarda eccleſia Epi-
ſcopalis domus dicitur à dogmate, quod idem eſt quod
tectũ, quia in vna domo habitãt, vel cõueniunt & ſub vno
tecto viuũt & ſecundũ hoc appellatur domus per excel-
lentiam, Epiſcopalis, eccleſia dicitur etiã eccleſia ſpeciali-
ter domus orationis, & in dict. cano. & hæc, dicitur etiam
domus Dei, quia ibi Deus ſpecialiter inhabitat vnde habi-
tantes in ea ſpecialiter protegit Deus, domus enim tutiſsi-
mum refugium & receptaculũ debet eſſe. l. pleriq;. de in

Eccleſia materialis dicitur oratorium.

ius vocan. ff. Archid. vbi ſupra. ¶ Quinto, Eccleſia mate-
rialis dicitur oratorium, quia in ea populus ad orationem
cõuenit, qua ratione domus orationis dicitur Matthæi 21.
Ioan. de Turre Cre. vbi ſupra. c. decet. de immunit. eccleſ.

Quæſtio an ſit differentia inter eccleſiam, & oratorium.

lib. 6. c. cum eccleſia. eod. tit. cũ ſimil. ¶ Quæro an ſit diffe
rentia inter † eccleſiam & oratoriũ. Inno. in. c. fin. de cenſ. 1
dicit, quod eccleſia dicitur, vbi certa dos ſtatuta eſt pro ſa
cerdotibus, & clericis in ea deſeruientibus, & pro alijs ec-
cleſiæ neceſsitatibus cano. de conſecra. diſt. 1. Oratorium
autem dicitur vbi oratur: ſed miſſa ibi non dicitur can. vni
cuiq;. de conſecra. diſtin. 1. De licentia tamen Epiſcopi ali-
quando licet ibi miſſas celebrare, ſed non in magnis ſolen
nitatibus can. clericos. cano. ſi quis. de conſecra. diſtin. 1. &
videtur, quod ſi in oratorijs eſt ordinatus certus miniſter
ſemper eſt præſentandus Epiſcopo, etiam ſi tale oratoriũ
ſit grangeria, arg. can. in parroch. 16. q. 1. Alij contra hæc
Innoc. vbi ſupra. Hoſtien. Ioan. Andr. referunt eum ad lite
ram, & Card. in. d. c. fi. in fin. & Ant. ibi etiam refert ad lite
rã Innoc. ¶ Refert Cardi. qui latè loquitur in iſta materia

In oratorio conſtructo de licentia

conſil. 8. per totum, circa oratorij conſtructionem dico
quod † cõſtrui poteſt, de licentia diœceſani, præter licen 2
tiam



ſuperioris licet celebrare alias minimè.

tiam autem non licet, vt in ipſo oratorio poſsit Miſſa cele
brari, tex. in can. vnicuiq;. & can. clericos. can. nemo. & ca-
no. miſſarum. de conſecr. diſt. 1. ſi ergo cõſtrueretur ſine li
centia diœceſani eſſet oratoriũ priuatum, in quo celebrari
non poſſet, per dicta iura, & ſic autoritas diœceſani, hoc
operabitur, quod celebrari in eo poſsit, & pro prædicto eſt
gl. in. c. fin. de cenſ. & ibi Innoc. facit differentiã inter eccle
ſiã & oratorium, & concludit de licentia Epiſcopi, miſſas
poſſe celebrari, non tamen in magnis ſolennitatibus, vnde
concluditur Epiſcopum poſſe dare licentiam celebran-
di in oratorio, cum conſtructũ fuerit, etiam ſolenniter, &
publicè exceptis ſolennitatibus de quibus tex. facit mentio
nem, in can. ſi quis. de conſecr. diſt. 1. & iſtæ feſtiuitates ſo
lennes poſſunt etiam eſſe, ſecundũ conſuetudinem loci. In
quo tale Oratorium, quia forte Epiſcopus, cum ſuo clero,
& populo illas ſolennitates induxit. c. fin. de ferijs. can. pri-
mo. de cõſecra. diſt. 3. quod quidem facere poteſt de ſan-
ctis ab eccleſia canonizatis, quia antea celebrari nõ ſolebãt
in illo loco. Ita intelligit glo. c. 3. de conſecra. diſt. 1. & glo.
in. c. 8. de reliq. & venera. ſancto. lib. 6. dicit etiam Cardin.
vbi ſupra, quod ſine Rectoris parrochialis cõſenſu, poteſt
Epiſcopus ex cauſa concedere conſtructionem oratorij,
& dicit vlterius, quod ſi per conſtructionem oratorij non
præiudicatur ipſi eccleſiæ parrochiali in iuribus parrochia
libus poteſt Epiſcopus libere concedere licentiam. Si ve-
ro præiudicatur non poteſt, ſine conſenſu Rectoris, vel de
fenſoris, niſi cauſa legitima ſubeſſet quæ per Epiſcopum
debet diſcuti, hæc Card. in. d. conſil. 8.

Qualiter oratorium differat ab eccleſia.

Panor. in dict. c. fin. de cenſib. col. 2. in princip. poſt In-
nocen. & omnes alios, quos ſupra retuli, quærit qualiter. di
3 ſcernatur † oratoriũ ab Eccleſia, & dicit, quod Eccleſia eſt
illa quæ principaliter deputatur ad celebrandum, & oran
dum, ac etiam cõſecratur per Epiſcopũ & conſtituitur ibi
dos

dos pro miniſtris,& pro cultu diuino,in dict.cano.nemo. de conſecra. diſtinct.1. Oratorium non conſecratur, nec conſtituitur,ſibi dos,nec principaliter fit, vt ibi celebretur miſſa,ſed vt ibi oretur.

In Oratorijs priuatis nõ licet celebrare ſine licẽtia epiſcopi.

Vnde † in iſtis oratorijs priuatis, ſine Epiſcopali licen- 4
tia non eſt celebrandum d.cano.vnicuique.cum ſimi.nec poſſunt habere campanam publicam cap. patentibus. de priuilegijs, vt latius per Panor. & alios in d.c.fi.de cenſib.

Philippus Decius conſil. 148. refert Panor. ad literam, & vltra eum Federicum de Senis,conſil.130. vbi addit cõſiderandum eſſe,an in tali loco ſint campanillæ,ex quo demonſtratur quod ſit eccleſia,quia Campana publica non debet eſſe in Oratorijs dict.capit.patentibus.& Panor.ibi. cap.inter dilectos.col.2.de donatio.& cap.Ioannes de homicidijs. vt latius per Philippum Decium,vbi ſupra.

Cãpana publica nõ poteſt eſſe in oratorij.

Philippus Probus in cap.fin.de conſue.lib.6.in additionibus, ad Ioannem Monachum,in principio dicit, quod

Eccleſiæ q̃ principaliter deputatur ad celebrandũ aſſignatẽ dos, oratario non ſic.

eſt differentia † inter Eccleſiam, & Oratorium,in quo nõ 5
aſsiſtunt,nec innituntur beneficia, differentia enim datur, quia eccleſia illa eſt,quæ deputatur principaliter ad celebrandum & conſecratur per Epiſcopum, & dos ſibi conſtituitur d.cano.nemo. de conſe.diſtinct.1. Oratorium vero non conſecratur,nec dos ſibi conſtituitur, nec fit principaliter, vt ibi celebretur,ſed ad orandum. Federicum de Senis,conſil.130.& refert Decium,vbi ſupra.

Oratoriũ quilibet in domo & extra domum ædificare põt dũ nõ celebretur in eo ſine licentia epĩ.

Oratorium quilibet poteſt in † proprietate ſua ædifica 6
re,non ſolum in domo,ſed etiam extra, dum tamen in eo non celebretur ſine licentia Epiſcopi can.vnicuique. cum ſequenti.de conſecra.diſtinct.1.can. religioſum.12.quæſt. 2.can.quidam.18.quæſt.2. Paulus de Citadinis in tractatu de iure patronatus,in 3.parte cauſa.1.acquirendi.quæſt.29. in fine.fol.9.col.2.in princ.& idem Paul.de Citadi.vbi ſupra. quæſt.32.in fine.fol.10.col.1.dicit, quod Oratorium eſt quod



eſt quod quiſque ad placitum fundare poteſt, non tamen in eo ſine licentia Epiſcopi celebrabitur, nec ſunt ibi habendæ campanæ capit.patentibus.de priuilegijs.Panor.in cap.fin.de eccleſia ædif.Paul.vbi ſupra.

Oratoriũ duplex ſolẽne & priuatum.

Guillielmus de monte Laudino in capit. autoritate.de priuileg.lib.6.dicit: quod oratorium eſt duplex,quodam ſolemne,quod Capella, ſiue modica eccleſia.& de hoc loquitur cap.fin.de cenſib.& cap. patentibus. de priuilegijs, eſt & aliud priuatum, quod cuilibet in domo ſua facere licet:& etiam propria autoritate.ca.vnicuique.cum ſequen. de conſec.diſtin. prima.

Imponitur pœna erigentibus oratoria.

Calcaneus conſil.31.col.2.num.3. dicit, quod oratoria & religioſæ domus & altaria non ſunt conſtruenda, nec erigenda,ſine autoritate Epiſcopi, alias erigentes excommunicantur, & clerici deponuntur, cano. nullus Epiſcopus.de conſe.diſtin.1.cano. de liguribus.& cano.non vos. 23.quæſt.5. oratoria enim,quæ autoritate Epiſcopi conſtruuntur religioſa ſunt cano.oratorium.42.diſtin.ca.quidam.18.quæſt.2.& dicitur oratorium eccleſia, ſeu capella,vel altare conſtructum cauſa orandi.c.fin.de eccle.ędif. & non ſunt conſtruenda ſine autoritate Epiſcopi,quia religioſa & ſancta. can. quicunque.16. quæſt.1. hæc Calcaneus vbi ſupra.

Oratoria duplicia priuata & publica,publica ſunt.

Cardin. conſil. 11.col.2.in fin. quærit an oratorium ſit
7 locus eccleſiaſticus, & dicit, quod oratoria ſunt † duplicia,quædam priuata,quædam publica, publica ſunt, quæ non ſunt conſtruenda ſine licentia Epiſcopi. Ita loquitur text.in capit. autoritate. de priuilegijs libr. 6. Et iſta differunt ab eccleſia, quia eccleſia dotatur oratoriũ vero non. Item in oratorijs non debet Miſſa celebrari, niſi in magnis ſolemnitatibus,cano. ſi quis. etiam extra de conſecratione diſtinctione.1. in eccleſijs vero ſic Innocent. in cap. fin.de cenſibus.

QVAE-

*Oratoria priuata.*

QVAEDAM vero ſunt oratoria priuata quæ fiunt etiam ſine autoritate diœceſani d.can.vnicuique. de conſecra.diſt.1.vbi text. dicit,quod licet vnicuiq; habere oratorium in domo ſua, dicit gloſ. oratorium non ſacrum,id eſt priuatum.Sacrum autem fit autoritate diœceſani, can. nemo.de conſecr.diſtin.1.cano.quidam.18.quæſt.2.de talibus oratorijs priuatis,loquitur tex.in d.c.fin. de cenſib.& tex.in cap.patentibus.de priuilegijs.Item oratorium publicum & ſacrum non poteſt prophanari,can.lingua. & can. veſtimenta.de conſecra.diſtin.1. regula ſemel. de reg. iur. in 6. Sed oratorium priuatum ſic cap.inter dilectos. & ibi Innoc.de donat.vbi dicit,quod talia oratoria niſi ſint autoritate diœceſani deputata religioni , poſſunt alienari in quaſcunque perſonas.c.ad hæc.de relig. domi. ex quo infertur,quod non ſunt loca eccleſiaſtica,quia ſi eſſent, non poſſent ad alium vſum trahi ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.Clem. quia contigit. de relig.domi.

*Oratoriũ publicum prophanari nõ poteſt priuatũ ſic.*

8 ITEM caueant quod oratorium non † reducant ad faciem,& ſimilitudinem eccleſiæ,ſcilicet faciendo campanillas,cum campanis,quia tunc in futurum præſumitur,locus eccleſiaſticus per nota.per Archi.in can.nemo.de conſecra.diſtin.1.vbi dicit,quod ſi dubium eſt an in conſtructione eccleſiæ interuenerit autoritas Epiſcopi præſumendum eſt,quod ſic ex quo habent ſigna loci eccleſiaſtici, dixi ſupra in fine.2.ampliat. Cardin.vbi ſupra.

*Oratoriũ fieri nõ debet ad modum eccleſiæ.*

Gloſſa in d.c.autoritate.de priuileg.in 6.dicit, quod publica oratoria non conſtruuntur ſine licentia diœceſanorum priuatim autem orare in domo ſua cuilibet licet,non erigendo ibi altare,neque miſſam celebrando,glo. vbi ſupra.& dicit Archid.ibi in princ.quod duplex eſt oratoriū, ſicut poteſt colligi, ex can.penul.& fin.17.diſtin. vbi loquitur de oratorijs, quæ ſunt eccleſiæ. Sunt oratoria priuata. can.vnicuique.cum ſequen.de conſec. diſtin.1.

Anchar.



Anchar.in.d.c.autoritate. in 2.notab.notat ex illo text. quod oratoria non ſunt conſtruenda ſine autoritate Epiſcopi. Quæ autem ſit differentia inter eccleſiam & oratorium, dicit quod eccleſia eſt vbi ſtatuta eſt certa dos pro rectore & clericis & alijs neceſſarijs can. nemo. de conſec. diſtin.1.oratorium eſt,quod non eſt dotatum nec ædificatum ad miſſam celebrandam,ſed ad orandum d.can.vnicuique.de conſec.diſtin. 1. De licentia Epiſcopi poteſt ibi celebrari,quam licentiam non concedit in maioribus feſtiuitatibus,ca.ſi quis extra.ca.clericos.ead.diſtin.in authen. vt nullus fabri.ora. §.1.collat.5.& in authen. vt in priuatis domibus ſacra myſteria non fiant,collat.5.& per Domi. Philip.Franc.& alios in d.c.autoritate.

*Differẽtia inter eccleſiam & oratorium.*

9 Et iſta oratoria † ſiue ſint publica, ſiue priuata , non dicuntur beneficia eccleſiaſtica.Bonif.de vita.in Clem.1.de iudi.colla.2. in fine.nu.31.Nam ibi dicit,quod Leproſaria & Hoſpitale non eſt beneficium eccleſiaſticum , vel officium eccleſiaſticum.Petrus Rebuf. in tracta. nominationũ.quæſt.15.verſi.33.fol.125.col.1.nu.53.& melius in tracta.de pacifica poſſ.in 10.Fallent.fol.53.col.1.nu. 286.

*Oratoria non dicuntur beneficia eccleſiaſtica.*

Petrus de Peruſio, in tracta.de canonica epiſcopali.fol. 160.col.2.nu. 21.in 4.volumi.dicit, quod quilibet poteſt habere oratorium in domo propria , dum modo non habeat formam eccleſiæ:ſed ibi celebrari non poteſt,ſine autoritate Epiſcopi.can.vnicuiq;.de conſecra.diſtin.1. & talis locus dicitur pius , quia deputatur ad opera pietatis, & orationis.ſecundum Petrum vbi ſupra, & de iſtis oratorijs remiſsiuè per Marianum Socin.in tractatu de citatione,artic.7.quæſt.2.fol.22.col.3.in prin.

*Oratoriũ priuatum dicitur locus pius.*

Rochus de Curte,in tractatu de iure patronatus.in verſ. conſtruxit.quæſt.19.in 5.volum.fol.27.col.1.nu.27. quærit an poſsit,quis conſtituere oratorium,aut ſtatuere,quod ibidem celebretur, & tamen quod locus non ſit eccleſiaſticus.

ſticus. concludit quod ſic, dummodo id faciat cum conſenſu Epiſcopi, quia in loco prophano non poteſt celebrari, ſine conſenſu ſuperioris. capit. in his. de priuileg. & ibi Ioan. Andr. & alij allegat Cardina. conſil. 11. retuli ſupra, & iſte conſenſus Epiſcopi requiritur, vt in oratorio priuato, quotidie celebretur, non autem requiritur conſenſus Epiſcopi, in conſtruendo oratorium: talis locus poteſt cōſtrui ad bene placitum, per text. & ibi Panor. in capit. ad hæc. de relig. domi. vt plenius per Rochum. vbi ſupra. Poterit tamen Epiſcopus accedere ad talia oratoria, vt videat quomodo ſe habent. Secundum Panor. poſt alios in cap. fin. de cenſib. & quando tale oratorium conſtruitur autoritate Epiſcopi, dicitur locus eccleſiaſticus, & ſubeſt in hoc caſu Epiſcopo, nec poteſt amplius ad vſum prophanum conuerti, per nota. in cap. inter dilectos. de dona. dixi ſupra referendo Cardin. & col. ſequen. in limitatione ad concluſionem iſtius oratorij.

Conſenſus epi non requiritur ad conſtruendum oratorium requiritur tamē ad celebrādum.

Epiſcopus videre poteſt iſta oratoria.

An iſta oratoria gaudeāt immunitate.

Redeundo ad noſtrum propoſitum, eſt quærendum an iſta oratoria gaudeant immunitate, de qua in regula, & vt ſupra fuit dictum, maximè per Cardin. conſil. 11. Oratoria ſunt duplicis generis, quædam ſunt publica, quædā priuata: aduerte quod iſta publica ſunt etiam duplicis generis, quædam ſunt ædificata in loco publico ad inſtar heremitorij, ſeu baſilicæ, vel capellæ, & tum dic. vt ſupra in ampliatione præcedenti, quædam ſunt oratoria ædificata in loco publico, non ad inſtar heremitorij, ſeu baſilicæ, vt ſunt iſtæ cruces, ſeu imagines quæ ponuntur, ſeu ædificantur in vijs publicis, ad fines quod tranſeuntes per dictam viam publicam, vbi ſunt dictæ cruces, ſeu imagines orent. Nam iſta oratoria non gaudent immunitate eccleſiarum: vnde dicit Boniſac. de Vitall. in dict. Clemen. 1. nume. 74. de pœniten. & remiſs. quod iſta oratoria ſimplicia, non gaudent immunitate eccleſiarum, & ſic videtur, quod cō-

Cruces & imagines poſitæ in via publica nō gaudent immunitate.

fugiens



fugiens ad oratorium crucis, vltra Rhodanum exiſtens, non gauderet hac immunitate.

Quædam ſunt oratoria priuata, quæ vnicuique fideliū licitum eſt, habere in domo ſua per text. in ca. vnicuiq;. de conſe. diſt. 1. cap. autoritate. & ibi gloſ. & omnes de priuileg. lib. 6. & dixi ſupra. & Boniſa. de Vitall. in Clem. vnica. de baptiſ. in prin. & Ioan. de Selua in tracta. de benefi. in. 6. quæſt. part. 1. fol. 58. col. 2. in prin. Et communiter iſta oratoria ſunt in angulo domus, ſeu palatij alicuius nobilis, vel potentis potius, cauſa inanis gloriæ & delectationis, quam deuotionis, in quo poſſunt celebrari diuina officia, ex priuilegio tamen ille locus non debet dici religioſus. ſecundum Guilliel. de mon. Laud. in Clem. grauis. de ſenten. ex commu. Et ibi eum refert Boniſa. de Vitall. nu. 36. fol. 231. refert etiam eum ad literam Ioan. de Imol. in. d. Clem. grauis. in gloſ. in verb. capellis. Cardin. in. d. Clem. grauis. oppo. 1. dicit, quod iſta oratoria non ſunt religioſa loca.

10 QVAERITVR, an iſta † oratoria priuata gaudeant immunitate, de qua in regula: communis cōcluſio, eſt quod non, etiam ſi ibi celebrentur diuina: & ratio eſt, quia non ſunt dedicata, quare ſi hodie ſit oratorium, cras poterit fieri camera. ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr. Henricum Bohic. in. c. penul. eod. titul. & ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr. Cardin. quæſt. 4. in. c. fin. de cenſi. & ibi Anto. ver. ſecundo quæro. quærit an oratorium gaudeat immunitate eccleſiaſtica. refert Goffred. quod ſic & Hoſtienſis, quod non. & ſequitur Hoſtien. Idem tenet Hoſtien. in ſumma. iſto titu. in. §. inquantum. ver. quid de oratorijs. & Hoſtien. in ſumma iſto titul. in. 6. lib. titu. 3. fol. 86. & Henricus Bohic. in. c. fin. de cenſi. & Anchar. in. c. autoritate. de priuilegijs. in. 6. in ſecundo notab. vbi dicit, quod priuata oratoria non habent immunitatem eccleſiarum, nec ſunt ab Epiſcopis viſitanda, nec ab eis procuratio exigenda, nec

Oratoria priuata nō gaudēt immunitate.

C debent

debent habere campanillam per nota. in. d. c. fin. de cenſi.
& plenius ibi per Henricum Bohic. Ioan. Fab. in. §. fin. de
his, qui ſunt ſui. & in. l. 1. de his qui ad eccle. confug. C. di-
cit, quod capellæ, quæ ſunt in domibus, non gaudent im-
munitate eccleſiæ, & in additio. ad Panor. in. d. c. pen. eod.
tit. & Guillielm. de mon. Laud. in. d. Clem. 1. de pœnit. &
remiſ. col. 1. dicit, quod oratoria nõ præſtant immunitatẽ,
licet ibi ſint diuina officia celebrata. ſecundũ Hoſti. in. d.
c. fin. de cenſi. Idem tenet Imol. in Clem. 1. de pœni. & re-
miſsi. col. 1. in fin. vbi dicit, quod oratoria priuata, licet ſint
ibi diuina officia celebrata, non habent dictum priuilegiũ.
Idem dicit Bonif. de Vital. in. d. Clem. 1. nu. 74. Idem etiã
tenet Guil. de mõ. Laud. in Clem. quia cõtingit. §. nõ omit
tunt, de relig. dom. vbi dicit, quod locus, qui eſt duntaxat
ædificatus, pro oratorio cum non ſit verè religioſus, non
gaudet immunitate. Panor. in. d. c. fin. de cenſ. col. 2. ver. ex
his infertur. quærit nunquid iſta oratoria gaudent immu-
nitate eccleſiaſtica, dicit, quod cõmunis opinio eſt, quod
non: cũ ſint loca priuata, hodie poſſunt eſſe oratoriũ, cras
erit camera priuata, ad volũtatem dñi. Idem tenet Panor.
in. d. c. pen. col. 2. eod. titu. verſ. ſecundo quæritur. vbi dicit,
quod priuata oratoria, quę in domibus priuatorũ ſunt hoc
priuilegiũ non habent pro hoc facit, quia illa loca poſſunt
reuocari & reduci † ad priores vſus prophanos autoritate 11
dominorũ, per Innoc. in cap. inter dilectos. de donatio. Ar
chid. in ca. vxor felicis. 17. quæſt. 4. in prin. ver. quæro an ec
cleſia. dicit, quod priuata oratoria non habent hoc priuile
gium immunitatis. Ioan. Bichis in tract. de immuni. eccle.
fol. 75. col. 4. nu. 48. in paruo volu. quærit nunquid orato-
ria, quæ in domibus priuatorum ſunt gaudeant priuilegio
immunitatis. Refert Goffredum in. d. c. penul. eod. titu. &
Hoſtien. in ſumma eod. tit. ſed nunquid oratoria, quod nõ
gaudent, quia iſta oratoria poſſunt reduci ad priores vſus,
& ra-



& ratio quare non gaudeant, dixi ſupra in principio iſtius
quæſtioni. Nam iſta oratoria communiter non ſunt loca
religioſa, vt ſupra dixi, & ſic non poſſunt gaudere immuni
tate, dicit tamen Panor. in. d. c. autoritate. de cenſi. quod li-
12 cet Epiſcopus † non poſsit viſitare huiuſmodi oratoria, vt
in. d. c. fin. de cenſi. Bene tamen poſſet accedere ad illa, vt
videat quomodo ſe habeant, & an præter iuris formam
conſtructa ſint & an honeſtè tractentur. Panor. vt ſupra.
ſecundum Innoc. in. d. c. fina. de cenſi. vbi hoc dicit, & eſt
nota. & eos refert, & ſequitur Rochus de Curte in. d. tracta
tu de iure patrona. in verſi. conſtruxit. quæſt. 19. in. 4. volu
mine fol. 27. col. 1. & idem etiam tenet Henricus Bohic. in
13 d. c. fin. de cenſib. Et communiter † iſta oratoria quæ ſunt
in domibus priuatis: maximè in domibus, ſeu palatijs no-
bilium & potentium vocantur, ſeu nominantur Capellæ.
Et ſic capitur oratorium pro capella, & è contra, & idem
eſt iudicandum, quoad propoſitum noſtrum de capella,
quod de oratorio, & dicit Panor. in cap. patentibus. de pri-
uilegijs. quod oratoria non gaudent priuilegio Eccleſia-
rum: & dicuntur oratoria, loca apta ad orandum nõ con-
ſecrata, nec habentia dotem, ſicut ea quæ habent magni
domini in domibus ſuis, & poſſunt deſtruere quando vo-
lunt. Eccleſiæ vero conſecratæ, & habent dotes ſuas. Pa-
normit. vbi ſupra etiam dicit, quod in iſtis oratorijs priua-
tis, non eſt prohibitum habere campanillam priuatam, &
priuatim pulſare.

Epiſcopus viſitare nõ poteſt oratoria priuata. poteſt tamen videre quomodo tractẽt.

Oratoriũ capitur pro capella.

Stat ergo concluſio, quod oratoria priuata, ſeu capellæ,
quas priuati habent in domibus ſuis, non gaudent immu-
nitate eccleſiarum, de qua in regula.

Cõcluſio.

Limitatur iſta concluſio, quando oratorium eſt con-
ſtructum autoritate Epiſcopi. Nam tunc gaudet dicta im-
munitate. ſecundum Anto. in. d. c. pen. eod. tit. in princ. vbi
dicit, quod oratorium priuatum non gaudet immunitate,

Limitatio conclu.

niſi autoritate Epiſcopi ſit conſtitutum. Cardin. in d. c. fin. de cenſi. quærit, an oratoria gaudeant immunitate, & dicit quod nō niſi fiant autoritate Epiſcopi, quia tunc gaudent. Panor. in d. c. fin. de cenſi. col. 2. verſi. ex his. quærit an oratoria gaudeant immunitate concludit, quod non. Intellige quando oratorium non eſt conſtructum autoritate pontificis. Nam ſi interceſsit eius autoritas eſſet publicum & religioſum, & nō poſſet amplius deputari ad humanos vſus. Panor. in d. cap. pen. eod. titu. col. 2. verſic. ſecundo quæritur. quærit, an Oratoria priuata gaudeant immunitate, dicit, quod non, ſecus dicit Vincentius. Si autoritate Epiſcopi oratorium ſit conſtructum, quod ſatis placet, dicit Panor. Sylueſter in ſumma in verb. immunitas. 1. quæſt. 1. dicit, quod oratoria non gaudent immunitate, niſi eſſent facta autoritate Epiſcopi. Idem etiam tenet ipſe, in d. verb. immunitas. 3. quæſt. 1. Ioan. Bichis in d. tract. eod. titu. fol. 72. retuli ſupra. quærit, an oratoria priuata, gaudeant hoc priuilegio, dicit quod non, niſi autoritate Epiſcopi eſſet oratorium fundatum ſecundum Goffredum.

Quodcūq; oratorium autoritate epiſcopi cō ſtructū immunitatē habet.

Et dicit Rochus de Curte in d. tracta. de iure patronatus. in ver. conſtruxit. quæſt. 19. fol. 27. col. 1. in. 5. volumi. quod quando tale oratorium conſtruitur cum Epiſcopi autoritate, tunc dicitur locus eccleſiaſticus, & ſubeſt hoc caſu Epiſcopo, nec poteſt amplius ad vſum prophanum conuerti. per nota. in cap. inter dilectos. de donatio. Nam ibi Innoc. Hoſtienſis, & Panormi. poſt alios dicunt, quod locus non dicitur ſacer, nec religioſus, ſed priuatus, quando non eſt inſtitutus autoritate Epiſcopi, ratio fundamen talis iſtius quæſtionis eſt, eo quod ſi oratorium eſt cōſtructum autoritate & licentia Epiſcopi, dicitur locus Eccleſiaſticus, & non poteſt amplius conuerti ad prophanos vſus, per ſupra dicta. Vnde eſt dicendum, quod ſi aliquis nobilis, vel alius ædificat Oratorium, ſeu Capellam in domo ſua, cum autoritate, & licentia Epiſcopi, quod talis locus, ſeu capella eſt eccleſiaſticus, & non poteſt deſtrui, ſeu reduci ad prophanum vſum, ſine licentia Romani Pontificis, per Clement. quia contingit. de religio. domi. Car-

Oratoriū conſtructū autoritate epiſcopi dicitur locus eccleſiaſticus.



Sine licentia Papę nō pōt deſtrui oratorium factū autoritate Epi.

11 dina. conſilio 11. retuli ſupra. Sequitur †, quod ſi eſt locus eccleſiaſticus, gaudebit priuilegio, ſeu immunitate eccleſiarum, de qua in regula dicit tamen Panormi. in dicto capit. penult. colum. prima. eodem titul. quod an iſta oratoria priuata, ſeu Capellæ, gaudeant immunitate, de qua in regula, ſtatur conſuetudini, & Guillielm. de monte Laudino, in dicta Clemen. prima. de pœnitentia & remiſsio. loquendo de oratorijs dicit, quod in hoc multum debet attendi conſuetudo, quæ tanquam fauorabilis extendi debet. & idem tenet Innocen. in dict. Clem. 1. col. 2. in principio.

Quantū ad immunitatē in oratorijs priuatis attenditur conſuetudo loci.

Guillielm. Mayne. in l. nemo de domo. de regulis iuris. ff. fol. 250. colum. prima. refert Goffredum dicentem, quod Oratorium priuatum, conſtructum autoritate Epiſcopi, gaudet immunitate. dicit tamen hoc non habere locum in oratorijs exiſtentibus, in domibus priuatorum. allegat Panormit. in dict. cap. eodem titul. ratio, quia talia loca priuata poſſunt reduci ad vſus prophanos ſecundum Panormit. in dicto capit. penult. vult iſte Doctor, innuere, quod oratoria conſtructa, autoritate Epiſcopi, in domibus priuatorum, non gaudent immunitate. Panormi. vbi ſupra, & alij, quos ſupra retuli tenent contrarium, non obeſt ratio allegata, quæ procedit, quando Oratorium eſt conſtructum ſine licentia Epiſcopi, vel alterius ſuperioris. Si tamen conſtructum eſt cum licentia, & autoritate ſuperioris, non poteſt reduci ad prophanos vſus, & ſic remanet de iure vera iſta limitatio.

Oratoriū quātūcūq; priuatū & exiſtens in domib⁹ priuatorum ſi autoritate epi factum eſt immunitate gaudet.

†

# Tertia ampliatio.

## *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia materialis, Templum dicitur.*
2 *Eccleſia tabernaculum appellatur & cur ita.*
3 *Eccleſia dicitur Sanctuarium & quare.*
4 *Eccleſia aula regia appellatur.*
5 *Eccleſia monaſterium vocatur.*
6 *Monaſterij deſcriptio.*
7 *Monaſterium ſine autoritate Epiſcopi conſtrui non poteſt.*
8 *Monaſterium quare ſic dictum ex Bart. ſententia.*
9 *An monaſteria eccleſiarum appellatione contineantur.*
10 *Monaſterij appellatione quid contineatur.*
11 *Monaſteria num gaudeant immunitate?*
12 *Eccleſia cœnobium dicitur, & qua ratione.*
13 *Quid propriè cœnobium dicatur.*
14 *Monachorum triplex genus.*
15 *Eccleſia, Capella dicitur, & cur ita.*
16 *In his, Capellis quando celebrare liceat inconſulto Epiſcopo.*
17 *Capellarum materia remiſſiuè hic tangitur.*

**Tertia ampliatio.**

ERIT ergo tertia ampliatio in oratorijs conſtructis autoritate Epiſcopi, quæ gaudent dicta immunitate, vt dictum eſt niſi conſuetudo eſſet in contrarium, vt dictum eſt.

**Eccleſia materialis templum dicitur.**

SEXTO, dicta Eccleſia † materialis, dicitur templũ 1
ſecundum illud Pſalm. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Templum enim dicitur, quia tectum habet amplum, in quo regi Domino ſacrificia offeruntur: vel quia ſub vnius tecti amplitudine ad exhibendum cultũ Deo adunantur fideles, ſecundũ illud Pſal. 28. In templo eius omnes dicent gloriam. Hæc Ioan. de Turre Crema. in d. c. Eccleſia. de conſecra. d. 1. col. 3. verſic. ad quartum. Adde Archidia. in ca. & hæc. 16. quæſt. 7. vbi dicit.



cit. Templa dicuntur propriè maiores Eccleſiæ: quaſi tecta ampla, quia populus ibi ſub vnius tecti, amplitudine adunatur. Archid. vbi ſupra, & idem in can. vniuerſas. 16. q. 3. dicit, quod templũ dicitur à cõtemplatione, quod nomina antiqui appellabãt, quæcunq; magna loca, & templa ſunt dicta, quaſi ampla tecta. Et nota quod quatuor ſunt partes templi, antica ad ortũ, poſtica ad occaſum, ſiniſtra ad Septentrionẽ, dextra ad meridiẽ. Archid. in. d. c. vniuerſas. Antica, eſt hoſtiũ anterius, poſtica poſterius. Guarinus in ſuo vocabulario, in verb. antica, & in verb. poſtica.

ITEM templum Dei, id eſt, Sancta Eccleſia. 1. q. 3. ex multis. Albert. in dictionario ſuo, in verſi. templum.

VNDE ergo, ſi templum capitur pro Eccleſia nemini dubium de eius immunitate. vt ſupra dictum eſt de Eccleſia.

**Quare eccleſia tabernaculum dicitur.**

2 SEPTIMO, dicitur tabernaculum † quaſi habitaculum militare, continet fideles, qui in hac vita militant. ſecundum illud, militia eſt vita hominis. Iob 7. de quibus Zachar. 9. Circundabo domum meam, ex his, qui militant mihi. Hæc Ioan. de Turre Crema. in. d. can. Eccleſia. de conſecra. diſtin. 1. adde Archid. in cano. & hæc. 16. q. 7. vbi dicit, quod aliquoties Eccleſia, dicitur tabernaculum: quia continet Eccleſiam militantem, quæ non habet manentem ciuitatem, ſed futuram inquirit. vt dicit Apoſtolus ad Hebræos, & Pſalm. Quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. hoc eſt, ab Eccleſia militante vſque ad triumphantem. Archiadi. vbi ſupra. & idem in. d. c. vniuerſas. 16. q. 3. dicit, quod Moyſes fuit, qui primus condidit tabernaculũ Domino, deinde Salomon templum. eſt text. cap. 1. de conſecra. diſtinctio. 1. de tabernaculo. loquitur text. in. c. 1. de re iudic. libro. 6. & dicit, ibi. Archidiaco. ſuper verbo tabernaculum, quod quantum ad literæ declarationem, dicas quod taberna-

culum erat domus Deo dedicata, quadrata, & oblonga tribus clauſis parietibus, Aquilonari, Meridionali, & Occidentali: & dicit in dict. c.2. de re iudic. libr. 6. Guillielmus de Monte Laudino col. 2. in princip. tabernaculum eſt domus dedicata Deo. de qua, in Exod. & in gloſ. ſuper ea ad Hebræos aliquando dicitur tabernaculum, habitaculum militare. de conſecrat. diſtinct. prima. in princip. & Archidiac. in dict.c. & hæc. 16. quæſt. 7. Item tabernaculum Saluatoris eſt Eccleſia Dei. c. non forſitan. de pœnit. diſtinct. 1. Alberic. de Roſa. in dictionario ſuo, in verb. tabernaculum. Vnde ergo, ſi tabernaculum accipitur pro Eccleſia, non dubitatur de eius immunitate.

Quare eccleſia ſanctuariũ appelletur.

OCTAVO, dicitur Eccleſia † materialis ſanctua- 3
rium, quia Deo eſt locus dedicatus, ſeu conſecratus. De quo Pſalm. Domum tuam decet ſanctitudo, hæc Ioan. de Turre Crema. in dict. ca. Eccleſia. de conſecra. diſtinctio. prima. colum. 3. adde text. in cap. decorem. de inſtitutio. vbi text. non conuenit ſanctuarium Dei iure hæreditario poſſideri. ad idem text. in cap. ad hæc. de decimis. Vbi text. quod Sanctuarium de iure hæreditario poſſideri non poteſt, & eſt text. in cap. conſuluit. de iure patronatus. & dicit Panormit. in dict. capit. ad hæc. de decimis. quod decima dicitur Sanctuarium, & ſic eſt ius mere ſpirituale ſi accipimus Sanctuarium pro loco Deo dedicato, clarum eſt, quod gaudebit immunitate. de qua in regula per ſupradicta.

Eccleſia aula regis nominatur & quare.

NONO, dicitur Eccleſia materialis † aula quæ eſt 4
palatium regis æterni, vbi conuiuium ſolenne celebratur. Ioan. de Turre Crema. in dict. ca. Eccleſia. de conſecra. diſtinct. 1. col. 3. hæc Ioan. vbi ſupra. Aula, ſecundum omnes vocabularios, dicitur domus regia, ſpatioſum habitaculum porticibus quatuor. concluſum Guarinus verbo, aula. Adde etiam text. iuncta glo. in Clem. 1. de Baptiſmo. dixit



dixit ibi glo. in verb. in aulis. Aula dicitur ſala, vel ſpacioſum, habitaculum, communiter habens quatuor alas. & dicit Cardi. ibi. in princ. quod aula, alio modo dicitur, palatium. c. qua fronte. de appellationibus. differt tamen à palatio, quia palatium eſt Imperatorum, & Regum, & Principum, & Magiſtratuum, aula vero inferiorum. c. cõuenit. 13. quæſt. 8. dicit Cardi. quod aliquando, vnum ponitur pro alio. Nam in. d. Clem. 8. dicuntur aulæ Regum, & in hoc non eſt vis: ſed aula propriè eſt palatij pars: palatium eſt tota domus. Imol. in. d. Clem. 8. col. 2. in principio dicit, quod aulas regulariter appellamus, Salas, de quibus. 35. diſtinct. c. Eccleſi. princi. alio modo palatium. ca. qua fronte. de appellatio. Sed propriè in hoc differunt, quia palatium eſt Imperatoris, Regum, Principum, & magnatum, aula vero inferiorum. ca. conuenior. 23. quæſt. 8. in. d. tamen Clemen. vnum pro alio ponitur, quia ibi appellatur aula etiam regum. hæc Imol. vbi ſupra text. in. d. ca. conuenior. 23. quæſt. 8. loquitur de palatio Imperatoris, & dicit text. ibi. col. penul. in princip. ad Imperatores palatia pertinent ad Sacerdotes eccleſiæ. Sequitur quod ſi aula, accipitur pro Eccleſia, idem eſt dicendum, quod in Eccleſia: ſi accipitur pro palatio Regis, vel Epiſcopi, vel alterius, dico infra.

Eccleſia monaſterium dicitur.

5 DECIMO, dicitur Eccleſia materialis monaſte-
rium †, ideſt ſolitarium, vel ſolitariorum habitaculum: ſicut eſt locus monachorũ, ſiue religioſorũ: qui præ cæteris clericis magis, remoti eſſe debent, à conuerſatione laicorum. Ioan. de Turre Crem. in. d. c. Eccleſia. col. 3. de conſecra. diſtin. 2. Adde Archid. in. c. 1. de regul. libr. 6. in princ.

Ethimologia monaſterij & deſcriptio illius.

6 quid † dicitur monaſterium, habitatio monachorũ. Nam
monos vnum, & ſteron, habitatio dicitur. ca. ſi cupis. 16. quæſt. 1. monaſterium eſt locus vbi ſtant monachi. l. generali. de ſacro ſanct. eccleſ. C. monaſterium dicitur Græcè

cœnobium,& dicitur à cœno Græcè,quod eſt Latinè cõmune: quia religioſi, ibi cõmuniter viuunt. Vnde ſecundum ethimologiam vocabuli,poteſt dici cœnobion,omnis locus in quo communiter omnes viuunt. Sic etiam appellatur conuentus,quia ibidem conueniunt. c.1.diſtin.15. & monaſterium dicitur monachorum, & etiam canonicorum regularium. De primo eſt text.16.q.1.2. & 3. cum ſimilibus.De ſecundo.c.intelleximus.de ætа. & qualit.ca. cum olim.de priuileg.cum ſimil. monaſteria cõſtruenda ſunt in ſolitudine ne populari acceſſu deuotio religionis impediatur.c.luminoſo.18.q.2.& ibi gloſ. in verb. receſsibus.& text.in.c.ſi cupis.16.quæſt.1.& ibi gloſ.in ver.ſolorum facit.c.nunquam.de conſecra.diſtin.5.

Monaſterium nõ poteſt ædificari ſine autoritate epi.

Item monaſterium non poteſt † conſtrui ſine autoritate Epiſcopi in authenti.de monacho in princip. collat.1. Nam ibi text. dicit, quod monaſterium non poteſt conſtrui,ſine licentia Epiſcopi,& ex illo text.notat Ange. hoc verum, vt ſit locus Eccleſiaſticus, ſed quod bene poteſt conſtrui diuino intuitu, & eſſe locus priuatus,prout videmus in hoſpitalibus.ſecundum Angel.in dict.authenti. de monachis.in princip.& eſt text.in ca.quidem.18.quæſt.2. in princ.vbi text. ædificare aut conſtruere monaſteria, ſine licentia Epiſcopi, nemo poteſt. ad idem text. in quatuor capitulis ſequentibus. 7

Monaſterium quare ſic dicatur ex ſententia Bartoli.

Item monaſterium habet plura clauſtra † & vnã clauſuram,ſeu hoſtium,ad omnia, quæ claudit omnes familiares,& monachos,& totum dicitur monaſterium, ſeu vna habitatio.ſecundum Bartol. in.l. qui ſit fugitiuus. §. apud Marcell.de ędilit.edict. ff. 8

Appellatione eccleſiarũ non veniũt monaſteria.

Et an appellatione Eccleſiarum veniant † monaſteria, quod non.ca.2. de conſuetud.ca.ſciant cuncti.cum ſeq. de electione.libr.6.c.2.& ibi gloſ.de ſupple.neglig. prælator. libr.6.cum multis ſimilibus.Panor.in.d.c.2.in primo not. 9

dicit



dicit hoc verum ſtrictè ſumpto vocabulo alias ſecus. §. ac autoritate.54.diſt.eſt ſub.c.abbati.& Philip.Franc. in.d.c. ſciant.& ſeq.dicit quod in materia pœnali appellatione eccleſiarũ non veniũt monaſteria,vel è cõtra,vide plenè per Ioan.And.Anchа.Domin. Philipp.Francũ in.d.c.grandi. de ſuppl.negl.præla.lib.6. gloſ.in verb.monaſteriorum.

Ioan.Andr.in.c.2.de in integrum reſtitu.libr.6.dicit in princi. quod appellatione Eccleſiæ includitur monaſterium,& omnis locus pius, & iſta æquiparantur. Et idem tenet Dominicus ibi in princip.verb.quæro quid.per c.requiſiſti.de teſtam.ver.ſecus.

Quid contineatur appellatione monaſterij.

10 Et in † iſta quæſtione an appellatione Eccleſiarum veniant monaſteria,vel è contra non inſiſto. Quæro tamen appellatione monaſterij,quid cõtineatur glo. in.c.1. verb. exempto.de priuileg.libr.6.dicit, quod monaſterio exempto,Eccleſia,cimiterium,domus,monaſterium atria, hortus, areæ, quæ ſunt iuxta Eccleſiam, intelliguntur exempta. allegat aliqua iura, & ſic videtur, quod appellatione monaſterij veniant omnia ſupradicta. Hoſtien. in.d.c.1. col.3.verbo in loco exempto. qui Hoſtienſis fuit ante dictam glo. exponit text.ibi in loco exempto, hoc eſt infra monaſteriũ,ſeu ſepta monaſterij. Nam ex quo monaſteriũ exemptũ eſt, domus monaſterij ſunt exemptæ. Imol. & dicũt quidam ꝙ horti,areæ, manſi,qui ſunt iuxta Eccleſiã exempti intelligũtur,quod poteſt exaudiri vſq; ad 30. paſſus vel 40. per c.ſicut antiquitus.17.q.4. dum tamen ſit extra muros. Nam ſi infra ambitum murorum alicuius ciuitatis.vel loci includantur, hoc paſſuum priuilegium nõ habent.c.quiſquis.17.quæſt.4.vbi text.quod capellæ, quæ ſunt infra ambitum murorum caſtellorum non ponuntur in hac 30. paſſuum obſeruatione. hæc Hoſtien. vbi ſupra. Archid.in dict.c.1.colum.1. in fine. refert ad literam Hoſtien.Guillielm. de mon.Laud.in.d.c.1.col.1.in fin. &

col.2.

col.2.in prin.de priuilegijs lib.6.refert ad literam Hoſtienſem.Ioan. Mona.in.d.c.1.num.3. dicit quod monaſterio, etiam exempto,non ſolum Eccleſia,ſed etiam domus monaſterij ſit exempta: dicunt etiam quidam,quod areæ, & horti,& totus manſus,qui ſunt iuxta Eccleſiam,ſunt exempti.c.1.de cenſi.Ioan.Andr.Domini.Philip.Franc. in.d.c. primo.ſupradi.glo.in verb.exempto. intelligunt gloſſam, prout Hoſtien.& Archid.vt procedat vſque ad 30. paſſus, vel 40. & quando Monaſterium eſt infra muros alicuius ciuitatis, vel loci, hoc paſſuum priuilegium non habebit per ca.quiſquis.17.quæſt.4.facit glo.2.in.c. per exemptionem.de priuilegijs.libr. 6. idem dicit Archidiac. in c.nulla.17.quæſt.1.vbi dicit,quod monaſterio exempto,non ſolum Eccleſiæ, ſed aliæ domus monaſterij ſunt exemptæ: & dicunt quidam quod areæ, horti,& totius manſus, qui eſt iuxta Eccleſiam,ſunt exempti.Idem quod Archid. tenet Domini.in dict.c.nulla.

In monaſterio exépto omnes eius domus ſunt & exéptæ.

Qneſtio an monaſteria immunitate gaudeat.

REDEVNDO ad noſtrum propoſitum, quæritur
an † monaſteria gaudeant immunitate eccleſiarũ de qua 11
in regula, & ſuperius dixi iſta monaſteria conſtruuntur, ſeu ædificantur autoritate Epiſcopi & non alias.

ITEM in monaſterio eſt Eccleſia, vt dictum eſt, vbi celebrantur diuina officia, quod iſta gaudeant immunitate nemini dubium.

Vide infra ampliat. 5.

ITEM in monaſterio eſt cimiterium,vt dictum eſt, & an cimiterium gaudeat, dico infra in.5. ampliatione in verbo,cimiterium.

ITEM in monaſterio eſt domus,in qua monachi habitant puta domus,ſeu celulæ dormitoriũ, refitoriũ, clauſtrum, vel clauſtra, horti, areæ, & aliæ habitationes,tam pro religioſis,ſeu eorum familiaribus, quam pro animalibus:an prædicta gaudeant immunitate? Eſt dicendũ quod quod omnia quæ ſunt intra ambitũ Monaſterij, ſeu infra ſepta



ſepta Monaſterij. Et eſt vna clauſura, ſeu vnum hoſtium ad omnia,quæ claudit omnia ſupradicta videntur eſſe totum monaſterium, & vna habitatio.Ideo omnia contenta infra, ſeu intra ſepta vel ambitus gaudent dicta immunitate,facit lex omnia de Epiſcopis,& clericis. C.vbi omnia priuilegia conceſſa Eccleſijs,videntur conceſſa monaſterijs,& hinc dicit Ioan.Andr.in.c.2.de reſtitu.ſpoliat.libr.6. quod hoſpitalia poſſunt petere reſtitutionem in integrum ratione læſionis,ſicut Eccleſia.refert Panor. in.c.2. nota.2. de cõſuetudine dico latius in verbo, ſepta. quod eſt in 11. ampliatione,& in verbo,ambitus.quæ eſt 13.ampliatio.

Omniaque ambitiſeptũ monaſterij gaudẽt immunitate.

Et an iſta monaſteria habeãt paſſus,dixit ſupra in princip. iſtius quæſtionis.

12 VNDECIMO, dicitur Eccleſia materialis † cœnobium à cœno,quod eſt commune, quia ibi in commune viuere debent iuxta formam eorum, de quibus dicitur Actuum capite 4.erant illis omnia communia, &c. Ioan. de Turre Crem.in.d.c.Eccleſ.de conſec.diſt.1.col.3. Cœnobium,id eſt, monaſterium.c.2.de ordi.cogni.in princi. cœnon enim Græcè,Latinè nouum dicitur. Augu. in Dominica de paſsione feria.4. in homilia.refert Alber. in dictionario ſuo verbo, cœnobium. & dixi ſupra in verbo, monaſterium.

Eccleſia dicitur cœnobium.

13 Cœnobium † ſi capitur pro monaſterio, dic vt dixi ſupra in monaſterio ſi accipitur pro habitatione communi, vbi multi conueniunt & communiter viuunt, dicit Ioan. de Turr.Crem.in can.placuit.quæſt.11.fol.3.num.4.quod omnis religio ad exemplum vitæ Aopſtolicæ eſt formata, vnde Actuum 4. Super illo, & erant illis omnia communia,dicit glo.communia Græcè cœna, vnde cœnobitæ,id eſt cõmuniter viuentes, cœnobia, id eſt habitacula eorum, hæc autem fuit vita apoſtolica, vt excluſis omnibus per mundum diſcurrerent, euangelizando, & prædicando,

Cœnobiũ quid propriè ſignificet.

cando, vt patet Matthæi 10. vbi regula quædam eis inſcri-
bitur, ergo ad prædicta poteſt aliqua religio conuenien-
tiſsimè inſtitui. ſecundum Ioan. de Turre Crem. & dicit
additionator ibi dic cœnobium dictum vbi communis vi
ta ducitur, Κοινος enim cō munis dicitur, Βιος vita, hinc
cœnobium penultima producta, qui in commune viuūt.
Calepinus in ſuo vocabulario, in verbo cœnobiū triplex
eſt † genus monachorum. ſecundum beatum Antoni. in 14
ſumma in 3. parte, titu. 16. cap. 1. §. 4. Ad propoſitum tertij
dicuntur cœnobitæ, id eſt in congregatione viuentes, &
iſti cœnobitę habent diuerſos modos viuendi, & ad diuer
ſa deputantur, vel ad actiuam, vel ad contemplatiuam, vel
vitam mixtam. ſecundum regulas & conſtitutiones eorū,
quas profitentur. ſecundum Florentinū vbi ſupra. Et eum
refert Nicol. Boeri. in tracta. de ſtatu heremitarum. in fin.
deciſ. ſuarum. fol. 251. col. 2. num. 19. & dicit nu. 20. ver. &
ſub his cœnobitis comprehenſi ſunt omnes monachi, vt
latius per Florentinum, & Boerium, vbi ſupra.

Triplex monachorū genus.

DVODECIMO, dicitur Eccleſia † materialis Ca 15
pella minores enim Eccleſiæ hoc nomine ſolent nomina
ri à capellarū vſibus, vt quidam dicunt, fertur enim, quod
antiquitus nobiles in expeditionibus in tentorijs habebant
domunculas de pellibus Caprarum ſuper teſtas, in qui-
bus Miſſæ celebrabantur, & inde Capellæ nomen tra-
ctum eſt, & inde cuſtodes, & miniſtri capellani dicuntur
Ioan. de Turre Crema. in dict. cano. eccleſ. de conſecr. di-
ſtin. 1. col. 3. hæc dicit.

Eccleſia capella dicitur.

Adde Archid. in ca. concedimus. de conſe. diſtin. 1. in fi
ne. vbi dicit quod capella, pro eccleſia dicta eſt, quaſi ca-
piens laos, id eſt populum, vel laudem, vel quaſi campa-
nā, quia paucos capit. Archi. in c. plures. 16. q. 1. dicit, quod
minores eccleſiæ, dicuntur capellæ, quæ ſic à caprarū pelli
bus nominantur: nobiles enim in itinere eccleſias de pelli-
bus



bus caprarū factas, habebant olim, ſicut modo habent ten
toria, quarum cuſtodes & miniſtri capellani dicuntur.
Ioan. de Turre Crem. in d. c. concedimus. in fine. nu. 4.
& ſequenti. dicit, capellæ hic dicuntur paruæ eccleſiæ non
16 conſecratæ, & requiritur † permiſsio ad diuina celebran-
da. can. miſſarum. ead. diſtin. vel capellæ vocantur qualia-
cunque tuguria, ſiue domunculæ factæ in eccleſijs com-
buſtis, vel iuxta eas coopertæ vndecūque, vel de pellibus
caprarum. ſecundum antiquā conſuetudinem, & hoc me
lius & hæc Ioan. de Tur. Crem. vbi ſupra. glo. in d. c. con-
cedimus, exponit in capellis, id eſt in oratorijs nō cōſecra-
tis. In talibus enim non licet celebrari ſine licentia, & dicit
glo. 2. ibi ad quid opus eſt permiſsione, quia dicitur in ca-
pellis, dicit gl. quia forte capellæ nō erant olim in eccleſia,
cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum, pel
libus tecta, vel hoc referas ad ſolennitates maximas.

Neceſſaria permiſsio epiſcopalis ad celebrandum in capellis.

17 De materia Capellæ † ſatis bene tractat Paul. de Citad.
in tract. de iure patronatus. in 3. part. cauſa. 1. acquirendi. q.
3. 2. col. 3. fol. 9. col. 4. & quæ dicatur capella & quot mo-
dis, & quare ibi per eum, & dicit quod capella dicitur lo-
cus in eccleſia priuatus, vel extra eccleſiam, qui debet eſſe
Deo cōſecratus. can. eccleſ. de cōſec. diſt. 1. can. ad hæc. de
relig. domi. quia capellæ tanquā acceſſoriæ dependent à
locis, in quibus ſunt, vt acceſſoriū cum eis tranſeat, & dici-
tur capella, prout Archi. in can. cōcedimus. de cōſe. diſt. 1.
& in can. ſi plures. 16. q. 1. retuli Archi. ſupra. & talis capella
etiā in domo priuata fieri poteſt, & haberi ſecundū Inno.
in. d. c. ad hæc. de relig. domi. & in cap. ex literis. de iure pa
tronatus. Sed cum autoritate Epiſcopi. Ioan. Fab. in. §. reli-
gioſum. de rer. diui. inſti. Alexand. in l. 1. de relig. & ſump.
fun. capellæ etiam appellatione venit, eccleſia parrochia-
lis. Panor. in cap. expoſuiſti. notabil. 5. de præben. & latius
per Paulum Citadin. vbi ſupra.

Remiſsiones de hac materia ad autores videndos.

Et de

Remiſſio-nes.

Et de materia capellæ,vide etiam Felin. in cap.ex parte.2.de reſcriptis.col.1.& 2. & Domin.in.c. ſi ciuitas.§.fin. de ſent.excõmunica.dicit per illum text.quod appellatione Eccleſiæ venit capella ibi contigua, & refert Domi.de Rota deciſ.358.in nouis quod ſi mandatur prouideri de beneficio eccleſiaſtico poteſt prouideri de capella ſita in clauſtro eccleſiæ.Philip.Franc.refert in.d.§.fin. Domini. Ioan.de Ana.conſi.24.dicit quod quælibet capella dicitur eccleſia,& ſic continetur appellatione eccleſiæ c.cum capella.de priuileg.c.1. & per totum de capel. monachorũ.

Trimẽbris diuiſio vtiliſsima.

Quoad propoſitum noſtrum, ſi accipimus capellam pro iſtis capellis,quæ ſunt intra eccleſiam,pro, & communiter accipitur.Idem eſt dicendum,quod in eccleſia,ſi vero accipimus capellam pro eccleſijs minoribus, puta pro capellis ſitis infra parrochiam alicuius: idem eſt iudicandum ſicut de eccleſia,ſi ſunt conſtructæ autoritate Epiſcopi.Si accipimus capellam pro iſtis heremitorijs, ſeu Oratorijs,quæ ſunt extra loca, in loco publico dictũ eſt ſupra in verb.heremitoria.& in verb.oratoria, ſi accipimus pro capellis, quæ ſunt in domibus nobilium, ſeu in domibus priuatorum,dic,vt ſupra dixi in verbo oratorium.

# Cimiterium.

*SVMMARIVM.*

1 *CImiterium habet eandem immunitatem quā habet eccleſia.*
2 *In cimiterio cauſa ſanguinis non agitetur.*
3 *Polluta vel interdicta eccleſia, monaſterium pollutum, aut interdictum cenſetur.*
4 *Locorum orationi dicatorum diuiſio.*
5 *Cimiterium cur ſic dictum.*
6 *Cimiterium longe ab eccleſia ſeparatum num gaudeat immunitate?*

7 Cimi-



7 *Cimiterium num iure ab eccleſia remotum eſſe poſsit?*
8 *Eccleſiæ parrochiales num cimiterium habere poſſunt?*
9 *Fugiens ad cimiterium num gaudeat immunitate ſi prius ad eccleſiam non confugerit.*
10 *Cimiterium reconciliari debet eo caſu quo eccleſia.*
11 *Violans locum contiguum eccleſiæ, ipſum locum violare præſumitur.*

Quarta ampliatio.

AMPLIATIO quarto in cimiterio. Nam
1 cimiterium † habet eandem immunitatem, quam habet eccleſia per text.in.c.fin. eod.tit. vbi text.quod committens homicidium, vel mutilationem in eccleſia,vel cimiterio non gaudet immunitate, ecce ergo text.quod eccleſia & cimiterium eodem priuilegio gaudent, & hoc notat Hoſtien. ibi facit etiam cap.cum in eccleſia. eod.tit. vbi lex, quòd cauſæ ſanguinis
2 in eccleſia, vel cimiterijs agitari † non debent, & dicit ibi glo.in verbo cimiterijs.quæ eodem priuilegio gaudent cũ eccleſijs. allegat tria iura can. quiſquis. cano. id conſtituimus.17.q.4.& cap.conſuluiſti.de conſ.eccl.vel altaris. Ibi etiam notat idem Hoſtien.& allegat dicta iura, &.d.c.fin. eod.tit.& Panor.poſt alios,in.d.c.cum eccleſia.nota.2.dicit ꝙ cimiteria gaudent eodem priuilegio cum eccleſia. Item cimiteria gaudent immunitate ſicut eccleſia,& pariter vtrobique committitur ſacrilegium.d.ca.quiſquis.17.q.4.& interdicta Eccl.videtur interdictum cimiterium.c. ſi ciuitas.de ſenten.excom.lib.6.facit cano.8.de conſ.eccl.
3 vel alta.lib.6.vbi † polluta eccleſia, eſt pollutum cimiterium ei contiguum facit. cap. is cui. de ſent.excom. lib. 6. vbi ſi alicui interdicitur ingreſſus eccleſiæ, videtur etiam interdictum cimiterium, ita quod non poſsit, ibi ſepeliri, & Archid.c.decet.de immun.eccl.lib.6.col.fin.c.1. ver.cimiterijs,vbi dicitur quod cimiterium gaudet eodem priuilegio,quo eccleſia,& vt clarius habeatur iſta materia eſt

Cauſa ſanguinis in cimiterio non agitetur.

Polluta eccleſia eſt etiam pollutum cimiterium.

præſupponendum, quod locorum orationi † dicatorum 4
**Locorũ orationi dedicatorum diuiſio.**
alia ſunt ſancta, alia ſacra, alia religioſa, ſecundùm Specul.
qui latè loquitur in rationali diuinorum offic. lib. 1. in ca.
de cimiterio. fol. 9. col. 4. ſacra loca ſunt, quæ per manus
Pontificum ritè dedicata, & de ſanctificata ſunt, vt ſunt ec-
cleſiæ. Sancta ſunt loca immunitatis, ſeu priuilegij, ſeruito
ribus & miniſtris Eccleſiarum deputata, vt ſunt atria Ec-
cleſiarum. cano. ſi quis in atrio. 17. quæſt. 4. & in quibuſdã
locis, clauſtra, infra, quæ ſunt domus canonicorum in qui
bus fugientibus ſecuritas præſtatur. Sunt loca religioſa, vbi
cadauer hominis ſepelitur, & de iure ciuili cadauer, locũ,
in quo eſt ſepultum facit religioſum. l. cum in diuerſis. l.
cum loca: de religio. & ſump. funer. ff. Sed ſecus de iure ca
nonico. Nam ex eo, quod mortuus infertur ad locum di-
citur religioſus. Sed requiritur autoritas Pontificis capit.
ad hoc de reg. domi. glo. in can. in eccleſiaſtico. 13. quæſt.
2. & ad hoc quod dicatur cimiterium requiritur, quod per
Epiſcopum ſit ſolenniter benedictum, per cano. nemo. de
conſecratio. diſtinctio. 1. gloſſ. in Clemen. 1. de ſepulturis.
& ibi Imol. Felin. poſt alios in cap. quanto. de iud. Calder.
in tractatu de interdicto in. 6. membro, verſi. circa hoc pri
mo quæro. col. 70. Et iſte locus religioſus diuerſimodè
appellatur, videlicet cimiterium, & alijs multis modis, de
quibus plenè per Specul. in rationali diuinorum officio-
rum. in tit. de cimiterio. in. 1. lib. fol. 9. colum. 4. & dicit ibi,
quod cimiterium dicitur à cimen, quod eſt dulce & ſtrio,
quod eſt ſtatio, ibi enim dulciter defunctorum oſſa quie-
ſcunt, & ſaluatoris aduentum ſperant, vel ibi ſunt cimices,
ideſt vermes vltra fœtentes, vel dicitur cimiteriũ propter
multitudinẽ hominũ ibi ſepultorum. ſecundũ Spec. vbi ſu
pra, & dicitur cimiteriũ, cinis mortuorũ, Panor. & alij in
rubr. de immun. eccleſ. in fin. † dicitur cimiterium Græcè
quaſi dulcis ſtatio animarum, vel dicitur quaſi ciniſteriũ, 5
quia



quia ibi cinis mortuorum teritur. ſecundùm Card. ſuper
**Cimiteriũ quare ſic dictum ſit.**
rubr. de ſepulturis. in prin. q. 1. dicitur cimiterium quan-
doque atrium. can. nulla. 12. q. 1. can. præcipiendum. 13. q. 2.
quandoq; dicitur coliandrũ, vt in pontificali, quod eſt vo-
cabulum Græcũ, & idem in effectu importat, quod cimi-
terium. ſecundum Ioan. And. & Card. in cap. certificati.
de ſepulturis. an tamen cimiterium habeat immunita-
tem quo fugientes ad illud, vt inde non poſsint extrahi di-
cam. col. ſequen.

6 EST aduertendum quod in multis † partibus cimite
**An cimiterium ſeparatum eſſe poſsit ab eccleſia.**
rium eſt ſeparatum, & longe ab Eccleſia, eſt nunc viden-
dum an tale cimiterium ſeparatum, & remotum ab Eccle
ſia gaudeat immunitate Eccleſiæ, & quod cimiteriũ poſsit
eſſe contiguum cum Eccleſia, vel ſeparatum, vel remotũ
ab ea. eſt tex. in. d. ca. vni. de relig. & bene ſancto. lib. 6.

NAM ibi tex. polluta Eccleſia cimiterium cõtiguum
Eccleſiæ eſt pollutum. Secus ſi non eſt contiguum. Ecce
ergo tex. quod poſsit eſſe cimiterium contiguum ipſi Ec-
cleſiæ, & remotum ab ea, & dicit Specul. vbi ſupra, in ra-
tionali tit. de cimiterio in. 1. lib. fol. 10. in. 1. col. quod anti-
quitus ſolebant homines in proprijs domibus ſepeliri, ſed
propter cadauerum fœtorem, ſtatutum eſt, vt extra ciuita
tem ſepelirentur, & quendam locum communem ſancti-
ficatum ad hoc deputabant.

Item facit. c. ſi ciuitas. de ſenten. excomm. lib. 6. vbi tex.
loquitur, quod interdicta eccleſia cimiterium contiguum
videtur interdictum, contigua ſunt quorũ extrema ſe inui
cem tangunt, glo. in. d. c. ſi ciuitas. in ver. cõtiguis. eſt ergo
ibi etiã text. quod cimiteriũ poteſt eſſe contiguũ eccleſiæ,
& remotum. Item facit gl. in. c. is cui. de ſent. excom. lib. 6.
nã vt ſupra retuli, ibi eſt tex. quod ſi alicui interdicatur in-
greſſus eccleſiæ, durãte tali interdicto, nõ debet in eccleſia
vel cimiterio ſepeliri. dicit gl. in ver. cimiterio. quod nõ eſt

 diſtin-

diſtinguendum,an cimiterium ſit contiguum, vel non & ſic eſt clarè cimiterium contiguum eccleſiæ & cimiteriũ remotum ab eccleſia.

Card.in c.penul.† in fin.de ſepulturis.quærit, an cimiterium poſsit eſſe remotum ab eccleſia. refert Innoc. ibi quod liceat ordinariè debet eſſe circa eccleſiam can.ſicut. 18. q. 4. poteſt tamen eſſe remotum ſicut in Francia propter fœtorem quod probatur in.c.vni.de conſec. eccl. lib. 6.maximè eſt curandum de hoc tempore epidimię.Inno. & Card.vbi ſupra,& dicit Hoſtien.in.d.penul. quod licet cimiterium poſsit eſſe prope eccleſiam;tamen poteſt eſſe remotum ſicut in Francia propter fœtorem. Idem Ioan. And.Anto.in.d.c.pen.in fine.& idem Anchar.in.d.c.pen. in fine.Idem tenet Michael Pictabien. in parrochiali curatorum in.c.6.de ſepulturis.fol.134.col.1. 7

Cimiteria ſeparata eſſe poſſunt ab eccleſia

Et iſta cimiteria ad ſepeliendum,de iure communi ſolum eccleſiæ habentes †.populum ſeu parrochiam habent:nã iſtud ius funerandi eſt de iure parrochiali, quemadmodum ſacramentorum exhibitio.Clem. dudum. verum de ſepul.Inno.in.c.1.de ſepult. Archid.Ioan.Andr.in cap.1.eod.tit.lib.6.dum tamen tale cimiterium ſit deputatum in dicta Eccleſia per Epiſcopum.Nam epiſcopus deſignat, & benedicit tale cimiterium, ſecundum formam canon.nemo.de conſecra.diſt.1.ſecundum Ioan.Andr.Panor.& alios in.c.certificati.de ſepulturis.& per Petrum de Peru.in tractatu de canonica parrochiali.c.12.in.4.volumine fol.183.& in tractatu de parrochiali curatorum.c.6. cum ſequen.& Epiſcopus poteſt deputare tale cimiteriũ dictæ Eccleſię,habenti prope Eccleſiam.vel longe ab Eccleſia per ſuperius dicta.& illud ſolum, quod per epiſcopum fuit deſignatũ,habebit Eccleſia pro cimiterio. Secundum Ioan.And.in.d.c.certificati.col.2.in fine,& quot paſſus debeat habere cimiterium.dico infra,in verbo paſſus. 8

Parrochiales tantum eccleſiæ habent cimiteria.

IOAN-



IOANNES Bichis in. d. c. definiuit. nu.12. fol.72. col.3. vult innuere, quod † fugientes ad cimiterium non gaudent,niſi prius fugiant ad eccl.& poſtea quam ad eccl. confugerint,poſſunt egredi ad cimiterium, & ibi gaudebunt immunitate. Nam iura dicunt,& loquuntur de fugientibus ad eccleſiam : non autem de fugientibus ad cimiterium.& ſi voluiſſent intelligere de cimiterio,bene ſciuiſſent dicere ad eccleſiam, vel cimiterium.c.ad audi. de decimis,& ſic vult dictus Doctor,quod confugiens ad cimiterium non gaudent immunitate, niſi prius fugiat ad eccleſiam,& ſic ſentit quod cimiterium de per ſe, & principaliter non gaudet immunitate, ſiue ſit contiguum, ſiue remotum.ideo fugientes ad cimiterium duntaxat, nõ gaudebunt immunitate.& Nicol.Boer.in deciſ.q.110. col. 3.refert iſtam opinionem Ioan.Bichis,& dicit,quod in cõtrarium videtur arg.c.ſi quis contumax. c. diffiniuit.17.q. 4.dico latius infra.Et iſtam opinionem Ioannis Bichis videtur tenere Montaluus in glo.ſua ſuper.l.4.tit.11.in.1.partita.ll.Hiſpaniæ,dum vult,quod ſi aliquis delinquat in cimiterio ex propoſito incontinenti intrandi in eccleſiam, alias non commiſſurus, non gaudebit immunitate, & ſi non ex propoſito defendendi ab eccleſia, ſed caſualiter deliquit in cimiterio.& ſtatim ingreditur eccleſiam,gaudebit immunitate, ſentit, quod cimiterium non gaudet immunitate.& idem in paſsibus,ſecundum Ioannem Bichis.refero eum infra,in verbo paſſus.

9

Eſt aduertendum,quod iura quę loquuntur de his qui debent gaudere immunitate,loquuntur de fugientibus ad eccleſiam,& non de fugientibus ad cimiterium.Et ſic videtur,quod non debet extenſio fieri de ecclẽ. ad cimiterium,niſi in caſibus à iure expreſsis: maximè in iſto caſu, ne delicta remaneant impunita. nam reipublicæ intereſt delinquẽtes punire.c.vt fame.de ſent.excom. cũ ſimilibus

 facit

facit glo.fin.in cap.quæſitum.13.q.2.quæ dicit, quod priuilegium conceſſum eccleſiæ, vt liberetur fugiens ad eam, non extenditur ad illum, qui recipit corpus Chriſti: quia priuilegium non debet trahi ad conſequentiam.cap.ſicut. 17.quæſt.4. nec aliquod priuilegium trahendum eſt ad conſequentiam.cap.petiſti.7.quæſt.1.cap.hinc.16.quæſt. 1.glo.in dict.cap.ſicut.c.hinc.16.q.1.faciunt etiam quę per Barb.dicuntur in dict.tractatu de præſtantia.Card.quæſt. 9.partis.1.fol.57.col.3.in.6.volum.

Ad cimiterium confugiens eadē gaudet immunitate qua eccleſia.

His non obſtantibus eſt concludendum. Primò, quod fugientes ad ſolum cimiterium, gaudent eadem immunitate, qua gaudent fugientes ad eccleſiam. Et hoc probatur per iura, & rationes, in principio iſtius quæſtionis allegatas. Nam licet fortè non reperiantur iura, quæ expreſsè dicant, quod fugientes, ad ſolum cimiterium gaudeant immunitate, vt ab eo extrahi non poſsint, prout confugientes ad eccleſiam: tamen per iura, & caſus ſimiles, & rationes, poteſt concludi, idem, quod in eccleſia retuli ſupra vbi dixi, quod cimiterium eodem priuilegio, gaudet, cum eccleſia. Vnde dicit Henr.Bohic in.c.pen.eod.tit.col.4.num.3. quod cimiterium, eodem priuilegio gaudet quantum ad immunitatem, quo & eccleſia per.c.cum eccleſia.& cap. fin.eod.tit. Vnde etiam Albe.de Roſat.in dictionario ſuo, in verbo cimiterium, quod cimiterium habet eandē immunitatem, quam eccleſia: præterquam in duobus caſibus, ſcilicet, quod nullus mortuus debet in eccleſia ſepeliri, & quod laici in choro eſſe non debent.

Hoſtien.in ſumma.eod.tit.Ioan.mon.in cap. decet. de immunitate eccleſiarum.16.vbi dicit, quod delinquentes in eccleſia vel cimiterio, nunquam habent immunitatem. Albe.in.l.nemo.1.de ſacroſancta eccleſia.C.dicit, quod de iure ciuili eſt ibi tex.ſingularis, quod nullus debet in eccleſia ſepeliri. Et idem tenet Azo. in ſumma de ſacroſanct. eccl.

eccl.



eccl.C.& Alb.in.d.l.nemo.dicit contrarium. Tamen videmus continuo de facto fieri. Vide eum, non refero, quia non eſt ad propoſitum noſtrum. Clab.iſto titul. q.3. dicit quod hodie non ſeruatur, & male. Ioan.Andr.in addit. ad Specul.iſto tit.in.4.parte, ponit decem immunitates eccleſiæ, & in nona dicit, quod hanc immunitatem, habet cimiterium, & Ioann. de Turrecrem. in cap.ſi quis in atrio.17. quæſt. 4. quam retuli ſupra ponit. 12. immunitates eccleſiæ, & dicit, quod dictas immunitates habet cimiterium. Nam ibi.q.3.quærit, vtrùm cimiteria habeāt eandem immunitatem. Reſpondet, ſecundùm Rayn.& Hoſti.quod habet eandem immunitatem, quàm eccleſia, & facit glo. in cap.conſuluiſti.de conſecra.eccle.vel altaris, quæ dicit, quod eadem gaudet immunitate, eccleſia, & cimiterium. dicit tex.in dict.c.conſuluiſti.quod polluitur eccleſia, & cimiterium, ſi excommunicatus ibi ſepeliatur. vnde dicit Archid.in.c.ſi quis contumax.quod argumentum illius literæ videtur, quod eccleſia, & cimiterium gaudent eodē priuilegio, ad idem.c.ſi quis eadem cauſa, & quæſt.& cap. fin.eod.tit.& ab hoc dici conſueuit, quod in quo caſu cimiterium indiget reconciliatione, & eccleſia, quia vtrumque gaudet priuilegio eodem. ad idem in rubr.& in cap. cum eccleſia.& cap.fina.eodem tit.nam idem iuris, quod eſt in principali, eſt in acceſſorio. c. prudentiam. de offic. deleg.§.pen.in fine. & cum illa aqua qua benedicitur eccleſia, & cimiterium. Ioan.Andr.in dict.cap. conſuluiſtis. poſt Innoc.& Hoſtien.ibi, & facit rubr.de conſecr. eccleſ. & cimiterij ponit ibi duo tanquam connexa, vt ſcias quod vno, violato intelligitur aliud violatum, ſecundùm Archidiac.in dict.cap.ſi quis contumax.Card.in Clem.1.quæſt. 1.de pœnit.& remiſs.

† Quo caſu indiget cimiteriū reconciliatione eodē & eccleſia.

Hoſtien.in.d.c.conſuluiſti.dicit, quod in quo caſu ci-
10 miterium indiget † reconciliatione, in eodem & eccleſia,

 quia

quia vtrumque eodem priuilegio gaudet. allegat iura per Archid.allegata,& Archid.refert Hoſtien.

Anchar.Card.poſt Ioan.And.in.c.certificati.de ſepult. Card.q.2.Ancha.q.1. dicunt, quod cimiterium habet immunitatem à iure,quia non debet † violari.c.inter alia. de 11 immuni.eccle.nec pollui.c.conſuluiſti.de celeb.miſſ. nec in eo negotiationes,vel nundinæ fieri, vel cauſæ maximè criminales tractari per iudices ſeculares.c.in eccle. de immunitate eccle.c.decet.eod.tit.lib.6.

Cimiteriũ habet immunitatem à iure.

Felin.in.c.cum pro cauſa. de ſent. excom. dicit per illũ tex.&.c.ſicut antiquitus.17.q.4.quod qui fugit ad cimiterium eccleſiæ,eſt tutus,& dicit etiam quod violans prope eccleſiam,dicitur,violare ipſam cum eccleſia dicatur per 40.paſſus,&.l.2.tit.11. in.1.part.ll.Hiſpaniarum, expreſsè diſponit,quod quicunq; ad eccl.vel eius portam, vel cimiterium confugerit,non eſt inde extrahendus.&c.

Violans cimiterium eccleſiam violare dicitur.

Anchar.in.c.cum in eccleſia.eod.tit. in prin.in.2.nota. dicit not.quod cimiteria gaudent eadem immunitate cũ eccleſia,vt quod in vno prohibetur, prohibitum videatur in reliquo.c.1.de conſe.eccle.vel altaris.lib.6.

Claba.in ſumma iſto titu.in prin.q.6.dicit,quod in eccleſia,vel cimiterio,non debet vlla violentia fieri, vel aliquis violenter extrahi,aut eius confinia frangi.dict.c.ſicut antiquitus.17.q.4.ex prædictis conſtat, & apparet, quod tam iura,quam Doctores loquentia,& loquentes de cimiterio loquuntur indiſtinctè, quod gaudet eadem immunitate,qua eccleſia.facit etiam text.in.c.decet.eod.tit.libr.6. in fin.vbi tex.dicit,ceſſent in eccleſijs eorumque cimiterijs negotiationes. &c. Nam ibi datur eadem immunitas cimiterio,quæ datur eccleſiæ.

Albericus de Roſa.in.l.in tantũ. §. religioſum. in prin. de rer.diui.ff.vbi dicit, quod ille text. facit in argumentũ. quod cimiterium nõ gaudet immunitate confugientium ad



ad eccleſiam, ſed dic contra: quia cimiteria communiter conſecrantur,ita quod religioſa ſunt:non ſolum per mortuorum illationem,ſed per conſec.ipſorum.c.vni.de conſec.eccle.vel alt.lib.6.ſecundùm Alber.vbi ſupra. Quod cimiterium ſeparatum, vel remotum, ab eccleſia gaudet illa etiam eadem immunitate, qua gaudet cimiteriũ contiguum eccleſiæ. Nam iura loquentia de immunitate eccleſiæ,loquuntur generaliter nulla facta mentione,ſeu diſtinctione, an ſit remotum, vel contiguum, & cum iura non diſtinguant,nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio de publi.in rem actio.ff.facit gloſſ.in.d.c.is cui.de ſent.excom.lib.6.vbi dicit,quod interdicto mihi ingreſſu eccleſiæ,eſt interdictum,& cimiterium.dict.c.is cui.nec eſt diſtinguendum,an cimiterium ſit contiguum,vel nõ: poſtquam tex.non diſtinguit. prout facit text.in.c.ſi ciuitas. de ſent.excom.lib.6.ſecundùm gloſſ.prædictam.facit tex.in dict.c.ſi ciuitas.vbi tex.dicit, quod interdicta eccleſia, eſt interdictum cimiterium contiguum,ſecus ſi non eſt contiguum.c.vni.de conſe.eccle.vel altaris.vbi tex.dicit,quod polluta eccleſia,eſt pollutum cimiterium, ſibi cõtiguum, ſecus,ſi eſt remotum.Nam in prædictis iuribus fit diſtinctio,de cimiterio contiguo & remoto. Vbi non fit diſtinctio expreſſo iure, nulla eſt differentia inter cimiterium contiguum,& remotum. Ratio, quare in dictis iuribus fit diſtinctio,ponitur in.d.glo.c.is cui.quæ dicit,quod illa diſtinctio,habet locum,vbi res interdicitur,ſcilicet eccleſia: tunc res contigua eſt, etiam interdicta, ſed vbi interdictũ refertur ad hominem,quid ad eum,an cimiteriũ ſit contiguum,vel nõ. Nã ſi non poſſet perſona interdicta ſepeliri in contiguo,& in remoto.Sic fieret interdictum ludibrio, & illuderentur cenſuræ.ſecundùm glo.in.d.c.is cui.Et idẽ tenuit, ante dict. glo.Guilliel. de mon.Lau.in.d.c.is cui.& quod paſſus habere debeat cimiteriũ,dico in verb. paſſus.

Vide infra verbo paſſus.

# Dormitorium.

### SVMMARIVM.

1 *Dormitorium gaudet immunitate.*

Quinta ampliatio. Ad dormitoriũ commune quod immunitate gaudet.

AMPLIATIO quinta in dormitorio. Nam dormitorium gaudet etiam † immunitate: 1 dico de dormitorio communi, vbi clerici, ſeu religioſi, dormiunt in communi. per text. in cap. quoniam pro cauſa. de ſenten. excom. vbi text. dicit, quod inijciens manus violentas in dormitorio, violat immunitatem eccle. Iſti religioſi habent dormitorium ſuum infra ſepta monaſterij, & dico infra in ver. ſepta. in. 11. limitatio.

# Paſſus.

### SVMMARIVM.

1 *Matrix Eccleſia habet per circuitum 40. paſſus: minores 30. quibus gaudet immunitate.*
2 *Loci contigui Eccleſiæ non gaudent immunitate.*
3 *Maior eccleſia dicitur baptiſmalis, & cur ita.*
4 *Cimiterium inter illos paſſus contiguos num oportet connumerare.*
5 *Cimiterium quot paſſus continere debeat.*
6 *Confugiens ad ſtatuam præfecti gaudet immunitate.*
7 *Loci contigui modo prædicto monaſterijs, an gaudeat immunitati.*
8 *Qualiter computentur paſſus contigui Eccleſijs reſpectu immunitatis.*

Sexta ampliatio. Paſſus intra quos ad eccleſia gaudet immunitate.

DE iure Eccleſia † matrix, quæ eſt maior habet per circuitum. 40. paſſus: eccleſiæ minores habent. 30. paſſus. text. eſt in cap. ſicut antiquitus. ca. quiſquis. 17. q. 4. & ibi glo. in dict. c. 1 ſicut



ſicut quantũ cõtinet paſſus, quæ dicit, paſſus eſt menſura quinque pedum. gloſſ. in. l. 3. de verbo. ſignifi. dicit, quod paſſus quinque pedum, & pes eſt 15. digitorum dict. gloſſ. cap. ſi cui. Bartol. in dict. l. 3. quot pedum eſt paſſus. refert glo. ibi. 5. pedum. & qualiter debent intelligi pedes. dicit, quod ſecundùm ciuitatis. Alex. poſt Bart. in. l. 1. ſi quis cautionibus. ff. & ſimilis glo. in. l. itinere. quæ eſt lex tertia. ff. 2 de verbo. & re. ſignificat. pes eſt ſpatium. 15. digitorum. † Capellæ vero quæ ſunt infra ambitum minorum ciuitatis, caſtri, villæ, non ponuntur in hac 30. paſſuum obſeruatione. glo. in. d. c. ſicut antiquitus. per text. in. c. quiſquis. 17. q. 4. Henric. Bohic. in. c. pen. in fin. & ibi Panor. eod. titul. Hoſtien. in ſumma eod. tit. §. inquantum. col. 1. in fin. ver. immunitatem. & Anto. in. c. fin. eod. tit. Ioan. Fab. in. §. fin. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Gaſſan. in conſ. Burg. fol. 57. col. 2. Et idem tenet Ioan. de Turrecrem. in. d. cap. ſicut antiquitus. Et Ioan. Bichis in repet. ca. diffiniuit. 17. quæſt. 4. not. octauo. fol. 76. col. 4. Ioan. And. in. c. certificari. de ſepulturis. col. 1. in fine, & prædicti paſſus ſunt deſignati pro cimiterio. ſecundum Archidiac. in. d. c. ſi quis contumax. Panor. in dict. c. penul. eod. titu. tamen ſi cimiterium in ſpatio minori præcingitur circa aliquam Eccleſiam, nihilominus ad ſpatium prædictorum paſſuum extenditur immunitas Eccleſiæ, dum modo infra illos paſſus alia domus extranea, ideſt, laicorum non interponatur ca. diffiniuit. 17. q. 4. ita videtur ſentire Anton. in dict. cap. inter alia. eod. tit. Refert prædicta Ioan. de Bichis in. d. c. diffiniuit. fol. 76. col. 4. ver. 8. nota.

Hoc habes ſupra reſolutum.

3 Et maior † Eccleſia dicitur baptiſmalis, quę dicitur maior Eccleſia reſpectu capellarũ, quas habere debet. ca. plures. 16. q. 1. ſecũdũ Archi. & Ioan. de Turrecre. in. d. ca. ſicut antiquitus. & eccleſia maior dicitur matris. Hoſti. in ſum. eo. ti. §. inquãtũ. in fi. 1. col. Hẽri. Bohic. in. c. pe. eo. ti. col. fi.

Maior eccleſia baptiſmalis dicitur, & quare.

Sylue-

Syluestrinus in ſumma, in verbo immunitas. 3. in prin. q. 1. loquitur etiam de iſtis paſsibus, prout text. in. d. c. ſicut antiquitus. maior eccleſia, ideſt, matrix habent. 40. paſſus, minor. 30. iſti paſſus, gaudent immunitate, quod tamen non habet locũ in capellis, quæ ſunt in ambitu caſtellorũ vbi propter loci anguſtiam obſeruari nõ poteſt. d. c. quiſquis ſimiliter, & religioſorũ monaſteria. Siueſt. vbi ſup.

Iaſo. in. d. l. plerique. col. 3. in prin. refert iſtos paſſus videlicet in maiori eccleſia. 40. paſſus, circa eccleſiã in alijs 30. per dict. c. ſicut antiquitus. refert alios Doctores.

Reſtat videre, an prædicti paſſus gaudeant eadem immunitate, qua gaudet eccleſia, ſi in prædictis † paſsibus includitur cimiterium, dico, vt in verbo cimiterium. ſup. & dixi in iſto ver. paſſus. 4

*Vide ſupra in verbo cimiterium.*

Si vero cimiterium eſt remotum ab eccleſia, & ab iſtis paſsibus, iſti paſſus an gaudeant iſta immunitate?

Refert Ioann. Bichis. vbi ſupra in cap. diffiniuit. 17. q. 4. fol. 72. col. 3. ver. ex præcedentibus collige, vbi dicit, quod ſi quis delinquat extra eccleſiam, licet intra. 30. paſſus, vel etiam extra ipſos paſſus, niſi confugiat ad eccleſiam, non conſequitur immunitatem: tamen poſtquam ad eccleſiam confugit, poteſt egredi extra eccleſiam, per. 30. paſſus in circuitu, ſine receptaculo, extraneorum domorum laicorum, iura loquentia de hac materia, dicunt confugientes ad eccleſiam, conſequi immunitatem: non autem confugientes ad illos paſſus. Et idem Ioan. Bichis. vbi ſupra nota. 3. fol. 75. colum. 3. in princ. notat ex illo textu in verbo ad Eccleſi. confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate. Secus ergo, ſi ad paſſus prædictos, ad quos extenditur immunitas. Ad quos quis poteſt procedere, poſtquam confugit ad Eccleſiam, & in hoc reſidet diſtinct. Doctor. nota. 8. folio. 76. colum. 4. notat ex illo textu, quòd Eccleſia non ſolum gaudet immunitate, quantum tangit murum, ſed habet etiam Eccleſia maior in toto circuitu, 40. paſſus, intra quos, fugiens ad eam, poteſt progredi: & gaudet immunitate. in eis inferiores eccle. habent. 30. paſſus. vt ſupr. dixi, & in eis fugiens gaudet immunitate. Erit ergo dicendum ſecundum prædictum Doctorem, quod iſti paſſus tunc gaudent immunitate, quando quis prius ſugerit ad eccleſiam, & poſtea egreſſus fuerit ad dictos paſſus, & tunc gaudebit. Si vero non ingreditur ad eccleſiam, ſed fugit ad dictos paſſus, & ibi remanet, tunc fugiens ad dictos paſſus non gaudet immunitate, qua gaudet fugiens ad eccleſiam, & idem eſt in cimiterio. ſecundum eum quem retuli ſupra in verſi. cimiterium. ibi vide.



5 Et quot paſſus habere debet † cimiterium. Card. in ca. certificari. de ſepulturis. q. 2. poſt Ioan. And. dicit, quod ſecundum antiqua iura, maior eccleſia in circuitu debet habere. 40. paſſus: aliæ vero. 30. dicto. c. ſicut antiquitus. niſi eccleſiæ ſint inter caſtella, & loca ardua. ca. quiſquis. 17. q. 4. & dicit Ioan. And. in. d. c. certificari. quod nec in locis latis ſeruatur, quot tot paſſus deſignentur, illud ergo ſolum, quod per Epiſcopum fuit deſignatum, habebit eccleſia. Idem Card. vbi ſupra.

*Quot paſſus habeat cimiteriũ.*

Eſt aduertendum quod tex. in dict. c. ſicut antiquitus loquens de paſsibus loquitur indiſtinctè, cuius verba ſunt, ſtatuimus, vt maior eccleſia per circuitum habeat. 40. paſſus, capellæ vero, vel minores eccleſiæ. 30. qui autem confinia eorum confringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus latro erit, quouſque emendet, & niſi quod rapuerit reddat, excommunicetur, ecce text. qui vult, quod dicti paſſus gaudeant immunitate prædicta, ſine aliqua diſtinctione.

*Maior eccleſia. 40. minores. 30. paſſus habet pro cimiterio.*

Hoſtienſis in ſumma iſto tit. in. §. quantum. colum. 2. in prin. dicit, quod ſi aliquis maleficus delinquat, vel alius ad eccleſiam confugiat, infra dictum ambitum ſi recipiat eccleſia

clesia ipſum, ſaluare debet. cano. reos. 25. q. 3. nec mirum. Nam † ad ſtatuam præfecti vrbis fugientes, ſaluat lex. l. 1. §. 1. de offi. præfecti vrbis. ff. id quod Hoſtien. tenet Henricus Bohic in. c. 2. eod. tit. col. fin. in princ. vbi dicit, ita nota. quod hanc immunitatem habet eccleſia, nec dum infra ipſam eccleſiam, ſed etiam extra vſque ad 40. paſſus. ſi eſt eccleſia matrix, & ex quo ergo aliquis delinquens, vel alius ad eccleſiam confugiens, infra dictum ambitum ſe recipit, eccleſia ipſum ſaluare debet. dict. c. reos.

Ad ſtatuam præfecti fugiés immunitate gaudet.

Antonius de Butrio in. c. fin. eod. tit. quærit in prin. quid ſi non delinquitur in eccleſ. ſed intra Septa eccleſiæ infra 40. paſſus an gaudeat immunitate. dicit, idem quod in eccleſia. idem ſi infra. 30. paſſus in minoribus eccleſijs. cap. ſi quis contumax. 16. quæſt. 4.

Item monaſteria quę ſunt intra, ſeu infra ambitum murorum alicuius loci, vel ciuitatis, non habent hoc priuilegium paſſuum per Hoſt. & alios, in. c. 1. de præben. lib. 6. retuli ſup. in ver. monaſterium. vnde dicit tex. in. c. quiſquis. 17. q. 4. quod capellæ quæ ſunt infra ambitum murorum caſtellorum, non ponuntur in hac. 30. paſſuum obſeruatione. Panor. in. c. pen. col. fin. quærit an eccleſia gaudeat immunitate, hac quatenus cingitur muris? & non ita concludit quod hanc immunitatẽ habet in ſuo cimiterio. dict. ca. ſi quis cõtumax. 16. q. 4. & de iure eccleſia maior debet habere per circuitũ. 40. paſſus. capellæ, vel minores eccleſiæ. 30. d. ca. ſicut antiquitus. 17. q. 4. vult Pan. quod illi paſſus qui ſunt in circuitu eccleſiæ gaudeãt hãc immunitate.

Gaudẽt immunitate ð iure maiores eccleſię per. 40. minores per 30. paſſus.

Claba. in ſumma iſto tit. in prin. q. 6. dicit, quod in eccl. vel cimiterio, non debet vlla violentia fieri, vel aliquis violenter extrahi aut eius confinia frangi allegat. c. ſicut antiquitus. illa confinia ſunt, iſti paſſus, de quibus loquimur.

Syluestrinus in verbo immunitas. 3. in prin. q. 1. quærit, quæ loca gaudeant iſta immunitate. Et inter alios ponit ſpatium



ſpatium in circuitu eccl. 40. paſſuum, quoad maiorem, ideſt, matricem, & 30. quoad minores eccl. d. c. ſicut antiquitus, & ca. quiſquis. 17. q. 4. vnde prædicta iura & prædicti Doct. abſolute loquuntur, quod iſti paſſus gaudeãt hac immunitate, abſq; eo, quod prius debeat fugiens ingredi eccl. ad hoc, quod iſti paſſus, habeant dictã immunitatem.

Albe. in. l. 2. C. de his, qui ad eccl. cõfu. Nã tex. ibi dicit, quod confugientes ad ſacroſanctas eccle. nemini licet abducere. dicit, confug. ad eccl. intelligunt etiã ſi confugiunt ſub porticibus eccl. & circumquaq; ad ipſam eccle. ad 30. paſſus. c. ſi quis contumax. c. diffiniuit. & per totum. 17. q. 4. in eccleſia maiori, ſiue cathedrali 40. paſſus. d. cap. ſicut antiquitus. & ita intelligitur. l. fi. de his, qui ad eccleſias cõfugiunt. C. ver. ex his. ergo locis eorumq; finibus expelli, aut eijci non poſſunt. addit Oldr. ibi. eorumq; finibus qui fines ſunt. 40. paſſus. in eccleſia maiori. 30. vero in alijs eccleſijs. Refert Oldra. Alber. in. d. l. fi. in prin. ſed qualiter cõputabuntur iſti 30. vel 40. paſſus. dicit Albe. in. d. l. 2. Referendo ſcholaſticũ, & vgum, quod ad eam partẽ tantũ, vbi eſt cimiteriũ. Alber. tamen vbi ſupra contrariũ concludit, qui dicit, quod iſtos 30. vel 40. paſſus, habet eccleſia in toto circuitu per tex. in. c. diffiniuit. ca. quiſquis. & in. d. c. ſicut antiquitus. Et infra dictos paſſus, nulla domus præter clericorum debet ædificari. ca. nulla. 12. q. 2. & illa etiam gaudet immunitate. d. c. quiſquis. hæc Alber. vbi ſupra.

Ioan. Igne. in. l. 1. nu. 58. fol. 15. col. 1. dicit quod. 30. paſſus immunitatis habet vnaquaque baſilica. d. c. quiſquis. c. diffiniuit. eccle. vero maior. 40. c. ſicut antiquitus. licet hic vſus non obſeruetur de. 30. paſsibus. ſecundum eum.

Petrus Bellug. in tract. de Speculo principum. fol. 49. col. 4. & fol. ſeq. in prin. dicit, quod de iure eccleſiæ maiores, habent immunitatẽ infra. 40. paſſus, minores eccleſiæ, infra. 30. dict. c. ſicut antiquitus. Iſtud tamen non habet

locum

locum in capellis, quæ erunt infra ambitum caſtrorum, ſeu caſtellorum, vel in modicis populationibus propter loci anguſtiam. d. c. quiſquis. & cap. quæſtio. & ſcias, quod

Paſſus immunitatis eſt quinq; pedum, & qlibet pes digitorum ſexdecim.

ſecundum Iſidorum, paſſus immunitatis, eſt quinque pedum, & quilibet pes, ſexdecim digitorum. glo. in dict. cap. ſicut antiquitus, & in ſimili. in. l. vicena, millia paſſuum. ff. ſi quis cautionibus. ſed iſti paſſus à quo loco numerabuntur, aliqui dicunt quod ab ea parte tantum, vbi eſt cimiterium. Et dicunt, quod iſta tenet Bugolinus, & Ioan. Andr. in cap. inter alia. & in cap. fin. eod. tit. vbi non fit mentio de paſsibus niſi de eccleſia, & cimiterio, ſed veritas eſt, quod eccleſia habet iſtos paſſus in toto circuitu, & hoc ſatis probatur per iura ſuperius allegata. Nam maior eccleſia in circuitu. 40. paſſus, & minor. 30. pro cimiterio in dict. capit. ſicut antiquitus. & infra dictos paſſus, nulla domus etiam clericorum poteſt ædificari. cap. nulla. 12. q. 1. & tenet Oldrad. conſil. 55. incipi. conſueuit dubitari. Hæc Petrus. vbi ſup. & idem Albe. in. l. 2. retuli ſup. iſta co.

Qualiter computentur. 40. illi paſſus.

Oldrad. conſil. 55. quærit qualiter computentur † iſti 8
40. paſſus, intra quos gaudet eccleſia immunitate. Refert, quod Hoſtien. ab ea parte, vbi eſt cimiterium: & ideo in decretal. non dicitur de 30. paſsibus, ſed de eccleſia, & de cimiterio. Dicit tamen Oldrad. vbi ſup. ego credo quod iſtos 30. paſſus habeat in toto circuitu, & hoc expreſsè habetur in cap. diffiniuit. & ca. quiſquis. 17. quæſt. 4. nam maior eccleſia debet in circuitu habere. 40. paſſus. & nulla domus etiam clericorum, debet ædificari. ca. in illo. 12. q. 1. & illa benè gaudet immunitate, vt in dictis iuribus. hæc Oldrad. vbi ſup. Erit ergo concluſio, quod delinquens, fugiens ad dictos paſſus, gaudet immunitate, etiam ſi non

Concluſio.

Limitatio.

prius ingrediatur eccleſiam. Valet tamen conſuetudo, quod dicti paſſus non habeant immunitatem. vt ſupra dictum eſt.

Porticus.



# Porticus.

*SVMMARIVM.*

1 *Fugiens ad porticum Eccleſiæ quando gaudet immunitate.*
2 *Porticus Eccleſiæ quid ſit.*
3 *Domus appellatione an porticus contineatur, & quid in materia pœnali, vnde hic late.*
4 *Extrahens fugientem in Eccleſiæ porticum excommunicari debet.*

Septima ampliatio. De porticu eccleſiæ de quo quæritur quid ſit.

1 AN fugiens † ad porticum Eccleſiæ, gaudeat
2 immunitate? Quæro primum quid † ſit porticus. Hoſtien. in ſumma. in tit. de accuſati. §. res exhitum. dicit, quod veſtibulum dicitur locus ante carcerem, ſicut porticus ante domum. Bart. in. l. cætera. §. hoc Senatuſconſ. de leg. 1. ff. dicit, quod porticus non habet parietes vndique, & accedit domui. Bart. in. l. quod conclaue. in prin. de dam. infect. Dicit item, ſcias quod porticus eſt, quidam locus coopertus. deſuper diſcoopertus ante, & hoc modo accipitur in. l. quod conclaue. & in. l. & c. §. hoc ſenatus. poteſt etiam intelligi porticus iſta mœnia ſeu proſella in vulgari. Cardin. in Clem. 1. §. ciuitas. de pœn. dicit, quod porticus eſt duplex, priuatus, & publicus: ſi eſt priuatus, eſt pars domus: ſecus ſi eſt publicus, quia tunc non poteſt dici pars domus. cum omnibus patet de priuata porticu, patet exemplari, maximè Romæ, vbi aliquæ clauduntur porticus. Et vtuntur ipſis ſolis tanquam domo. Cardin. vbi ſup. q. 7. vnde quoad propoſitum noſtrum eſt dicendum, quod porticus eſt, quæ adhæret, & eſt coniuncta, & præeſt portæ Eccleſiæ, & eſt de ſuper cooperta, & diſcooperta ante, vel ſecundùm Archidiac. & Ioan. de Turrecrem. in. d. c. ſi quis contumax. in verbo porticibus, quę ſunt intra 30. vel 40. paſſus, qui in circuitu

Portic⁹ eſt duplex.

Quid ſit porticus quoad propoſitum.

Eccleſiæ ſunt deſignati pro cimiterio, ſecundùm prædi-ctos,& communiter iſtæ porticus ſunt ante portas Eccle-ſiæ,& ſunt coopertæ deſuper,& diſcoopertæ ante.& Bald. in.d.l.quod conclaue.dicit,quod porticus cadent illis ædi bus,ex quibus tantum habetur aditus.

An appellatione domus veniat porticus.

Et an appellatione † domus veniat porticus, & an pœ-na inſultantis domum habeat locum in inſultanti porticũ. vide Bart.& omnes in.d.l.cætera. §.hoc ſenatus.2.de lega. 1.& omnes in.d.l.quod conclaue.de dam. infect. ff. Card. in dict.cap.inter alia.quæſt.4.& vide Alber. in.l.fi. de his, qui ad eccleſias confug.C.& in dictionario.in verſi.porti-cus.Et in repertorio Brixi.in verbo porticus,& vide plenè per Barba.in Clem.cauſam.de electione.folio.120. col. 2. cum ſequen. 3

Et de porticu latè loquitur Bar. Cœpo.in tract. de ſer-uit.vrban.præd.in tit.de clauſtro, ſeu conclaui.fol.23.col. 1.& 2.& quid ſit porticus. Refert Bar.in.d.l.quod concla-ue.de dam.infect.ff.retuli ſupra.

Et appellatione domus an veniat porticus:ibi per eum plenè in.2.quæſt.& Cœpola vbi ſup.ponit quinque quæ-ſtiones circa porticum.

Angelus in.l. plerique. de in ius vocando. ff. quærit an poterit quis capi, ſi eſt in porticu,dicit, quod ſic, quia non extrahitur de domo, quia ibi ſtando aditum ſui præſtat, & publicè,ergo &c.

Et quod appellatione domus veniat porticus, tenet ſpe culator,in tit.de immunitate eccl.§.1.& Marcus de mant. conſil.211.in fin.

Nec in circunſtantijs eccleſiæ poteſt,quis capi ſecundũ Bar.in.d.l.præſenti.Iaſo.in.d.l.plerique.col.3.in prin.de in ius vocan.ff.vnde videtur vel'e Bar.in.l.meminiſſe. de of-fic.Proconſ.ff.quod factum in porticu, ſi cohæret domui dicitur factum in domo,& Flor.in.l.quidam Iberus,quæ-rit an appellatione domus cõprehendatur porticus, quod in materia fauorabili, appellatione domus veniat porti-cus: ſecus in materia odioſa. Ideo ſtatutum pœnale con-trà, extra domum, ſine lumine non comprehenderet in-uentum ſub porticu:vnde concludit dictus Floria.de ſan-cto Petro, in.d.l.quidam. in fin. quod ſi porticus ſit affixa ædibus,vt ſunt Bononiæ, quod tunc porticus cẽſetur pars ædium,vel domus.l.quod conclaue. de dam. infect. ff. & ideo tunc continetur porticus appellatione domus vel ædis,ſecus,ſi nihil habeat ſupra,ſe quod contingat cum do mo, vt patet: tunc enim porticus non comprehenditur appellatione domus.Floria.vbi ſupra.



Angelus de Aretio,in tractatu de maleficijs in ver.fecit inſultum.col.3. in paruo volumine,fol.97.colum.1.refert Bar.& Flor.vbi ſupra,& dicit quod aut eſt odioſa diſpoſi-tio,vt in augendo pœnam inſultanti ad domum,tunc por ticus non comprehenditur.& dicit Angel. ibi, quod forte iſto caſu non eſſet malum dicere vt dicit Floria. in dict. l. quidam Iberus,ſcilicet,vtrùm porticus ſit affixa domui,& tunc pars domus iudicabitur,alias nõ,& tum etiam in pœ nalibus veniret porticus appellatione domus, & quando appellatione domus contineatur porticus.Ange.ibi col.4. verſi.an autem appellatione domus:vbi refert Angel.in.l. plerique.&.l.ſequen.de in ius vocando.ff.quod licet, quis non poſsit capi in domo,tamen poterit in porticu,quæ eſt diuerſa & ſeparata à domo.ſecundùm Ange.vbi ſupra. al-legat Imo.poſt glo.in Cle.cauſa.in verbo in domo de ele ctione.quæ vult quod idem eſt,quod aliquid fiat ante do-mum,ſicut in domo,& dicit Imol.in dict. Clemen. ſuper dict. gloſſ. colum. 11. quod dictio cui aliquando ponitur pro ante,quod nota pro illa quæſtio: ſi ſtatuto imponatur pœna ingredienti aliquem, vel in domo, vel ante domũ, ſi fit in porticu cenſetur factum in domo. Barbat. in dicta

Clemen.cauſam.col.penul.& fin.Refert Specul. & Ioan. And.in additio.ad Specul. in tit.de iniurijs in. 4. parte fol. 120.in paruo volumine,& ſequitur diſtinctionem Ioann. And.quod ſi porticus eſt in proprio ſolo, venit appellatione domus: ſi vero porticus eſt in ſolo publico, non venit appellatione domus: vnde ſi porticus eccleſiæ, eſt ipſius eccleſiæ,idem eſt quod in eccleſia. ſecundum Ioan. And. Barba.vbi ſupra,qui latius loquitur.

Guilliel.Mayn.in.l.nemo de domo.ff.de regul.iur.fol. 249.col.1.& 2.quærit an de porticu domus ſuæ,poſsit quis extrahi?refert Iaco.de Aretio.& Bald.& alios in.l.cætera. §.hoc Senatuſconſultum.de lega.1.ff.& Bart. in.l. meminiſſe.de offi.Proconſ.& leg.ff.& Barb.in.l.1. §.1. de cloacis.ff.& Bal.ſuper rub.ſoluto matrim. ff.& Flori. in dict. l. quidam.& Ange.in tract.de malefi. in ver. fecit inſultum retuli.ſup.& concludit cum Floria.& Angel. vult quod ſi porticus affigitur domui iudicabitur, vt pars domus, alias ſecus,& hoc procedit in quacunque materia etiam odioſa,ſi vero non eſt affixus domui,in fauorabilibus comprehenditur in odioſis ſecus,vt latius per Guilliel. vbi ſupra.

Porticus eccleſię immunitate gaudet taliter quod fugientem ad porticũ excommunicatur.

Veniendo ad propoſitum noſtrum, an talis porticus
gaudeat immunitate,de qua in regula noſtra eſt conclu-
dendum, quod ſic. per can. ſi quis contumax. 17.q.4. vbi
text. quod extrahens † fugientem de porticibus eccleſiæ 4
debet excommunicari:& vnde dicit Card.in dict.can.in-
ter alia.col.1.quæſt.4.quòd de porticibus eccleſiæ adhæ-
rentibus,dicit,quod idem eſt,quod in eccleſia. Matthæus
de Afflict.in tracta.de iure prothomiſeos, in.2.volum.fol.
154.colum.1.num.15.dicit, quod fugiens ad porticum ec-
cleſiæ gaudebit immunitate totius eccleſiæ, per dict. cap.
ſi quis contumax.

Iaſo.in dict.l.plerique.de in ius vocando.ff.colum.3.in prin.dicit, quod in porticibus circa eccleſiam, non poteſt quis



quis capi.& Panor.in dict.cap.pen.eo.tit.col.fi.dicit,quod porticus eccleſiæ adhærentes gaudent hac immunitate per d. c. ſi quis contumax. vt ibi per eum idem dicit Anchar. conſil. 160. quod fugiens ad porticum eccleſiæ gaudet immunitate,per dict.c.ſi quis. & hæc omnia operatur annexitas ſecundùm eum intellige concluſionem, quando porticus eſt affixa eccleſiæ,& ſolum eſt ipſius eccleſiæ ſecundùm prædictos,ſed ſi ſolum eſt publicum,ſecus etiã dicendum.ſecundùm Ioan.& Barba.vbi ſupra.

Aduerte quod ſi porticus adhæret portis eccleſiæ nulla eſt dubitatio,quia eſt intra paſſus eccleſiæ vt ſupra,in præcedenti ampliatione.

Si vero porticus, non eſt in portis eccleſiæ, ſed eſt in portis cimiterij,tunc crederem, quod ſi porticus eſt affixa cimiterio reputabitur pro cimiterio: ſecundùm Angel. & Guilliel.quos ſupra retuli,& ſic gaudebit priuilegio cimiterij intelligitur, ſi ſolum porticus eſt ipſius cimiterij ſecundùm Ioan.And.& Barba.vbi ſupra.

Si vero non eſt affixa cimiterio, vel ſolum non eſt ipſius cimiterij,non gaudebit per ſupradicta.

Panor.in c.1.de decimis.col.2.ver.nouũ.ibi in veſtibulo temploque conuiuia fiebant, olim in veſtibulo templi, ideſt,in porticu,vel in ædificio templo contiguo:& appellabatur veſtibulum,quia ibi veſtiebantur egredientes, ſeu ingredientes in templum, ſecundum eorum conſuetudinem.In templo autem non debet quis conuiuari, arg. c. 1. eod.tit.lib.6.niſi neceſsitas aliud vrgeat. c.2.de cuſto. Anchar.& dicit Panor.quod ex hoc vno tex.collige, & tene mente,quod diſpoſitio loquens de templo,ſeu domo, nõ extenditur ad porticum domus,vel templi. Nam vt vides aliquid permittitur in porticu,non autem in templo, & facit ad quæſtionem,ſtatutum grauiter punit percutientem alium in domo ſua. Nunquid habeat locum ſi percutiat

in porticu domus. Prædicta faciunt, quod non. Satis tamē dicit Panor. ponderandam mentem ſtatuti, an ratio verificetur, in porticu, vel non. hæc Panor. vbi ſupra. Ange. in dict. tract. de maleficijs, in verbo facit inſultum. col. 4. in fin. fol. 97. col. 2. refert contra communem opinionem. c. 1. de deci. Vbi aliqua permittuntur fieri in porticu, ſeu in veſtibulo, quæ non ſunt permiſſa fieri in templo, & ibi Abba. refert eum, quem retuli. refert etiam alios.

# Oſtium, ſeu porta Eccleſiæ, vel Cimiterij.

*SVMMARIVM.*

1 *Oſtium Eccleſiæ gaudet immunitate.*
2 *Domus appellatione, an veniat illius oſtium.*

Ampliatio octaua. Ad oſtium eccleſię q̄d immune eſt.

OSTIVM † Eccleſiæ eſt priuilegiatum, ſicut ipſa eccleſia, vt aliquis de eo extrahi non poſſit, nec capi: ſicut non poſſet de eccleſia. hoc tenet expreſsè in oſtio eccleſiæ. Ange. de Aretio in tractatu de maleficijs in ver. 6. quod fama. quæſt. 4. fol. 73. in paruo volumine, & in ver. ſcalis ſanct. Petroni. fol. 102. colum. 4. & ſequent. vbi captus in oſtio ipſius eccleſiæ, videtur eſſe factum in eccleſia. l. præſenti. §. ſanè. & ibi Bar. de his, qui ad eccl. confug. Vnde dicit Floria. de S. Petro, in. l. quidam Iberus. de ſeruit. vrba. præd. ff. in fi. 6. ver. Item quod fit in confinibus eccleſiæ, dicitur eſſe factum in eccleſia, & ſic conſiſtens in oſtio eccleſiæ non poteſt capi. per. l. præſenti. §. ſanè. de his qui ad eccleſ. confug. ca. quod bene nota. ſecundum eam.

† An appellatione domus veniat eius oſtiū.

Et an appellatione † domus veniat oſtium, ſeu porta 2
domus. Angel. in. l. plerique. de in ius vocando. ff. & in. l.





ſequen. in fin. vbi quærit. quid erit, ſi in limite oſtij ſtat, dicas, idem ſi extra clauſuram: quia quod fit in limine, non fit in domo, ſi limen eſt extra clauſuram allegat text. in. §. ſi ab oſtibus. quibus modis, ius patriæ ſoluitur, inſtitu. l. ſanè. in fin. de verb. ſignifi. ff. hæc Ange. vbi ſup. Nam text. quem allegat Ange. non loquitur de oſtio. Nam ſecundū communem modum loquendi, limen differt ab oſtio, refert Barba. in Clem. cauſamq́; de electio. fol. 120. col. 1. in fin. & in prin. col. 2. Nam limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus per text. in. §. ſi ab oſtibus. ver. dictum. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, inſtit. Barbat. vbi ſupra facit. c. quia iudicante. de præſcrip.

Vnde dicit Bal. in. l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſthumis. in fin. ff. quod id quod fit in oſtio, partim eſt in domo, partim extra. Idem Bald. ſuper rubr. ſolut. matri. ff. col. 1. in fine. allegat glo. in. c. hæc eſt. de pœni. diſt. 2. & in c. cum ſanctam. in gl. vir ergo. Quæ dicit, quòd qui in porta eſt partim intus eſt, & partim extra, partim videtur, partim abſconditur, & refert Bald. & glo. Ange. in. d. tracta. de maleſi. in ver. fecit inſultum. col. 4. folio. 97. col. 2. & dicit Bar. in. l. meminiſſe. de offi. procon. & lega. numero. 4. vbi dicit, de ſtatuto, quod ſi quis aggreditur aliquem in domo ſua puniatur, in tantum ſi aggreſſus fuit eum coram oſtio an incidat in pœnam, dicit, quod ſic. Eum referunt Ange. in dict. tractatu de maleſi. in ver. fecit inſultum. fol. 97. col. 1. & Guilliel. Mayn. in dict. l. nemo. de domo. de regu. iur. ff. folio. 249. colum. 1. & Barb. in. l. 1. §. hoc interdictum. de cloa. ff. fol. 279. in paruo volumine, dicit quod ſi aliquid fit in oſtio, intra clauſuram, dicitur eſſe factum in domo, ſi vero fit extra clauſuram oſtij, non dicitur fieri in domo. Alexan. ibi in addit. ad Bar. Quærit vtrùm factum in oſtio dicatur factum in domo, refert plures remiſsiones, poſſunt videri. Ioan. And. in cap. vni. de conſec. eccle. vel

altá.lib.6.col.1.dicit,quod iniurioſa ſanguinis effuſio facta in porta eccleſiæ,videtur eſſe facta in eccleſia.Idem in porta cimiterij,& eum ſequitur Anchar.ibi in fin. Domin.ibi col.1.refert Ioan.And.quod intelligit.Imol.dictum Ioan. And.eſſe verum,quando intra clauſuram Oſtij,verſus eccleſiam facta eſt pollutio; ſecus ſi in parte quæ eſt extra, verſus locum vacuum,extra eccleſiam allegat Bar.in dict. l.vnica.de cloa.retuli ſupra.Dominicus concludit, aut eſt commiſſum in porta,ſed ex parte magis adhærente exterius,& non videtur violatum,aut ex parte magis inhærente interius,& dicitur violatum,vt latius per eum. Et Philip.Franc.in.d.c.vni.de conſec.eccle. vel altaris lib. 6. col. 3. in fine,refert Ioan.& Domin.

Reſpondet ſub diſtinctione.

Ange.& Mayne.quos ſupra retuli in præcedenti verſ. dicunt, quòd in materia fauorabili appellatione domus, venit oſtium dictæ domus,licet ſecus in odioſis, allegant Floria.de ſancto Petro,in.d.l.quidam Iberus.de ſeruit.vrban.præd.ff.Bal.tamen ſuper rub.ſolut.matri.ff. dicit, vbi ſtatutum dicet,quod ſi quis inſultauerit, in domo, ſufficit inſultare in oſtio, licet Cyn.in addit. ad.l.meminiſſe. de offic.Proconſ.& leg.tenet contrarium,refert Bald.& Cynum,Guilliel.Mayn.in.d.l.nemo de domo.col.2. cum ſequen.fol.249.col.1. vol. & Petrus de Anchar. conſil. 160. col.2. dicit, quòd illa portio, ſuper qua Oſtium ſuſtentatur non dicitur acceſſoria,ſed potiſsima pars,ſine qua redderetur inutilis,vt plenius per Anchar.vbi ſup.

Veniendo ad propoſitum,de quo loquimur,an Oſtiũ, ſeu porta eccleſiæ, vel cimiterij gaudeat immunitate, de qua in regula noſtra?

Si dicimus de Oſtio,ſeu porta eccleſiæ, nemini dubiũ, cum eccleſia habeat certos paſſus,vt dictum eſt ſupra, in ver.paſſus,& in ver.porticus.

Si vero eſt eccleſia,quæ non habet paſſus, vt ſunt monaſteria,



naſteria,ſeu capellæ,quæ ſunt infra ambitum ciuitatis, vel loci,ſecundùm Hoſtien.& alios in.c.1.de priuileg. libr. 6. dixi ſupra in ver.paſſus & plenius in ver. monaſterium. vt ſunt etiam Baſilicæ & oratoria,vt ſupra in verbo paſſus. dicerem quod oſtium,ſeu porta dicti monaſterij, vel baſilicæ,gaudet immunitate per rationes ſuperius allegatas.vnde,conſiſtens in oſtio eccleſiæ non poteſt capi, per.l.præſenti.§.ſanè.de his qui ad eccle.confug. C. quod bene nota. dicit Flor.de ſancto Petro, in dict. l. quidam Iberus.in fin.de ſerui.vrba.prædi.ff.

Idem eſt dicendum in oſtio,ſeu porta cimiterij,per rationes ſupradictas.

Vnde dicit Angel.in.d.tract.de malefi.in ver. quod fama.quæſt.4.fol.73.col.1. quod oſtium ſcalarum eccleſiæ, & cimiterium, ſunt priuilegiata, ſicut ipſa eccleſia, vt aliquis inde extrahi non poſſit.Dicit etiam Ange.in dict. tractatu,in ver.in ſcalis,fol.102.colum.4.& colum. ſequenti, quod captus in oſtio ipſius eccleſiæ, dicitur captus in ipſa eccleſia.dict.l.præſenti.§.ſanè. De his,qui ad eccleſias confug.C.& ibi Bart.not.2.qui dicit,quod priuilegium, quod habet eccleſia,competit etiam finibus eccleſiæ,hoc eſt, locis circunſtantibus: & ſic ſtans in oſtio, non poteſt capi.

Et quod oſtium, ſeu porta,gaudeat immunitate, ſed quod non poſsit ibi capi, & lex partitæ, in prima partita.titul. 11.l. 2. vbi text. quicunque ad eccleſiam confugerit,vel ad eius portam, vel cimiterium, non eſt inde extrahendus.

Scala

# Scala Eccleſiæ, vel Cimiterij.

*SVMMARIVM.*

1 *Scala Eccleſiæ an gaudeat immunitate.*
2 *Domus appellatione, an ſcalæ contineantur.*

Ampliatio nona.

ANGEL. in tract. de maleſi. in verbo, quod fa-
ma, quæſt. 4. fol. 73. col. 1. dicit, quod oſtium † 1
ſcalarum eccleſiæ, & cimiterium, ſunt priuile-
giata, vt aliquis inde extrahi non poſsit, nec ca-
pi. Sicut nec poſſet in eccleſia & idem Angel. vbi ſupra, in
ver. in ſcalis, folio. 103. columna. 1. in paruo volumine di-
cit, quod captus in ſcalis ipſius eccleſiæ, dicitur eſſe captus
in eccleſia.

Bal. in l. fiſtulam. de ſeruit. vrba. præd. ff. in §. ſcalas. di-
cit, quod ſcala, quæ eſt foris extra oſtium, non videtur con
tineri appellatione domus, & ſic non videtur fieri in do-
mo maleficium, quod in ſcala inferiori fit, argu. gloſſ. d. §.
Scalas. & Flor. de ſancto Petro in dict. l. fiſtulam. in fi. ver.
dicit. quod Scala, quæ foris oſtium eſt non continetur ap-
pellatione domus, & ſic maleficium quod fit in ſcala infe-
riori, non videtur, domũ factum. quod not. ſecundum Bal.
Flori. vbi ſupr. Cœpola in tractatu de ſeruit. vrban. præd.

An appellatione dom⁹ vel eccleſię veniant ſcalæ.

c. 54. in tit. de ſcalis. fol. 26. col. 3. quærit, † an appellatione 2
domus, veniant ſcalæ, dicit quòd aut ſcalæ ſunt extra do-
mum, ſeu extra oſtium domus, & tunc non continentur
appellatione domus. Idem maleficium, quod fit in ſcalis
exterioribus, extra oſtium domus, non dicitur factum eſ-
ſe in domo: ſecus ſi eſſent interiores. allegat Bald. & Flor.
in. d. l. fiſtulas. §. fina. de ſeru. vrba. præd. & ſequitur aliud:
quo, quis poteſt capi pro delicto in ſcalis poſterioribus,
nec habet locum ius plerique, de in ius vocan. Angel. in. d.
tracta.



tracta. de maleſi. in ver. fecit inſultum. col. 4. fol. 97. col. 2.
dicit, quod appellatione domus non venit ſcala, quæ eſt
extra oſtium domus, quantumcunque ſit contigua cum
muro domus, allegat Bal. in. d. l. fiſtulam. §. Scalas.

Concluſio ſub diſtinctione.

In prædicto caſu eſt concludendum, quod ſi ſcala eſt
ipſius eccleſiæ, quæ habet paſſus, vt dictum eſt in ver. paſ-
ſus, clarum eſt, quod gaudet immunitate ſicut ipſa eccle-
ſia. Et hoc, ratione paſſuum.

Si vero Scala eſt in eccleſia, quæ non habet paſſus, vel
in cimiterio, non gaudebit. Nam ſcala eſt extra eccleſiam,
ſiue cimiterium, per ſupradicta. Nam dicta Ange. quæ in
prin. retuli, intelliguntur de ſcalis, quæ ſunt in eccleſia, quæ
habet priuilegiũ paſſuũ, & ita vult hoc ſentire. Secus alias.

# Atrium Eccleſiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *An atrium eccleſiæ congaudeat immunitate.*
2 *Quid ſit atrium.*

Ampliatio decima.

1 AN atrium † eccleſiæ gaudet eadem immuni
tate, qua eccleſia gaudet. Quæro primum,
2 quid ſit atrium? † Atrium accipitur triplici-
ter. Primo pro aula: iuxta illud, quod in paſ-
ſione Chriſti: Et Petrus ſtans in atrio calefaciebat ſe ad
ignem. Secundo pro cimiterio. Tertio pro loco ſancto, vt
in breui loco. in verb. atrium. Sed quod ad propoſitum
noſtrum, atrium eccleſiæ, dicitur cimiterium. Ita dicit
gloſſ. in cano. nulla. 12. quæſt. 1. in gloſſ. 1. quæ exponit in
atrio, ideſt, in cimiterio, quod habebit 40. paſſus, in circui-
tu eccleſiæ maioris capellæ, vel minores eccleſiæ. 30. can.
ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. hæc glo. in dict. ca. nulla. Ioan.
de Turrecrem. in. d. §. nec in atrio eſt, ante dict. ca. nullo.
12. quæſt.

Triplex atrij acceptio.

12. quæſt. 1. exponit prout, glo. d. c. nullo. retuli ſupra. Domin. in dict. c. nulla. & in dict. §. nec in atrio, exponit atriũ pro cimiterio, & idem dicit in dict. c. nulla.

Atriũ pro cimiterio gaudet immunitate.

Si ergo accipitur atrium pro cimiterio dic, vt ſupra, in ver. cimiterium. & quod atrium eccleſiæ gaudeat immunitate, qua gaudet eccleſia, eſt tex. in can. ſi quis in atrio. & in cano. ſi quis contumax. & in dict. can. conſtituimus. 17. q. 4. illi tex. faciunt mentionem de atrio, & dicunt, quod fugiens ad atrium eccleſiæ, gaudet immunitate.

Ioan. And. in c. certificari. col. 3. de ſepulturis, verſic. ille autem, dicit, quod cimiteria eccleſiarum, quandoque dicuntur atria. can. nulli. 12. quæſt. 1. can. præcipiendum. 13. quæſt. 2. can. ſi quis cum alijs, ſup. alleg. & Sozin. in. c. poſtulaſti. col. 6. ver. & quæ dicta ſunt, de foro competenti. fol. 99. col. 3. dicit ibi, quod quæ dicta ſunt, de delinquentibus, vel fugientibus ad eccleſiam, ſeruanda ſunt, in delinlinquentibus, vel fugientibus ad locum, vel ad atria eccleſiæ, vel domus Epiſcoporum, can. conſtituimus. 17. q. 4. allegat Bart. in. § ſed neque. in authen. de manda. princip. colla. 4. Bar. tamen ibi non loquitur de atrio, ſed de domo Epiſcopi, & Ludouicus Roman. conſil. 227. in princ. dicit regulam eſſe quod nemo in atrio, hoc eſt in atrio eccleſiæ poteſt capi, cum illud eccleſiæ beneficio gaudeat, per cano. id conſtituimus. 17. quæſt. 4. & ſic vult Ludouicus Romanus, quod atrium dicatur clauſtrum eccleſiæ, & de clauſtro dico infra, in ampliatione. 12.

Vide infra ampliatione. 12.

Atrium etiam accipitur pro habitatione cæleſti, quæ eſt manſio æterna in paradiſo. Pſalmo. 83. in. 1. verſ. ibi, Concupiuit anima mea in atria Domini, &c. & ibidem verſ. 10. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis, &c. Pſal. 91. verſ. plantati. In domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt. Et Pſalm. 134. verſ. 2. Qui ſtatis in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri. Et Pſal. 63. verſ. 4. Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabit in atrijs tuis. Et Pſalm. 121. verſ. 2. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Et accipitur atrium pro eccleſia militante. Pſalm. 115. in verſ. final. Ibi in atrijs domus Dei, ideſt, in eccleſia militante. Et Pſal. 95. Ibi in atrio eius eccleſiæ militantis. Et ibi in atrio ſancto eius, ideſt, in eccleſia ſancta catholica, quæ eſt vniuerſale atrium eius. Et Pſal. 28. verſi. 2.



# Septa Eccleſiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Septa Eccleſiæ quando gaudent immunitate.*
2 *Septum eccleſiæ locus ſacer dicitur.*

Ampliatio 11. de ſeptis eccleſiæ.

1 SEPTA eccleſiæ † an gaudeant immunitate, qua gaudent eccleſiæ? Septa exponuntur, ideſt, loca ſacra circundata, & clauſa, ſecundùm Archid. & Ioan. de Turrecrem. in can. metuentes. 17. quæſt. 4. Nam tex. ibi loquitur de fugiente ad ſepta eccleſiæ; & etiam tex. in ca. frater. 17. quæſt. 4.

Glo. in Clem. fina. de hæreticis, in glo. 2. dicit, quod ſepta, ſcribitur dupliciter; cum p. & cum c. & quando cum c. dicitur, à ſeco as. & eſt propriè habitus animarum, & propoſitus, in malo, circa falſam diſciplinam, inde tales dicunt ſecti, ideſt ſeparati & diuerſi à bonitate fidei & eccleſiæ: & accipitur pro mala opinione. Et quando cum p. deſignat clauſuram. Hæc glo. in dict. Clemen. fin. quæ latius loquitur.

In caſu noſtro ſcribitur cum p. & ſignificat clauſuram, & dicitur à ſepio is. Ita dicit glo. in Clem. 1. in ver. ſepta. de ſtatu monach. & Card. ibi in. §. præfate. in prin. dicit quod dicitur à ſepio, is. & eſt clauſura, in circuitu monaſterij, quam

quam non licet, ſine licentia ingredi, & de iſta litera facit mentionem. Clem. 2. in fin. de cenſi. & glo. in Clem. dudum. §. & propterea. in ver. locis de ſepul. & text. in. l. 1. §. ſepta. de riuis. ff. Breuiloquus in. l. 5. ſeptum, dicitur locus circumcluſus, vt ſtabulum pecudum, vel ambitus, & dicitur à ſepio is. vnde intra ſeptum templi, ideſt, intra ambitũ per clauſuram. Vitalinis in. d. Clem. fin. col. 1. de hæreticis dicit, quod ſepta cum c, notat falſam opinionem, & damnatam. & ſepta cum p, ſignificat clauſuram. can. ſicut ſepta, de pœni. diſt. 2. Cardi. in dict. Clem. fin. in prin.

Concluſio.

Eſt concludendum, quod † ſeptum eccleſiæ, dicitur lo 2
cus ſacer, circundatus, ſeu clauſus, vt puta eccleſia circundata, ſeu clauſa, & communiter ſunt iſta monaſteria circundata, ſeu clauſa, & omnia quæ ſunt intra dictam clauſuram, dicũtur ſeptum, vide ſupra in ſecũda ampliatione.

Vide ſupra ampliat. 2.

Et an ſeptum eccleſiæ gaudeat immunitate, qua gaudet eccleſia? eſt dicendum, quod ſic. eſt text. in can. frater, & in can. metuentes. 17. q. 4. in. c. frater. dicit tex. quod quidam Epiſcopus excommunicauit quoſdam, qui violenter extraxerunt fugientem ad eccleſiæ ſepta. & in ca. metuentes. dicit tex. quod quidam ſeruus, propter metum domini, ad eccleſiæ ſepta fugit, qui non debet reſtitui domino, niſi prius præſtito iuramento de impunitate.

Septa eccleſiæ gaudẽt immunitate.

Antonius de Butrio in. c. fi. in prin. eod. tit. quærit, quid ſi non delinquit in eccleſia, ſed intra ſepta eccleſiæ infra 40. paſſus, vel. 30. dicit. idem quod in eccleſia.

Ioan. Bichis, in dict. can. diffiniuit. 17. quæſt. 4. num. 13. fol. 72. col. 3. in fin. & col. ſequenti, in princ. dicit, quod ſeptum eccleſiæ idem eſt quod clauſtrum, ſeu clauſura, à ſepio, is. allegat glo. dict. Clem. 1. de ſtatu monach. & Archi. in dict. ca. metuentes. retuli ſupra, & dicit, quod fugientes ad ſepta eccleſiæ conſequuntur immunitatem. per dict. c. frater. & ca. metuentes. & d. Bichis intelligit ſeptum, pro eccleſia.



eccleſia. & dicit, quod illi 40. vel. 30. paſſus communiter non ſunt circundati.

ADVERTE, quod dicta iura loquuntur, de ſepto Eccleſiæ, ſeu monaſterij: & volunt quod aliud ſit ſeptum, aliud Eccleſia, ſeu monaſterium, vide vt ſupra dixi, omnia quæ ſunt ſub dicta clauſura, dicuntur eſſe intra ſeptum. Septa eccleſiæ, intelliguntur eſſe intra paſſus prædictos, de quibus ſupra, in verbo paſſus. Anton. in. d. c. fin. Marcus de Mantua. conſil. 91. in fin. num. 24. tamen ſi ſeptum eccleſię ſit, vltra 40. paſſus, gauderet etiam immunitate, per ſupradicta.

Notabile neceſſariũ.

# Clauſtrum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iura de clauſtris loquen. hic referuntur.*
2 *Quare clauſtrum dicitur.*
3 *Clauſtrum an gaudeat immnnitate?*
4 *Cimiterium à paſſu quantum differat.*
5 *Septuum paſſus clauſtrum cimiterium in quibus differant.*

DE clauſtro loquitur text. in. c. 2. de conſue. in
1 princ. vbi dicit †. Si vero aliquis poſſeſsiones aliquas clauſtris, vel locis religioſis. ca. fin. de cape. mona. ibi ipſos ad clauſtrum reuocent, & ca. vni. de ſtatu monach. libro. 6. §. verum. in fin. ibi. Si quod in fraudem reſidentiæ, ſiue more clauſtralis nihil fiat. & in Clemen. vnic. de ſepulturis negli. §. pro miſſa, ibi ad clauſtrum, cum oportuerit, remoueri. & text. in cap. fina. 7. quæſt. 1. in fin. ibi inter clauſtra teneri noluit. & tex. in cap. vt famæ. de ſenten. excommu. ibi carcerem fugerent clauſtri, & in. c. placuit. Secundo ibi ſit clauſtro ſuo contentus, & in. c. iuxta in verbo, clauſtrum morari præcepimus.

Duodecima ampliatio.

pimus.16.quæſt.1.cap.cum ad monaſterium.de ſtatu monach.in.§.in oratorio.

Archidia.can.fi.7.q.1.in fine,in ver.clauſtra.dicit,quod clauſtra † dicuntur, quaſi clauſa, vel caſtrentia, ideſt, priuantia habitantes in eis,ne paſsim vagari liceat, arg. c. 1. & c.placuit communi.can.iuxta.16.quæſt.1.& hoc eſt dictũ, à quodam animali,cuius nomen eſt caſtor,quia cum ſentit,venatores ſequentes, ſeipſum, caſtrat. Ioann.de Turre Crem.ibi.in fin.dicit,clauſtra,ideſt,clauſa loca. & Domi. ibi in.d.can.fin.7.q.1.dicit, dicuntur clauſtra quaſi clauſa, vel priuantia,habitantes in eis,ne poſsint vagari. 2

*Quid ſit clauſtrum, & quare dicitur.*

Archidia.in.c.vnica.col.2.ver. more. de ſtat. monach. lib.6.dicit,clauſtrum dicitur,quaſi claudens,ſiue caſtrans, ideſt,priuans habitantes in eo, ne paſsim vagari liceat. An char.vt fame deeſſent,excom.dicit,quod clauſtrum quãdoque monacho eſt loco carceris. Regulariter vero eſt eis,quaſi aqua piſcibus.ca.placuit.16.quæſt.1.& dict. gloſſ. 1. in dict. cap. vt fame.carcerem, ideſt, ipſum clauſtrum quod eſt eis carcer.

*Archidiaconus.*

Bart.Cœpo.in tract.de ſeruit.vrba.præd.in tit. de clauſtro,ſeu conclaui. fol.23. col. 1. quærit quid ſit clauſtrum, & dicit,quod eſt quaſi claudens,ſiue clam ſtans,ideſt,priuans habitantes in eo,ne paſsim vagari liceat. refert Archidia.in dict.c.fina.& in dict.ca.retuli ſupra, & vt eſt locus religioſus.cap.religioſus.

Breuiloquus in verbo clauſtrum,dicit,quod eſt inhabitatio religioſorũ,vel dicitur domus includens monachos, & moniales,ſub certa regula viuentes, & dicitur à claudo: dicitur etiã clauſtrum,ideſt,paruũ clauſtrũ: & etiam clauſtrenſes,ideſt,res clauſtri, vel pertinentes ad clauſtrũ, vel dicitur clauſtralis,vel clauſtrẽſis monachus,vel monacha ſtãs in clauſtro,vel cœnobio. Itẽ clauſtrũ,idẽ eſt, qđ clauſura,vel ſera. Hæc Breuiloquus,vbi ſup.in verſ.clauſtrum. Albe.



Albe.in ſuo Dictio. in ver. clauſtrum. dicit clauſtrum quaſi claudens, ſiue caſtrans, ſiue priuans habitantes in eis ne euagentur.allegat Archid.vbi ſupra, & eſt locus religioſus.c.2.de conſtit.retuli ſupra.

Vnde eſt concludendum, quod clauſtrum eſt locus clauſus priuans,habitantes in eo ne paſsim vagari liceat.

*Concluſio.*

3 An gaudeat † immunitate,qua gaudet eccleſia? dicendum eſt,quod ſic. Nam clauſtrum & ſeptum, idem ſunt. Nam ſeptum,eſt locus ſacer clauſus dixi ſupra in verb. ſeptum.& ſeptum eccleſiæ gaudet immunitate, vt ibi dixi. Ergo idem de clauſtro.Ioan.Bichis in dict.tractatu de immunita. num.13. fol.72. col. 3. in fine dicit, quod ſeptum eccleſiæ,idem eſt,quod clauſtrum, ſeu clauſura: eſt tamẽ differentia,inter clauſtrum & ſeptum.Nam clauſtrum,eſt religioſorum locus,ſeptum poteſt eſſe religioſorum & ſecularium eccleſiarum,& quod clauſtrum gaudeat immunit.Ludo.Roma.conſi.227.loquitur de clauſtro, ex ſupradictis conſtat,quod habemus cimiterium, dormitorium, paſſus, porticum, atrium, ſeptum, clauſtrum. De quibus ſupra.

*Clauſtrum gaudet immunitate.*

4 An † differant dicta verba,dixi ſupra eſt tamen aduertendum quod cimiterium differt à paſſu, quia cimiterium poſſet eſſe à longè,extra eccleſiam, vt dixi ſupra in verbo cimiterium,& propè. Et quando propè, computantur ibi dicti paſſus.

*Differentia cimiterij à paſſu.*

Et ſi cimiterium contineret,pluſquam 40.paſſus gauderet immunitate, quod ſecus eſſet, ſi non eſſet cimiterium, ſed eſſent paſſus,ſine cimiterio.

5 Differunt etiam cimiterium, † & paſſus à ſepto, & clauſtro. Nam cimiterium poteſt eſſe clauſum, & non clauſum. Idem de paſſu,prout eſt communiter. Nam non eſt clauſura communiter in cimiterio, & paſsibus, prout eſt in ſepto, & clauſtro: & ſeptum ſeu clauſtrum, non habet

*Alia differentia.*

F paſſus

paſſus determinatos. Nam totum, quod eſt intra ſeptum ſeu clauſtrum, licet vltra 40. paſſus, gaudet immunitate: & idem crederem de cimiterio. Nam ſi cimiterium excedit dictos 40. paſſus, gaudet totum cimiterium immunitate, per ſupradicta in dictis verbis.

Clauſtra vulgaria quæ ſint.

Sunt alia clauſtra vulgariter ſic nominata, vt ſunt iſta clauſtra, quæ ſunt annexa ipſis eccleſijs, vulgariter vocantur clauſtra, & in aliquibus, ſunt ſepulturæ aliquæ, ad ſepeliendum, & ſunt iſta clauſtra clauſa, & cooperta de ſuper, & coniuncta parieti eccleſiæ. In quo pariete eſt vna porta ſeu ianua, ad intrandum eccleſiam: & dicta clauſtra communiter habent aliam portam, extra eccleſiam: & iſta clauſtra gaudent immunitate, maximè ſi ſunt ibi ſepulturæ, ratione cimiterij. Nam cimiterium eſt, poſtquam ſunt ſepulturæ. ſupra in verbo, cimiterio: & ſi non ſunt ſepulturæ, ſiue ſit ſeptum, vel clauſtrum, ratione paſſuum gaudet immunitate per ſupradicta.

# Ambitus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ambitus quot modis accipitur.*
2 *Ambitus Eccleſiæ quando gaudeat immunitate.*

Ampliatio decimatertia. Ambitus quot modis ſumat.

TEXT. † in l. vtimur. de ſepul. viola. ff. in fin. dicit, vt ad ſepulchra, quæ in fundis ſunt, iter eis, aditus, ambitus funeris faciendi cauſa ſit. Exponit gloſſ. in ver. ambitus, ideſt, circuitus vel ambitus ad redeundum: & aditus ad veniendum: aliter ſumitur, etiam ambitus, vt in rubri. ad l. Iuliam. de ambitu. ff. Breuiloquus in ver. ambitus. dicit, quod quando eſt participium, idem eſt, quod circundatus: quando eſt nomen, 1





men, idem eſt, quod circuitus, vel dicitur tranſſumptiuè affectus hominis, ſcilicet, cupiditas, ab ambio, is. Quia qui vult honores, ambit, & circuit magnates, ſicut muri, ciuitatem, orando, tam per ſe, quam per amicos vt valeat honores obtinere. Breuiloquus, vbi ſupra. Ambitus, idem eſt, quod circuitus. l. vnica. ſi quacunque prædictus poteſtate. C. fol. 265. col. 1. in paruo volum. l. per prouinciam. ibi ambitu murali de ædi. priuat. C. c. ſi. de electio. lib. 6.

Ambitus quãdo gaudeat immunitate.

2 Si accipimus † ambitum pro muro, ſeu circuitu eccleſiæ. Si eſt infra 40. paſſus, nemini dubium, quin gaudeat. Si vero murus, ſeu circuitus diſtat ab eccleſia, pluſquam 40. paſſus, non gauderet. Si vero eſt circuitus cimiterij, etiam gauderet, ſicut porta cimiter. Dixi ſupra in octaua & nona ampliatione.

# Eccleſia interdicta.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confugiens ad Eccleſiam interdictam an gaudeat immunitate?*
2 *Inijciens manus violẽtas in clericum depoſitum, eſt excõmunicatus.*

Ampliatio 14. Eccleſia etiã interdicta gaudet immunitate.

1 AN confugiens † ad eccleſiam interdictam gaudeat immunitate? Hoſtien. in ſumm. iſto tit. §. inquantum. ver. ſed nunquid. hoc priuilegium. arg. pro, & contra, & concludit, quod gaudet. vt latius per eum. Idem tenet Hoſtienſis in ſumma eod. titul. lib. 6. titul. 30. fol. 85. cum ſequen. Idem tenet Henricus Bohic. Anton. Cardin. Panormit. in dicto cap. penult. eodem titulo. Henricus Bohic. columna. 4. verſic. item nota. Cardin. quæſt. 3. & Archid. in cap. vxor. & in ca. frater. 17. quæſtione. 4. & Ioann. de Turrecrem. in cap. ſi quis in atrio. 17. quæſt. 4. Cardin. Anchar. Imol. in Clem. 1. de pœnit. & remiſs. & ibi Boniſa. de Vita. numero. 78.

Archidia.in ca.frater.17.quæſt.4.& in additio.ad Panor.
in.d.c.pen.eod.tit.Ioan.Faber in.l.1. de his, qui ad eccle-
ſias confug.Hippolytus de Marſil.in repet.l.vni.folio. 15.
col.4.ver.ſed in hac materia.

Ioan.Bichis in.d.tract.de immu.eccl.nu.42.fol.75.col.
4.in paruo volum.quærit an eccleſia interdicta gaudeat
hoc priuilegio.Refert Card.& Panor.& alios,& conclu-
dit,quod ſic.Idem tenet Guilliel.de Mont.Laud.in Clem.
1.de pœnit.& remiſs.& Hippoly.vbi ſupra arguit,pro,&
contra.folio.16.col.1.Refert Hoſtien. tenere quod gaudet
hac ratione,quia depoſitus caracterem retinet,& qui in ip-
ſum manus † violentas iniecerit,eſt excommunicatus.c.di

Percutiens clericũ eſſet depoſitum excõmunicatur

ctum.81.diſt.Sed tu dicas, quod contrarium dicit, ibi glo. 2
& glo.in.c.accedens. 50. diſt. allegat poſtea ipſe Hoſtien.
meliorem rationem,quod reuerentia quæ debetur eccle-
ſiæ,debetur Deo,& non eccleſiæ. Qui Deus non delin-
quit ipſe,nec eccleſia ſua.Ideo cum ſine culpa ſua interdi-
catur,eccleſia non eſt propter hoc violata,nec debet ei fie
ri duplex iniuria.Sufficit enim iniuria,quam de interdicto
ſuſtinet,vt plenius per Hippolytum,vbi ſupra,& Ioan.de
Bichis.& alios vbi ſupra,& Cardin.in Clem.1.q.1. de pœ-
nit.& remiſs.& ibi Anchar.& Imol.Guilliel.Mayne.in.l.
nemo de domo.de regu.iur.ff.fol.250.num.22.quærit de
iſta quæſtione,& refert Goffredum Vincen.& Guillielm.
de monte Laud.tenentes,quod ſic,quos ſequitur Ioan.Fa-
ber.in dict.l.1. de his,qui ad eccleſ.confug.C.& Anchar.
& Imol.in dict.Clement.1. de pœnit.& remiſs.quoniam
Deus,in cuius honorem fuit data immunitas, nõ deliquit.
Ideò propter delictum miniſtrorum non debet perdi tale
priuilegium.Panor.adducit ſimile in dict.cap.pen. de cle-
rico interdicto,ſuſpenſo,vel excommunicato, qui hoc nõ
obſtante,retinet priuilegium circa manuum iniectionem.
Mayne.vbi ſupra.

Palatium



# Palatiũ, ſeu domus Epiſcopi.

*SVMMARIVM.*

1 *An Palatium,ſeu domus Epiſcopi gaudeat immunitate.*
2 *Quod verum quando domus Epiſcopi diſtat ſolum ab Eccleſia. 40. paſſus deputatos Eccleſiæ ſuo circuitu.*
3 *Familia Epiſcopi num gaudeat immunitate?*

Ampliatio 15. De palatio Epiſcopi.

1 PALATIVM † ſeu domus Epiſcopi,an gau
deat immunitate? Innoc. Hoſtien.& Anton.
col.2.in princ.& Card.in.d.c.inter alia.Henri-
cus Bohic,& Panor.in.c.pen.eod.tit.in fin.in
4.quæſt.& Anch.in.c.fin.eod.tit.quærunt de iſta quæſtio
ne.& arguit,pro,& contra, maximè Panor. in dict. c.pen.
& concludunt,quod gaudet immunitate per text.in.c.id
conſtituimus.17.q.4.vbi tex.id conſtituimus,quod ab ec-
cleſia atrijs,vel domo Epiſcopi,omnino non liceat abſtra
here aliquem,& gloſſ.ibi in ver.vel domo. Quæ domus
erat infra.40.paſſus.Idem tamen priuilegium habet, ſi ci-
tra iſtos eſt paſſus.glo.ibi.& Card.in Clem.1.q.2.quærit
de iſta quæſtione.Et dicit,quod gaudet.& Imol.ibi.col.1.
in fine dicit,quod palatium Epiſcopi, etiam ſi ſit extra Se-
pta Eccleſiæ,gaudet immunitate.Ioan. Faber.in.l.1.C.de
his,qui ad eccleſiam confugiunt, dicit, quod domus epi-
ſcopalis gaudet immunitate,etiam vltra dictos paſſus. An
gelicus in ſumma,in ver.immunitas.ver.25.dicit,quod pa
latium Epiſcopi gaudet hac immunitate.

Sylueſter.

Sylueſtrina in ver.immunitas.3.ver.1.dicit, quod pala-
tium Epiſcopi, etiam ſi non erit coniunctum Eccleſiæ
gaudet.per dict.cap.id conſtituimus.Qui abſolntè loqui-
tur de domo Epiſcopi,etiam ſi ſit extra ſpatium priuilegia
tum.Allegat Panormitan.in dicto cap.penul.Barthol.So-

 zin.in

zin.in.l.plerique.ff.de in ius vocando.col.11. quæſt.21. dicit, quod domus Epiſcopi gaudet immunitate. Florenti. in.3.parte ſummæ, titul.12. cap.3. §. 1. dicit, quod confugiens ad palatium Epiſcopi, eodem modo debet eſſe tutus, etiam ſi palatium non ſit coniunctum eccleſiæ. d.cap. id conſtituimus.

Guilliel^s. Guilliel.de monte Laud. in Clemen. 1. de pœniten. & remiſs.col.1.dicit, quod ſecundum aliquos palatium Epiſcopi gaudet, dato, quod ſit extra Septa Eccleſiæ. dict.c.id conſtituimus. Dicit tamen, quod in hoc multum debet attendi conſuetudo, quæ tanquam fauorabilis debet extendi. Secundum Innoc.in d.c.inter alia, qui hoc dicit. Idem tenet Imol.in Clem.1.col.2.in prin.

Hoſtien. Hoſtienſis in ſumma eod.tit.in.6. lib.tit.30. fol.61.col. 3. quærit, quid de confugientibus ad palatium Epiſcopi. Nunquid defenduntur? dicit, quod ſic.per dict.cap.id conſtituimus.& hoc intelligunt, quidem ſimpliciter: alij quando palatium eſt iuxta Eccleſiam. Ioan.de Turrecre. in. d. c.id conſtituimus quærit, vtrùm hoc ſit verum, quod fugiens ad domum ſeu palatium Epiſcopi defendatur ſicut fugiens ad eccleſiam: & dicit quod ſic. per dict.c.id conſtituimus.quidam tamen intelligunt, quando palatium eſt contiguum eccleſiæ: tamen. d. c. id conſtituimus.non diſtinguit: ſed abſolutè loquitur.

Hugo. Hugo ponit duas quæſtiones. Prima eſt, quod ſi domus habet capellam vbiq; gaudet hoc priuilegio, etiam extra cimiterium. Et hoc priuilegium non intuitu domus epiſcopalis, ſed intuitu capellæ: cui tota domus epiſcopi prò cimiterio deputatur. Et ideo plus dicit, de domo epiſcopi, quam canonici, quia domus epiſcopi, ſemper ſolet habere capellam. ſecundùm Hugonem. Si vero contingat, quod capella non ſit in domo epiſcopi, & ipſa domus ſit extra cimiterium, non puto, quod gaudeat hoc priuile-



priuilegio. ſecundũ Hugo. Hæc Ioã. de Turrecre. vbi ſup.

Belluga. Petrus Belluga.in ſpeculo principis.fol.50. col. 1. quærit, nunquid confugiens ad domum epiſcopi, gaudeat immunitate? & videtur per.d.c.id conſtituimus. Oldra.conſil.55. videtur tenere quod tunc gaudet cum eſt infra paſſus immunitatis, vel ſecundũ Hugonem poteſt dici, quod tunc gaudet de iure cum eſt in domo epiſcopali, vel capella.facit cap.pen. eod.tit. vbi vero non eſt capella de ſe gaudens poteſt dici, quod ſi eſt infra limites, vel porticus eccleſiæ gaudet immunitate. c. ſi quis contumax. 17. q.4. Inno.& Anto.in.d.c.inter alia. hæc Petrus vbi ſupra.

Oldradus. Oldradus conſil. 55. in finalibus ver. dicit, quod palatium epiſcopi gaudet immunitate, ſcilicet, cum eſt intra dictos paſſus, licet in hoc aliqui contra Alberi. de Roſa. in d.l.2.C.de his, qui ad eccleſiam confugiunt, dicit, quod ſi palatium Epiſcopi eſt infra dictos paſſus gaudet immunitate. Ioan.Bichis, in.d.tract. de immun.eccl.ver.circa prædicta.fo.26.co.1.nu.51. Refert opiniones. Prima eſt, quod gaudet. Secunda eſt, quod tunc gaudet, quando eſt infra paſſus, qui deputantur ipſi eccleſiæ, pro ſuo atrio, & circuitu. Nã domus Epiſcopi, nõ debet diſtare ab eccleſia. c. ipſos.41.diſtin. Tertia opinio fuit Hugonis, quod tunc gaudeat, quando in domo Epiſcopi, eſt capella: & dicit, dictus Ioan.Bichis, vbi ſupra. quod prima opinio placet Panor. in.d.c.pen.eod.tit.cum tex. in.c.id conſtituimus. loquitur indiſtinctè. Marian.Sozin.in tract.de cita.art.7.q.5. fol.22. col.3.& fol.ſequen.col.1. dicit, quòd palatium Epiſcopi, ſecundùm aliquos, gaudet immunitate.c.poſtulaſti. de foro compet.col.6.fol.99.col.3.in fin. ver.& quæ dicta ſunt. nu.2.Bart.in.§.ſed neque.in authen.de manda.prin.colla. 3. quærit an fugiens domum Epiſcopi, habeat eandem immunitatem, quam habet fugiens ad eccleſiam? dicit, quod ſic.per glo.in dict.c.id conſtituimus.

 Guilliel.

Maynerius

Guilliel.Mayn.in.l.nemo.de regul.iur.ff.fol.25.col.1.
in fine.num.33.dicit,quod domus,ſeu palatium epiſcopa-
le,gaudet immunitate, ſecundùm Hoſtien.in dict.c.inter
alia.per ca.id cōſtituimus.17.quæſt.4. Illum tamen † tex. 2
quidem intellexerunt, quando domus epiſcopi diſtat ſo-
lum ab eccleſia.40.paſſus deputatos eccleſiæ, pro ſuo cir-
cuitu. De quibus in dict. c. ſicut antiquitus. domus enim
epiſcopi, non debet longè diſtare ab eccleſia. ca. epiſco-
pus.41.diſtin.& in hac opinione videtur reſidere Inno. in
dict.c.inter alia.quam ponit pro vltima.ſed glo. in. d. c.id
conſtituimus.Panor.Anchar.Imol.& alius,quos ſupra re-
tuli.tenent,cum dict.glo.Nam vt dicit,Panor.in dict.pen.
col.fin.Nam vides in ſimili, quod familia epiſcopi, quan-
uis ſit ſecularis,gaudet priuilegio Fori.cap.fin.cum ibi no
tatis. de offic. Archid. & cum materia iſta ſit fauorabilis,
non debet reſtringi illa lex.c.id conſtituimus.ſed amplia-
uit hæc Mayne.vbi ſupra. & de palatio epiſcopi, loquitur
text.in.c.qua fronte.de appella.

Concluſio eſt domum epi immunitate gaudere vbicūque ſit etiā ſi capellam nō habeat.

Ex ſupradictis conſtat communem opinionem eſſe,
quod palatium ſeu domus Epiſcopi gaudet immunitate
eccleſiæ.vbicunque dicta domus fuerit. Nam ſi dicta do-
mus eſt intra paſſus,nemini dubium quod gaudeat, ſi ex-
tra,ſi habet capellam etiam gaudet, & vult innuere Ioan.
de Turrecrem.vbi ſupra, quod ratione capellæ, tota do-
mus gaudebit: & ſi non habet capellam, communis opi-
nio eſt,quod etiam gaudeat.Et quid ſit palatium, vide in-
fra in ampliatione.25.

# Domus quæ ſunt Eccleſiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Domus Eccleſiæ num gaudeant immunitate?*
2 *Ratione capellæ quæ eſt in domo,tota domus gaudet immunitate.*

AN



Ampliatio 16.

1 AN dictæ † domus, quæ ſunt eccleſiæ gaudeant
immunitate? Hoſtien.in.d.c.inter alia.eod.tit.
in prin.dicit,quod domus, quæ ſunt infra fines
eccleſiæ deſignatas,vel prope,gaudent, hoc pri
uilegio indiſtinctè.per cano. quiſquis. 17. q. 4. vbi text.ſa-
crilegium committitur,ſi quis fregerit Eccleſiā:vel 30.eccle
ſiaſticos paſſus,qui in circuitu Eccleſiæ ſunt. vel domos,
quæ infra prædictos paſſus fuerint. & dicit gloſ.in verſi.do
mus,ſcilicet clericorum. Nam aliæ domus,non debent eſ-
ſe infra ambitum eccleſiæ.cano. nulla.12.q.1.ibi text. nulla
ædificia in atrio eccleſię ponantur:niſi tantum clericorum,
Oldra.conſi.55.dicit,quod nulla domus pręter clericorū
debet infra dictos paſſus ædificari. Idem tenet Petrus de
Belluga.quem retuli ſupra:in verſic.paſſus. in fine. intelli-
gitur, quod domus priuata ipſius clerici,non debet ædifi-
cari infra dictos paſſus: domus tamen Eccleſiæ, quæ eſt
pro ipſis canonicis,& clericis,poteſt ædificari: & de illa lo
quitur.can.nulla.12.q.1.Henricus Bohic.in d.c.penult.col.
fina.eod.titu.dicit,quod domus,quæ ſunt infra deſignatos
paſſus eccleſiæ, gaudent priuilegio immunitatis,per præ-
dictum ca.quiſquis.Arch.in d.c. id conſtituimus. quaſi in
fi.17.q.4. loquēdo de domo Epiſcopi,& de domo canoni
ci,dicit,quod domus canonici,ſi eſt extra eccleſiam, non
gaudet hoc priuilegio immunitatis, ſi nō habet capellam.
Domus tamen quæ eſt infra dictos paſſus,& fines,eo priui
legio gaudet indiſtinctè per d.c.quiſquis.Ioā.de Turrecre.
in d. c. id conſtituimus.dicit, quod ſi capella eſt in domo
canonici,gaudet,& ſi non eſt capella,& domus eſt extra di
ctos paſſus, non gaudet hoc priuilegio. Iacobus de Bello
Viſo in ſua practica,in titu. de fuga reorum.eod.tit.fol.48.
col.1.in fine quærit,nunquid homicida fugiens ad domū,
quæ eſt iuxta cimiterium, ſi ſit captus per ſecularem, &
epiſcopus petat eum ſit ei reddendus, videtur quod ſic,

F 5 quia

quia in loco religionis eſt captus. Contrarium eſt verum, quia in domo priuata eſt captus, quia talis locus, nõ eſt deſtinatus ſepulturæ. hæc Iacob. vbi ſupra.

Albericus.

Albericus in.l.2.de his, qui ad eccleſi. confugi. C. dicit, quod infra dictos paſſus, nulla domus, præter clericorum, debet ædificari. d. cano. nulla. 12. quæſt. 1. retuli ſupra. ille etiam gaudet immunitate, dicti cap. quiſquis.

Oldradus.

Oldra. & Petrus, quos retuli ſupra, dicunt, quod nulla domus etiam clericorum, debet infra dictos paſſus ædificari. per d.c. nullam. c. nulla aliter, dicit, retuli ſupra. Nam dicti doctores nolunt dicere etiã clericorũ, ſed præter clericorum cũ allegant. d.c. nulla. & ita refert Alberic. in.d.l.2. vt retuli. litera doctorũ. Oldra. & Petri eſt vitiata. Nam loco etiam debet eſſe: niſi prout in text. d.c. nulla. Ioan. Bichis in. d. tracta. eod. titul. fol. 76. col. 1. nu. 51. quærit de domo canonici, vel alterius eccleſiaſtici rectoris: dicit, quod gaudet, ſi habet capellam, vel ſi eſt intra paſſus.

Concluſio ſub diſtin. notanda.

Eſt concludendum, quod ſi talis domus eſt ipſius eccleſiæ, pro ſeruitio, ſeu habitatione ipſorum canonicorũ, vel clericorum. Si eſt infra fines eccleſię deſtinatos, eſt vel extra fines habet tamen capella, prout ſupra dixi in verſic. oratorium. tunc talis domus gaudebit immunitate: per ſupradicta, ſecus alias. Nam ſi canonicus, vel clericus, ſiue aliquis eccleſiaſticus, habeat domum propriam ipſis canonici, vel clerici infra dictos paſſus, non gauderet, vel ſi talis domus eſſet, ipſius eccleſiæ, extra tamen dictos paſſus, & ſine capella non gaudet.

Nota contra Ioannẽ de Turrecrema.

Et an ratione capellæ, quæ eſt in domo canonici tota domus gaudeat ſupra in ver. palatium epiſcopi in fine, retuli Ioan. de Turrecrem. qui vult innuere, quod ſic, quod ſecus crederem in capellis domorum priuatorum. Nam licet capella gaudeat immunitate domus extra capellam non gaudebit. Ratio differentiæ poſſet eſſe, quia domus epiſco-



Epiſcoporum, & Canonicorum, ſeu Clericorum, ſunt eccleſiæ.

# Hoſpitalia.

*SVMMARIVM.*

1 *Hoſpitalia an immunitate gaudeant.*
2 *Oratoria priuata quæ in domibus priuatorum ſiunt, non gaudent immunitate.*
3 *Epiſcopi quando ius viſitandi eccleſiam habet.*
4 *Signa cognoſcendi an hoſpitale ſit religioſum.*

Ampliatio 17. Ad hoſpitalia.

1 QVID de † hoſpitalibus, an gaudeant hac immunitate. Arch. in. c. diffiniuit. in prin. 17. q. 4. dicit, ſuper ver. de loco ſancto. Nec de hoſpitali, vel de aliqua domo religioſa debet quis extrahi. Allegat tex. in authen. de eccle. tit. in prin. & in. §. ad hoc. colla. 9. Bald. in. l. ſi quis ad declinandum. de epiſc. & cler. C. col. 3. 13. ver. ſed iuxta hoc quæro, dicit, quod hoſpitale conſtructum autoritate epiſcopi, ſanctum ſanctorum factum eſt Domino. Et tunc illud hoſpitale habet priuilegia, tanquam ſacra domus. Vnde aufugiens ad tale hoſpitale ita eſt tutus à iudice ſeculari, ſicut ſi aufugeret ad eccleſiam. Allegat Archid. in. d. c. diffiniuit. quod eſt menti tenendum, ſecundùm Bald. Ibi vult innuere Bald. quod ſi hoſpitale non eſt conſtructum autoritate ordinaria, non debet gaudere immunitate.

Panor. reſpõdet affirmatiuè.

Panor. in dict. c. pen. eod. tit. col. 2. ver. 2. quæro quid de hoſpitalibus an gaudeant hac immunitate, refert Goffre-
2 dum ibi dicentem, quod † priuata oratoria, quæ in domibus priuatorum ſunt, non habent hoc priuilegium: ſecus ſi oratorium ſit conſtructum autoritate epiſcopi. Vult Panorm. quod idem debet ſeruari in hoſpitalibus. Idem Panormit. in cap. 2. columna penul. de in integrum reſtitutio. & in capit. accidentibus. nota. 20. de priuilegijs.

quod

quod omnia priuilegia tributa eccleſijs, extenduntur ad hoſpitalia.

Panorm. in c.2. de conſuetudine. nota. 2. notat argu. ex illo tex. quod hoſpitalia, & ſimilia loca religioſa, gaudent priuilegio eccleſiarum. clarius probatur in l. omnia priuilegia. de epiſcop. & cleric. C. vbi tex. & Bart. hinc dicit. Ioan. And. in ca. 2. de in integ. reſtit. lib. 6. quod hoſpitalia, poſſunt petere reſtitutionem in integrum, ratione læſionis, ſicut eccleſia. Anch. in c. auditis de reſtit. in integr. in not. 11. dicit, quod hoſpitalia fundata autoritate Epiſcopi, habent beneficium reſtitutionis in integrum, ſicut eccleſia, & ibi quærit, quid de hoſpitalibus quę habent nobiles Senenſes, in quibus epiſcopi non habent inſtitutionē, vel deſtitutionem, dicit, quod talia hoſpitalia, non habēt pruilegia piæ domus: poſtquam non ſunt fundata autoritate epiſcopi, & præſidentes talib. hoſpitalibus non gaudent priuilegio clericorum. Specul. in tit. de ſtatu mona. ver. 36. & ſic talia hoſpitalia non habent beneficium reſtitutionis in integrum.

Quid de rebus fraternitatum? Nam licet fraternitates ſint licitæ, & capaces. can. ſi quis clericorum. 11. q. 1. & licet ſit pium collegium, non habet priuilegium. Bald. in auten. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccl. C. Ancha. vbi ſupra. Panor. in c. pen. col. 2. ver. 2. quęritur quid de hoſpitalibus, an gaudeāt hac immunitate. eo. ti. refert Goff. ibi dicētē ꝙ priuata oratoria quę in domibus priuatorū ſunt, non habent hoc priuilegiū: ſecus ſi oratorium ſit conſtructū autoritate epiſcopi. vult Pan. quod idē debet ſeruari in hoſpitalibus. Idem tenet Panor. in cap. 1. colum. penul. de reſtit. in integ. & in cap. accidentibus. no. 2. de priuil. ꝙ omnia priuilegia tributa eccleſijs extenduntur ad hoſpitalia. Syluest. in ver. immunitas. 1. col. 1. & 2. dicit, quod omnia priuilegia, conceſſa eccleſijs, exteduntur ad hoſpitalia, autoritate epiſcopi fundata. l. omnia priuilegia. de epiſc. & cler. C. & col. 2. dicit, quod hoſpitale, & priuata oratoria, gaudent immunitate ſi ſunt fundata autoritate Epiſcopi, alias non, idem dicit in verbo immunitas. 3. in. 1. quæſt.



Paul. de Caſtro conſil. 350. in antiquis, dicit, quod hoſpitalia conſtituta, autoritate diœceſani, dicuntur religioſæ domus: ſecus ſi non ſunt fundata cum autoritate epiſcopi, vbi latius per eum. & idem Paulus conſil. 4. in nouis. *Paul. de Caſtro affirmat ſub diſtinctione.*

Bartholo. Sozin. in l. plerique. de in ius vocan. ff. col. 11. quæſt. 19. dicit conclude, quod ſicut in eccleſia, quis capi non poteſt, ita nec in hoſpitale, hoc voluit ſentire Archid. in dict. c. diffiniuit. Quod dictum refert, & ſequitur Bald. in. d. l. ſi quis ad declinandum. dicens eſſe notabile, & eſt menti tenendum. Sozi. ibi ſupradicta. *Bart. Sozi. affirmat.*

Felinus in. c. de quarta. col. 3. ver. 8. fugiens ad hoſpitale eſt tutus. allegat Archid. & Bal. vbi ſupra. Card. in. d. Clemen. quia contingit de relig. domi. oppo. 4. & quæſt. 14. dicit, loquendo de hoſpitalibus, quod cum non ſit verè religioſus locus, non gaudet immunitate eccleſiaſtica. *Felinus negat.*

Ioan. Bichis in tract. de immun. eccle. fol. 75. col. 4. dicit, quod hoſpitale etiam gaudet priuilegio immunitatis. allegat Archid. vbi ſupra. *Bichis affirmat.*

Barba. in. c. 1. de proba. col. 23. in prin. allegat dictum Archid. in dict. c. diffiniuit. 17. q. 4. quod ſicut eccleſiæ gaudent immunitate vt adeuntes ad ipſas eccleſias, inde non poſſint extrahi: eodem modo, & hoſpitalia gaudent eodē priuilegio, quod eſt ſingulariter notandum, ad ampliationem tit. de his, qui ad eccleſias confugiunt. C. allegat Bal. in dict. l. ſi quis. & allegat multa, in quibus æquiparatur hoſpitale cum eccleſia: & dicit, quod prædicta procedunt quando hoſpitale eſt publicum, & fundatum autoritate epiſcopi: & principaliter celebrantur ibi diuina officia: ſecus ſi eſſet hoſpitale priuatum, ſicut faciunt nobiles in domibus *Barbatius.*

mibus ſuis, quia talia hoſpitalia non ſunt publica, nec gaudent priuilegio eccleſiarum. de quo per glo. & Archid. in in.c.quidam.13.q.2.Barba.vbi ſupra.

Iaſo.in.d.l.plerique.de in ius vocan.ff.col.3.dicit, quod dictum eſt in Eccleſia, quem capi non poſſe, procedit etiã in hoſpitali.allegat Bald.in.d.l.ſi quis ad declinandum. de Epiſcopis, & clericis.C.& Archid.in c.diffiniuit.17.q.4. Iaſo.col.3.vbi ſupra.

Iacob.de S. Georgio.

Iacob. de Sanct. Georgio in.l.plerique. quærit, an quis poſsit inuitus extrahi ab hoſpitali. Refert Bald. ſi quis ad declinandum, idem quod in eccleſia, vt non poſsit inde inuitus extrahi, dummodo ſit fundatũ autoritate epiſcopi.

Angelus.

Angel.de maleſi.in ver.quod fama publica.q.4.fol.73. col.1.quod idem, quod dicitur de eccleſia, eſt dicendum de hoſpitali conſtituto, autoritate Epiſcopi.allegat Archidiac.in.d.c.diffiniuit.& Bald. in.d.l.ſi quis. retuli ſupra. & in addit.ad Angel. de maleſic. in ver. quod fama publica. quæſt.4.fol.72.col.3.in litera a.

Philip.Cor raſ.

Philipp.Corr.conſ.216.in.1.volum.dicit, quod hoſpitalia, quandoque conſtruuntur autoritate Epiſcopi, & tũc cenſentur loca religioſa. per.c.adhæc. de relig.domi.& gaudent priuilegijs Eccleſiarum, quandoque conſtruuntur ſine autoritate Epiſcopi, prout conſtrui poſſunt, per quemlibet.c.inter dilectos.de donat.glo.in Clemen.quia contingit.de relig. domi. talia hoſpitalia non ſunt religioſa, nec comparantur eccleſijs, nec habent priuilegia eccleſiarum.per dict.c.adhæc, à contrario ſenſu.& ibi Panorm. allegat Bald.conſi.655.incipiens, viſo inſtrumento. & Angel.conſil.117.incipiens, in canonica portione. Et Bald.in Authen.quas actiones, & authen.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccle.& Philipp. Cor. refert, & ſequitur Hierony. Gratus in reſponſorijs.lib.2.reſpon.142.num.10. cum ſequen.fol.150.col.2.

Barba-



Barbatius.

Barbatius in cap.fina.de teſta.col.5.& 6.loquitur multa de hoſpitali.ſ.an appellatione Eccleſiarum, veniat hoſpitale.& col.5.in princip.refert Doctores, & aliqua iura, quod appellatione Eccleſiarum, veniat hoſpitale.& refert alios, tenentes, quod non veniat, vt plene per ipſum, ibi. Sed quoad caſum noſtrum, ſcilicet, an fugiens ad hoſpitale, ſit tutus, ſicut ſi fugeret ad Eccleſiam, refert Baldus, & Archidiacon. vbi ſupra. & columna.6.diſtinguit, referendo Guillielm. de Monte Laud. in Clement. quia contingit. de religioſ. domi. in ver. non omittunt. quod aut hoſpitale principaliter, non eſt ædificatum ad miſſam celebrandam, ſed ad alia ſacramenta celebranda, ſeu adminiſtranda, nec eſt ibi conſtitutus Vicarius perpetuus, ſeu dos, pro eo aſsignata, licet ſit ibi altare, & celebretur de licentia Epiſcopi pauperibus, & alijs ibi exiſtentibus. Iſto tamen caſu non celebrabitur in tali altari, in magnis feſtiuitatibus. cano. ſi quis extra parrochias. de conſecrat. diſtinctione. 1. ſecundùm Guillielm. vbi ſupra, qui ſubdit, quod cum talis locus non ſit verè religioſus, non gaudebit immunitate eccleſiaſtica. allegat Hoſtienſem in cap. fina. de cenſib. dicit etiam Guil-
3 lielm. ibi, quod iſto † caſu Epiſcopus non habet ius viſitandi tale hoſpitale, nec in eo exercebit alia iura Epiſcopalia, & iſto caſu non eſt bene locutus Bald. ſecundum Barbat. vbi ſupra, aut hoſpitale principaliter eſt ædificatum ad miſſas celebrandas, & tunc gaudebit immunitate eccleſiaſtica: & poterit celebrare in magnis feſtiuitatibus, & Epiſcopus viſitabit tale hoſpitale, & exercebit omnia alia iura Epiſcopalia. Ita procedit dictum Bald. & ſequitur Cardin. in dicto cap. fin. de cenſib. ibi in.4. quæſt. in fine dicit, quod ſi eſt locus eccleſiaſticus, vt quia interſit autoritas Epiſcopi, & fuit inſtitutus ad celebrandum, gaudebit immunitate: alias ſecus refert eum Barba.

vbi

vbi ſupra; & Cardin. in d. Clem. quia contingit quæſtio. 12. & melius quæſtio. 14. vbi dicit, quod ſi hoſpitale non eſt principaliter ædificatum ad miſſam celebrandam, ſed ad alia ſacramenta adminiſtranda, nec eſt ibi conſtitutus Vicarius perpetuus, ſeu dos, pro eo aſsignata, licet ſit ibi altare, & celebretur de licentia Epiſcopi, pauperibus & alijs: non tamen in magnis feſtiuitatibus, quod vltimum nota. Et ex hoc habes, quod etiam ſi autoritate Epiſcopi, ſit inſtitutum altare in hoſpitali, non tamen ibi celebrabitur in magnis feſtiuitatibus, & Epiſcopus nihil ſibi poteſt vendicare: & cum talis locus non ſit verè religioſus, non gaudebit immunitate Eccleſiaſtica. ſecundùm Hoſtien. in dict. cap. fin. & degentes ibi recipiant ſacramenta, ab his in quorum parrochijs ſunt loca. ſecundùm Cardin. ibi. Idem Guillel. de monte Laud. ibi, & eum refert Cardin. & Bonifac. de Vital. ibi nota. 31. col. 6.

Bonifacius de Vita in dict. Clemen. quia contingit, nota. 30. num. 81. cum ſequen. dicit, quod quando hoſpitale eſt fundatum autoritate epiſcopi, tunc eſt locus religioſus. Si vero non ſit fundatum autoritate epiſcopi, non eſt locus religioſus: poteſt tamen habere oratorium, & altare, vbi celebrentur diuina officia autoritate epiſcopi.

De hoſpitalitate, & de hoſpitalibus, vide ſcribentes vbi ſupra maximè in Clement. quia contingit, & per Lupum Abbatem in tract. de hoſpitali. in 4. volum. fol. 126. & per ſcribentes ſuperius allegatos.

Imol. in dict. Clemen. quia contingit. col. penul. in fine. & col. fin. in princ. dicit, poſt gloſſ. in ver. altare. an hoſpitalia poſsint erigi, ſeu fieri, ſine autoritate epiſcopi, dicit gloſ. quod non: ſi fiant, cum eccleſia, cimiterio, altari, vel alio iure parrochiali: ſecus ſi non fieret cum tali iure, & tunc epiſcopus, nullam habet iuriſdictionem: etiam ſi ſit ibi altare, in quo miſſa celebratur de licentia epiſcopi: & talis locus,

non



non gaudet immunitate eccleſiaſtica cum non ſit verè religioſus, vt latius per Imol. vbi ſupradicta.

4 Et ſigna, † ad cognoſcendum an hoſpitale ſit religioſum, ſiue ſpiritualizatum ſunt, primo, quando ibi eſt campanilla, cum campana, quæ pulſatur publicæ ad homines congregandos, pro diuino officio. vt notat Panorm. in. c. patentibus. per illum text. de priuil. vel etiam ſi ibi celebrentur miſſæ, tum dicitur religioſum. facit cap. vnicuiq;. de conſec. diſt. 1. vel ſi ibi eſt altare fixum, & conſecratũ, vt notat Feli. in c. de quarta. col. 4. de præſcript. & tunc hoſpitale erit beneficium ſpirituale. ſecundùm Felin. in dict. cap. de quarta. Et vide omnia per Ioannem de Selua in tractat. de benefi. in 1. par. q. 7. col. 3. fol. 60. col. 4.

Quomodo deprehendatur hoſpitale eſſe religioſum.

Nam licet omnia priuilegia, conceſſa eccleſijs trahantur ad hoſpitalia, per text. in l. omnia. C. de epiſc. & cleric. in authen. de eccleſi. tit. §. fin. collat. 9. Spec. in tit. de ſtatu mona. ver. 37. hoc debet intelligi, vt procedat in hoſpitali publico fundato autoritate epiſcopi, vel alterius. Secus autem in hoſpitali priuato, conſtructo autoritate priuati. Alexan. conſi. 9. in prin. in 2. volumine. & licet hoſpitale priuatum, poſſet dici locus pius: non tamen dicitur, locus ſacer, vel religioſus, vt per Anto. Imol. in c. inter dilectos. de donat. & tale hoſpitale fundatum ſine autoritate Epiſcopi, non habet priuilegia piæ domus, ſecundùm Bald. in auth. hoc ius porrectum. in 2. col. C. de ſacroſan. eccl. Et an præſumatur autoritas Epiſcopi. Sic ſi per ſpatium tanti temporis fuit appellatum hoſpitale, vt vult Bal. in l. ſi quis ad declinan. in 2. q. C. de epiſc. & cler. vide plenius omnia iſta, per Franciſ. Curtium, in conſi. 20. & dico ſupra in ſecunda ampliatione. Et Bar. de Ben. in tract. de charitatiuo ſubſidio. q. 38. fol. 27. nu. 16. ibi quærit, an hoſpitale teneatur præſtare charitatiuum ſubſidium Epiſcopo & alia iura Epiſcopalia. arg. pro & contra, retuli in ſumma, in tract. Mar.

de charita.ſubſidio.q.12.Item hoſpitale non dicitur locus
pius,niſi ſtante autoritate Epiſcopi. Franc.Curt. in conſil.
120.nu.14.allegat Paul.de Caſtro, conſil. Barba. conſil.1.
num.11.in.4.volumine.

**Concluſio tenenda.**

Eſt igitur concluſio ſecundùm ſupradictos, quod ſi ho
ſpitale,eſt fundatum autoritate Epiſcopi,gaudebit immu-
nitate:alias ſecus.

# De fugiẽte ad corpus Chriſti.

*SVMMARIVM.*

1 *Damnatus ad mortem ſi recipiat corpus Chriſti non gaudeat im-
munitate.*
2 *Item quid de fugien.ad ſacerdotum.*
3 *Quid de eo qui fugit ad euchariſtiam.*

**Ampliatio 18.**

PANOR. poſt omnes alios in.c.ſanè. de cele-
bra.miſſa.glo.pragm. ſanctio.in tit. de inter.in
diffe.non ponen.fol.186.& in tit.quomodo di
ui. offic.ſunt celebranda. fol.161. & plenius in
conſuet. Burgun. fol.57.col.3.ver.19.& Bartho. Socin.in
l.pleriſque.de in ius vocan.col.21.q.22. Iacob. de Belloui-
ſo,in ſua pract.in titu.de fuga reorum,& iuri.eccle.fol. 48.
& Hoſtien.in ſumma,in.6.lib.tit.30.fol.86.omnes iſti con

**Damnatus ad mortem recipiens corp⁹ Chriſti non gaudet immunitate.**

cludunt,quod ſi damnatus † ad mortem , recipiat corpus 1
Chriſti non gaudet,eſſe glo.in.ca.quæſitum.12.q.vltima.
Si vero presbytero deferenti corpus Chriſti,obuiet,delin-
quens & adhæreat,gaudet immunitate. Idem tenet Ioan.
Faber in.d.l.1.de his qui ad eccle.confug.C.& Hoſtien.in
ſumma iſto tit.§.inquantum.in fin. Idem etiã tenet Ioan.
Bichis in.d.ſuo tract.fol.75.col.4. in fin. num. 50.licet ſe-
cus ſit in incarcerato,qui recipit corpus Chriſti.c. fina.13.
quæſt.fin.& ibi glo.refert Hoſtien.in.d.c.ſanè.

**Fugiens ad presbyterũ ferẽtẽ Chr̃i corpus gaudet immun.**





Ioan.Igneus in.l.1.in prin.ff.ad Syllan.col.3.dicit,quod
Hoſtien.& Ioan.And.in.d.c.ſanè.faciunt differentiam in-
ter eum qui fugit ad ſacerdotem tenentem corpus Chri-
2 ſti, & eum,qui captiuus recipit corpus Ghriſti.Nam† qui
fugit ad ſacerdotem, liber fugit: qui vero detentus recipit,
iam liber non eſt:primus gaudet,ſecundus non gaudet.

**Notãda differentia.**

Maria.Socin.in tract.de cita.arg.17.col.penul.& fol.23.
col.1.ver.ſed extra prædicta, quæro quid de fugiente ad
Euchariſtiam vtrum poſsit realiter citari? & ad hoc quæ-
3 ſtio procedat, † quando euchariſtia portaretur in via, vel
eſſet in loco non priuilegiato.& Maria. ibi refert duas opi
niones.Prima,quod talis poteſt realiter citari, nec ratione
euchariſtiæ defendi debet,ſecundùm Hugo. Laud.Vinc.
Goffre.in.d.c.ſanè moti.quia Euchariſtia eſt cibus animę
in.c.non iſte panis.de conſec.diſt.1.ideo animam tantum
liberat: eccleſia vero tendit ad res corporales defenden-
das.cano.ſi quis obijcerit.1.q.3.Et ideo non mirum ſi libe-
rat etiam corpus,& ad ſe fugientes defendat.l.præſenti.cũ
alijs in prin.allegatis,ideo priuilegium eccleſiæ non exten
ditur ad euchariſtiam.arg.c.ſanè.de priuil.

**An citari poſsit confugiens ad euchariſtiã**

**Prima opinio affirmat.**

Secunda opinio eſt,quod fugiens ad euchariſtiam gau
det immunitate,& eſt defendendus,& vt quidam dicunt,
vſque ad ſanguinem etiam per eccleſiam defendendus:&
iſta opinio,quod eſt defendendus,eſt magis æqua catholi
ca & laudanda,ſecundùm Marianum, vbi ſupra, quia ni-
hil eſt in eccleſia hoc ſacramento maius. Clem.1.de reli.
& vener.ſanctor.cano.nihil.de conſecrat. diſtinct. 2. & ex
quo propter honorem Dei defertur Eccleſiæ,multo for-
tius eſt, deferendum Deo.per authen.multo magis.de ſa-
croſan.eccle.C.& ibi propter quod vnumquodq; tale eſt,
& illud magis. Item ſi ſtatua principis & præfecti, ſaluant
hominem ad eam fugientem. §.hoc tempore. de his, qui
ſunt ſui inſtitu.dixi ſupra in prin.in verſ.ſtatua.multa ergo

**Secũda opinio negat citari poſſe ſed immunitate gaudere prædictũ, & hæc eſt ſentẽtia autoris.**

fortius corpus Chriſti: & iſtam opinionem tenent Doctores in prin. allegati. Vnde dicit Henric. Bohic. in. d. c. ſanè. quod ſi quicunque magiſtri contrarium dixerunt, non vult ſtare eorum interpretationi. & iſta opinio placet Mariano, vbi ſupra. Nec eſt tolerandum quod lictores & nuntij admittantur ad capiendum fugientem ad Euchariſtiã, ne forte contingat, quod ex tumultuatione, aut rixa Euchariſtia frangatur, aut cadat, & forte in lutum, vel alio loco vituperetur.

Reſpondet obiectioni.

Non obſtat, quod eſt cibus animæ, quia nihilominus eſt corpus Chriſti, & in ſaluatione corporum corporali eccleſiæ eſt præferenda. c. Iul. 11. q. 3. nec obſtat, quod priuilegium non debet extendi. Secus eſt in terminis noſtris, cum priuilegium dicatur eccleſia in honorem Dei, & potius debetur honos creatori quam creaturæ.

Limitatio 2. opinionis.

Prædicta tamen non procedunt in citatione verbali, quia illa, in vtroque caſu fieri poſſunt, ſecundùm Sozi. vbi ſup. Bar. Bald. & alij in dict. l. pleriſque. de in ius vocando. hæc Maria. Sozin. vbi ſupra.

In additionibus ad Panor. in. d. c. ſanè. dicit, quod fugiẽs ad corpus Chriſti, gaudet immunitate. allegat Archid. in cano. quæſitum. 13. q. 2. Archid. ibi dicit, quod fugiens ad corpus Chriſti liberatur, licet non recipiens, per glo. ibi & dicit, tu defendas, quod talis, etiam per eccleſiam defendendus, quia corpori Chriſti, aliqua res non debet anteponi, & hanc ſententiam dicit Hoſtien. eſſe defendendam, vſque ad ſanguinis effuſionem, in. d. c. ſanè. & Archid. in dict. c. ad eius. col. 1. in fine dicit, quod fugiens ad corpus Chriſti liberatur, licet alij contra, & ſe refert ad dicta in. c. quæſitum. 13. q. 2. Hoſtien. in. d. c. ſanè. col. 1. in fine, quærit an homicida, vel alius flagitioſus, qui mortem meruit, cõfugiat ad ſacrificium, dum portatur in via: nunquid talem defendat eccleſia, vel ſaluabit, videtur quod ſic, quia nihil eſt

Homicida etiã eſt defendendus confugiens ad Euchariſtiam.



eſt maius hoc ſacrificio: Magiſtri tamen communiter voluerunt contrarium, quia hoc priuilegium collatum, eſt tantum eccleſiæ, vt honor ipſius conſeruetur: & ideo ei tantum attribuitur. Ratio diuerſitatis eſt, quia corpus Chriſti, eſt cibus animæ. Ideo animam tantum liberat, eccleſia vero eſt res corporalis, vnde & corpus liberat, & cum ſit ſpirituale priuilegium, non eſt excedendum, ſecundùm Hugo. & omnes modernos, concludit Hoſtien. tu defendas, vſque ad ſanguinem, quod talis eſt per eccleſiam defendendus nullum enim habent priuilegium eccleſiæ, niſi ob honorem Dei, & dicit idem, quod Socin. ſupra refert, & latè loquitur Hoſtien. in dict. c. ſanè.

Affirmat Baldus & alij.

Bald. & alij in. l. addictos. C. de appellationibus. Martinus Lau. in tract. de Cardi. q. 6. Cœpola in cautela. 2. Iaſo. in. l. 1. in fi. C. ne liceat poten. Felin. in. c. quærenti. de offic. delega. col. pen. Iaſo. in. §. pœnalis. inſtit. de actio. & Caſtaldus in tract. de Imperatore. q. 97. fol. 166. nu. 3. refert prædictos remiſsiuè. Bonif. de Vital. in Clem. 1. de pœniten. & remiſſ. col. 4. num. 33. quærit, de iſta quæſtione, & dicit, quod putat verum, quod talis confugiens ad corpus, vt dictum eſt, gaudet immunitate.

Affirmat Mõtaluus.

Montaluus in ſua glo. l. 4. tit. 11. in prima part. & in. l. 7. in glo. 1. tit. 5. in. 1. lib. fori, & glo. in. l. 15. in glo. 1. in princ. lib. 3. fori, quod fugientes ad corpus Domini, quod ſacerdos defert, ad infirmum, gaudent immunitate. Marcus de Mantua conſil. 211. in fin. dicit, quod fugiens ad ſacerdotẽ, corpus Chriſti deferentem, tutus eſt, allegat Hoſtien. & glo. in. d. can. quæſitum. 13. q. 2. retuli ſupra.

Mantua.

# Si obuiauit Cardinali.

*SVMMARIVM.*

1 *Ductus ad patibulum ſi obuiet Cardinali an morte liberetur.*

Ampliatio 19.

ILLE,† qui ducitur ad mortem, ſi obuiat Cardinali in curia Romana, liberatur à morte, de conſue. ſecundùm Bald. in d. l. addictos. C. de appell. & idem tenet Paul. & Salic. ibi dicit. Bal. in d. l. addictos, & nota quod contra hanc legē faciunt Cardinales ex quodam priuilegio, nam ſi obuiant ei, qui ducitur ad mortem habent ex conſuetudine hoc priuilegium, quia poſſunt eum à morte liberare. Paul. de Caſtro, ibi refert Bald. quod Cardinales habent hanc prærogatiuam ex conſuetudine, quod ſi obuiant alicui, qui ducatur ad iuſtitiam, poſſunt eum eximere de manu familiæ, ponendo capellum ſuper caput eius, & ita de facto ſeruatur. Salic. in d. l. addictos. in fin. dicit, quod Cardinales non ſeruant hanc legem, habentes ex conſuetudine priuilegium, vt ſi obuient, ei qui ducatur ad ſuppliciũ poſſint mittendo ſuum pileum illum liberare à morte. Iaſo. in. §. pœnales. col. 24. in prin. ver. 3. & vltimo de actionibus, inſtit. refert Bal. & Salic. Mart. Laud. in tract. de Cardin. q. 6. refert Bal. & dicit quod eſt ſingulare dictum Cœpol. in cautel. caut. 2. in prin. dicit, quod quando aliquis ducitur ad iuſtitiam, vel patibulum, procuret, vt ducatur per viam, vnde tranſitum faciat aliquis Cardinalis. Nã ſi obuiam faciat aliquis Cardinalis, dicto ducto ad mortem, ipſe reus condemnatus liberabitur, habent Cardinales de conſuetudine, vel priuilegio, vt poſſint ad mortem condemnatos, eis obuiando liberare. allegat Bal. & Paul. in d. l. addictos. & hoc ponendo capellum ſuum ſuper caput eius, qui ducitur ad mortem: & ita de facto ſeruatur, eſt cautela ad liberandum, quem à morte procurare, vt aliquis Cardinalis ſibi obuiat faciat, vt ponat capellum ſuper caput eius. Ideo debet eſſe cautus dominus iuſtitiæ, ne duci faciat condemnatum per loca, in quibus obuiari poſſit aliquis Cardinalis. Idem tenet Felin. in cap. quærenti. de offic. deleg. in fine, & Ioan. de

An cardinales liberēt obuiantes qui ducuntur ad ſupplicium.

1



de Neuizan. in Sylua nuptiali. folio. 19. col. 3. in principio.

Barto. de Belenzinis, in addit. ad Panor. in. d. c. ſanè. dicit, quod ſi ille qui ducitur ad mortē obuiat Cardinali in curia Romana, liberatur à morte, de conſuetudine: ſecundum Bal. in. d. l. addictos. quē ſequitur Pau. de Caſt. ibi, qui dicit, quod iſtud fit ponendo capellum ſuum ſuper caput eius, qui ducitur ad mortem, & quod ita de facto ſeruatur, & allegat Cœpo. vbi ſup. & in conſuet. Burg. fol. 69. col. 3. refert Bald. in. d. l. addictos. & Iaſo. in. d. §. pœnales. fol. 56. col. 2. ver. & pro decimoquarto. refert Bal. in. d. l. addictos. & Paul. de Caſt. quos retuli ſupra, & dicit Caſſan. in. d. verſiculo non credo, quod apud nos iſtud obſeruetur.

Bartolus affirmat.

Barbatius, in tractatu de præſtantia Cardinalium. q. 9. primæ partis in. 6. volumine. fol. 57. loquitur latè, de iſta quæſtione, & concludit, quod ſi hoc habent ex priuilegio Papæ, ſeruabitur in terris ſuis, ſecus extra. Si habent, hoc ex conſuetudine, argũ. pro & contra, an talis conſuetudo valeat & poſito quod valeat, ponit fallentias, & in fine ver. dicit, quod ſi Papa in terris ſuis, vel Imperator in terris ſuis, ſciret illam conſuetudinem, & toleraret eam, valeret: vt plenius per Barba. vbi ſupra, qui latius, quam aliquis loquitur in iſta quæſtione.

Barbatius.

Diſtinctio.

Caſtaldus in tractatu de Imperatore. quæſt. 97. fol. 166. numero. 3. refert remiſsiuè, plures Doctores, loquentes de iſto caſu.

Caſtaldus.

Alberi. in tit. epiſco. vel Abba. in vſu feudo. in prin. col. 7. dicit, quod Cardinales habent ex ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine, vt liberēt damnatum ad mortem, ſi obuiat ei dum ducitur ad iuſtitiam. allegat Bald. in dict. l. addictos. Matth. de Afflict. in titul. de pace iura. fir. in princip. columna. 5. numero. 80. folio. 133. dicit Cardinalis ſedis Apoſtolicæ poteſt propria autoritate, auferre condemnatum à manibus Officialium, & hoc Cardinales habent ex priuile-

Albericus.

allegat Bald.in.d.l.addictos.Zazius in.l.acta. de re iudi. ff. dicit quod Cardinales vſurpant hoc priuilegiũ,ſed ne hoc iure relatum,ſed quadam propria conſuetudine vſurpant.

# Eccleſia deſtructa.

## SVMMARIVM.

1 *Eccleſia omnino deſtructa ſic quòd nulla ædificij veſtigia remaneant,num gaudeat immunitate?*

2 *Domus omnino deſtructa,non eſt eadem quæ antea erat.*

3 *In refectione Monaſterij,omnino demoliti noua Epiſcopi autoritas deſideratur,& ibi multa ſimilia.*

4 *Semel Deo dedicatum,non eſt ad prophanos vſus reuocandum.*

5 *Eccleſia perdit priuilegium quando deſtruitur autoritate ſuperioris, alias ſecus.*

Ampliatio 20. De eccleſia totaliter deſtructa.

SI. Eccleſia † fuerit totaliter deſtructa, ita 1
quod non remanent, aliqua ædificia; ſed ſolum duntaxat,conſtat,quod olim fuit eccleſia,confugiens ad dictum locum an gaudeat immunitate,non reperi iſtam quæſtionem tactam ab aliquo in iſtis terminis.

Prima opinio negãs.

Et quod talis locus non gaudeat immunitate faciunt ſequentia. Hoſtien. in ſumma de eccleſ. ædific. in fin. dicit, quod ſi domum,vel eccleſiam deſtruas, vſque ad fundamentum non eſt † eadem domus.Ideo ædificando eccle 2
ſiam dirutam,requiritur autoritas Epiſcopi. ca. ſi quis. 16. q.fin.ad idem gloſſ.in ca.de monachis. 17. q. 2. quæ dicit, quod † in refectione monaſterij totaliter deſtructi,requiritur autoritas epiſcopi: ſecus in monaſterio, non totaliter 3
deſtructo.allegat.c.Iudæi.de Iudæis,& Sarracenis, & glo. 1.in.c.3.de iure patro.quæ dicit, quod reficiens eccleſiam, omnino funditus deſtructam dicitur nouam facere,& efficitur



citur patronus: ſecus ſi non deſtructam funditus reficiat. Idem Innoc.in rub.de conſec.eccl.vel alta.vbi dicit,quod ſi eccleſia eſt funditus,diruta,& eſt reparata ex toto,de nouo conſecranda, & ibi ponit tres caſus, in quibus eccleſia de nouo conſecratur, & tertius eſt iſte.facit glo.in Clem. fin.de reſcriptis.vbi ſi beneficium fuit omnino diſtinctũ. Ita quod fuit titulus omnino extinctus, & poſt modum creetur dicitur nouum beneficium,& ibi omnes,& Felin. qui multa refert,in.c.cum acceſsiſſent,col.pen. poſt Barb. & alias, de conſtit. non refero quia poſſunt videri, & ibi Philip.Dec.in fin.& Per Panor.& plenius per Anan. in.c. conſuluit.de Iudæis,& Sarracenis,vbi dicit Panor. quod ſi Synagoga funditus corruit,non eſt licitum eam reficere, quia eſſet nouum facere facit tex.in.l.1.§.ſi quis ædificiũ. de no.ope.nun.ff.& ibi Bart.& alij, qui dicunt, quod reficienti ædificium ex toto deſtructum poteſt nuntiari nouum opus:ſecus ſi non eſſet ex toto deſtructum,& hoc refert Iaſo.in repet.l.quo minus.in.9.quæſtio.fin.de flumin. in quæſt.quam ponit,an reædificanti. ff.Molendinũ poſſit, nuntiari nouum opus, & concludit, quod ſic, quando ex toto erat deſtructum.allegat tres glo.& tres tex. glo. in dict.c.de monachis.& in.d.cap.3.& gloſſ. in.l.damni.§.ſi his qui ædes iubes, augeri, de damn. infect. ff. quæ tenet, quod ſi ruſticus promiſit militi aquam frigidam in æſtate in domo,quam miles habet quod ſi domus comburatur, & alia reædificetur quod ruſticus amplius non tenetur, quia eſt noua domus,& Felin.in.d.c.cum acceſsiſſem. de conſtit.allegat etiam tex.in.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. in fin.de verb.oblig.& ibi gl.quod domus depoſita vſque ad aream,non eſt eadem domus, Felin. vbi ſup. & ide eſt in eccleſia, quod in domo. Nã ſi eccleſia eſt funditus deſtructa,& reædificata non eſt eadem,ſed diuerſa.Goffr.in ſumm.de eccleſ.ædifican.in fi.Feli.plenè vbi ſupra. & Iaſo.in

ſo.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.in fin. verb. quid autẽ. ff.de verb.oblig.facit etiam tex.in.l.ſi ita legatum. §.fin. ff. de legat.1.vbi ſi teſtator poſtquam legauit domum, & eã funditus deſtructam,reficit extinctum eſt legatum, poſtquam eſt alia domus.facit etiam text.in.l. qui tamen quibus modis,vſus amittatur. ff. vbi demolitis ædificijs in totum & nouis conſtructis,finitur vſusfructus: iſta & multa alia poſſent allegari pro corroboratione prædictorum. remitto me ad Felin.in.d.c.acceſſiſſent.& Iaſo. in.d. l. quominus.q.fin.ff.de fluminibus.

Probatio prima opinio.

Item pro corroboratione etiam prædictorum facit.c. abbate ſanè.in fin.de verb.ſignifi.& ibi glo. in ver. donec. vbi ſi priuilegium datur alicui monaſterio, deſtructo monaſterio,deſtruitur priuilegium.Nam ceſſante cauſa ceſſat effectus.c.ſuggeſtum.de deci.cum ſimil.facit etiam. c. cum ibi glo.in can.& hoc diximus. 16. q.7. in ver. deſtructa. quæ dicit, quod eccleſia deſtucta non remanet locus priuilegiatus:facit etiam can.generaliter.16.q.1. & ibi glo. in ver.non deuagantes.in fine, quæ dicit, quod ſi aliquod priuilegium datum eſt religioſis,ceſſante religione, ceſſat priuilegium can.fin.25.q.2.dicto.c.abbatem.de verb. ſignifi.facit cap.2.de noui operis nun.& ibi glo.in ver. principale,quæ dicit,quod deſtructa re, deſtruuntur priuilegia. allegat plura iura,vnde etiam dicit gloſſ. in.§.ſacra.in ver. manet. de rer.diui.inſtitu. locus deſinit eſſe religioſus,quãdo ea remouentur,quæ talem eum reddebant.allegat.l.ſacræ.ff.de reb.diui.l.antepen.ff.de relig.& ſumpti.fune.

Per prædicta ergo, videtur, quod ſi eccleſia ſit totaliter & funditus deſtructa, deſinit eſſe eccleſia, & per conſequens perdit priuilegiũ prædictæ immunitatis, & pro prędictis etiam faciunt notata,in.c.prophanis.de reſtit.ſpolia.

Secũdi opinio affirmans.

Pro parte contraria,quod dictus locus, ſeu dicta eccleſia totaliter,& funditus deſtructa, retineat & gaudeat dicta



cta immunitate:faciunt ſequẽtia prima regula,ſemel Deo

4 de reg.iur.in lib.6.vbi quod ſemel Deo dedicatum † eſt, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum. cap. ad hæc.de relig.domi.cum ſimil.vt per glo.in dict. regul.ſemel Deo.& in dict.can.ad hæc.cano.nec ſemel. 19.q.3.l. ædem.ff.de contrahen.emptio.gloſſ.in dict.c. nec ſemel. quærit ſi monaſterium deſtruatur,nunquid poterit locus ille,vel ædificio monaſterij ad alium vſum conuerti: concludit glo.quod ad priuatos vſus non poterit conuerti, locus autem remanet ſacer,licet dirutum ſit ædificium,&.d. l.ædem.ff.de contrahen.empt.quæ dicit, quod ædes ſacra terræmotu diruta, locus ædificij non eſt prophanus. Ideo vendi non poteſt,exponit glo.ibi in ver. prophanus,ideſt, non deſinit eſſe ſacer, per text. qui hoc expreſſe dicit in. l. inrantum.§.ſemel autem.ff.de rer.diui. & ibi glo. ad idem text.in.§.ſacra res,in fine inſtitu.de rer.diui. ex quo ſequitur quod indulgentia & priuilegia conceſſa eccleſiæ, etiã diruta eccleſia durant,ſecundũ Ange.in.d.§.ſacra res. in princ.nota.fin.

Nota gloſſam optimè diſtinguens.

Item pro iſta facit gloſſ.in regula priuilegium de regu. in ſexto,quæ dicit,quod tunc eccleſia, vel alius locus perdit priuilegium, † quando deſtruitur eccleſia, vel locus, 5

autoritate ſuperioris, ſi autem deſtrueretur ab hoſtibus, vel alias retinet omnia ſua priuilegia, vt plenius per gloſſ. Idem tenet gloſſ.in can.&.hoc diximus.in ver. deſtructa. 16.quæſtio.7.& gloſſ.in cap.ſtatutum.de electio.libro ſexto.Panorm.in cap.2. colum.2. ver. nota.quod deſtructa. de nou.oper.nunt.vbi Panormit. dicit, quod ſi ciuitas deſtruatur autoritate ſuperioris omnia priuilegia ciuitatis ſunt ſublata: ſecus ſi ex facto alicuius tyranni, vel ab hoſtibus Eccleſia deſtrueretur, vel ciuitas, quia tunc remanent omnia priuilegia: ſecundũ Panormit. ibi, & idem tenet Panormitã.licet non ita in dict.c.Abbate.col.penul. in glo.

in glo. fin. de verb. ſigni. & plenè per Innoc. Anton. & alios in dict. c. 2. de noui ope. nun. & ibi Anton. ex dictis Innoc. dicit tres quæſtiones. Prima eſt, an deſtructa Eccleſia, pereant eius priuilegia, & concludit quod non, niſi autoritate ſuperioris eſſet deſtructa, vt plenius per Anton. & Ancha. in dict. cap. ſecundo.

Henricus Bohic.

Et dicit Henric. Bohic, in. d. c. ſecundo. in ver. ſuper eo quod id quod dictum eſt, de locis, quæ deſtruuntur ab hoſtibus, quod retinent priuilegia ſua intellige quando deſtruũtur terræmotu, vel alias, quam autoritate ſuperioris. ſecundùm Henric. Bohic. in. d. c. pen. in fi. & ibi Card. col. 4. ver. quæro in eo. Ioan. And. Ancha. Philip. Franch. in. d. regula priuilegium. Idẽ etiã tenet Guilliel. de mont. Laud. in. d. regula priuilegiũ, qui dicit, quod ſi deſtruatur autoritate ſuperioris, nõ retinet priuilegia, alias ſi per hoſtes, vel incendio non amittit priuilegia, imo plenariè retinet.

Alexãder.

Alexand. in. d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. c. fin. verſi. extra glo. quærit an eccleſia deſtructa, poſtea reædificata dicatur, eadem dicit poſt Barto. & alios.

Idem eſt in Eccleſia, quod in domo, & hoc facit, an Eccleſia totaliter deſtructa perdit priuilegia, ſibi conceſſa poſt plura per ipſum allegata dicit, quod communis opinio & concluſio eſt, quod deſtructa Eccleſia, etiam non refecta, retinet priuilegia: fallit, niſi ſit deſtructa ſuperioris autoritate & ſit ſine ſpe refectionis.

Idem tenet ibi Iaſo. & Alexan. in. l. ſi grege. ff. de lega. 1. & Felin. in. c. cum dilecta. col. fin. de reſcriptis.

Queſtionis optima reſolutio.

Quid tenendum in prædicta queſt. ſcilicet, an Eccleſia funditus deſtructa gaudeat dicta immunitate, dico, quod ſi Eccleſia eſt deſtructa autoritate ſuperioris, vel per rerũ naturam, ſine ſpe reparationis perdit priuilegia, & ſic non gaudet dicta immunitate: cum idem ſit, quod Eccleſia ſit deſtructa authoritate ſuperioris, vel per rerum naturam

turam



turam ſine ſpe reparationis. ſecundùm Bald. in. l. non ambigitur. ff. de legibus. & Bald. in procemio. ff. col. 1. & ibi allegat Iacobum de Rauena, dicentem, quod duo ſenatores non faciunt ſenatum, nec habent autoritatem veteris ſenatus, quia non eſt ſpes reintegrationis formalis numeri, & ordinis ſenatorum, per. d. l. non ambigitur. ff. de legi. vbi idem Bald. in prin. ver. iuxta hoc quæro. Ideo dicit, Domi nic. in. c. licet cano. col. 3. ver. 4. caſu. de elect. lib. 6. quod ſi fiat legatum pro alimentandis pauperibus in certo hoſpitali, vel clericis, pro officiando eccleſiam de extructo hoſpitali, vel eccleſia non debet legatum Ludo. Rom. conſil. 417. vbi quærit, an cenſus, qui debetur ſub priori, ab rationem caſtri debeat caſtro diruto.

Alia quæſtio apud Baldum.

Bald. in. c. 1. col. 2. de elect. ver. quæſtio extat, quærit vtrùm collegium penitus deſolatum, poſtea reparatum ſit vnum, & idem an vero nouum, concludit, quod eſt nouum, niſi remanſiſſent aliquæ reliquiæ putà in materia, vt muri, & campanillæ. Ita eum refert Felin. in. d. c. cum dilecta. col. fina. litera in meo Baldo eſt corrupta, vbi debet eſſe, niſi remanſiſſent, dicit etiam ſi remanſiſſet.

Alia apud Alexand.

Alexan. conſi. 43. in. 1. volu. dicit, quod caſtrum deſtructum, ſine ſpe refectionis, non retinet iura quæ ante habebat: refert eum Felin. in dict. c. cum dilecta. col. fina. Idem Alex. vbi ſupra col. 1. ver. quinimo dicit, quod ciuitas, vel clauſtrum, funditus deſtructum, ſine ſpe nouæ conſtructionis, non retinet iura quæ ante habebat, ſed illa perdit: allegat. l. ſi vſufructus. §. quib. mod. vſus amitta. ff. l. pater. §. Tuſculanus. & ibi dignus. de legat. 3. ff. & Innoc. in. d. c. abbate. de verbor. ſignifi. allegat etiam gloſſ. dictæ regulæ priuileg. & cano. & hoc. diximus 16. quæſt. 7. & ca. ſtatutum. de electio. lib. 6.

Guido Papa.

Guido Papa in regula priuilegiatus. de regul. iuris. in libro. 6. in lectura dictæ regulæ, quam ponit, in fine lecturæ

decre-

decretalium.col.antepenul.in fine dicit, quod quomodocunque deſtructa ſit Eccleſia vel ciuitas, durante deſtructione tolluntur priuilegia per tex. qui hoc videtur dicere in. l. ſi vſufructus. quibus modis vſusfructus amittatur. ff. eſt tamen differentia, quantum ad recuperationem priuilegiorum, quia deſtructa ciuitate ab hoſtibus, & poſtea refecta bene renouantur priuilegia, licet ſecus, quando ſuperioris autoritate. Ita poteſt ſaluari gloſſ. & communis ſententia in. c. paſtoralis. 7. quæſt. 1.

Peruſius. Petrus de Peruſio in tract. de muta. ſtatus eccleſi. col. 2. dicit, quod quando ſemel res dedicatæ Deo vel ſacræ, remanent in ſuo ſtatu, & conſecratione, quia tunc non poſſunt ad humanos vſus transferri, ſed quando eorum rerum mutatur ſtatus, vt quia in totum deſtruitur Eccleſia vel res ſacræ ante dedicatæ Deo redduntur totaliter ad nõ eſſe, tunc poſſunt ad prophanos vſus transferri. Refert eum Blaſius Aurioli, in additio. ad Guillielm. de monte Laud. in dict. regula ſemel Deo, de regul. iur. libr. 6. & ſic prædicti Doctores, ſcilicet Guido, & Petrus de Peruſio videntur concludere, quod eccleſia totaliter deſtructa, durante deſtructione non gaudet priuilegio immunit.

Archidia. Archidiac. in can. & hæc. 16. q. 7. prope fin. dicit, quod quando Eccleſia, vel ciuitas, vel alia loca, ſiue ſacra, ſiue prophana autoritate ſuperioris deſtruuntur propter delictum eorum, de cætero nullus debet vocari clericus illius eccleſiæ, vel municeps, illius loci, & ille locus perdit priuilegia. c. 2. de nou. oper. nun. ca. placui. de conſec. diſt. 1. & in dict. c. & hæc ſi autem ab hoſtibus deſtruitur, tunc retinet omnia ſua priuilegia, & antiqui clerici remanent, ibi clerici. cano. paſtorali. 7. q. 1. 19. q. 3. c. qui ſemel. & idem videtur ſi autoritate ſuperioris transferatur ad alium locum, vel alij vniatur per nota. per Innoc. I. in c. 1. ne ſe vacant. & c. quia monaſterium. de religioſ. Domin. & idem intelligitur



ligitur de ciuitate, & alijs locis prophanis, ſecundùm Inno. in. d. c. 2. de no. ope. nunc. & per Archidiac. in cap. 2. de con ſec. diſt. 1. hæc Archid. vbi ſupra.

Communis opinio eſt, quod ſi Eccleſia ſit deſtructa autoritate ſuperioris, vel ſine ſpe reædificationis non gaudet, nec retinet priuilegium immunitatis: ſecus ſi alias ſit funditus deſtructa ſine autoritate ſuperioris, & eſt ſpes refectionis, quia iſtis duobus concurrentibus, retineret priuilegium immunitatis, & alia priuilegia. Concluſio tenenda.

# Palatia nobilium, ſeu Dominorum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Palatia nobilium, an gaudeant exemptione.*
2 *Conſuetudo, in hoc ſpectanda.*
3 *Quemadmodum, & ſtatutum municipale.*

1 AN Palatia † nobilium, ſeu dominorum, ſint de iure exempta, vt ab eis non poſſit delinquens extrahi. Ampliatio 21.

Baldus. Bald. in. l. plerique. de in ius vocando. ff. in ver. ſed pono, quærit aliquis eſt in palatio dominorum Priorum: nunquid poteſtas, poteſt illum citare re, & verbo? dicit quod ſic, & dato quod palatium ſit locus publicus, & ſecurus, tamen ibi poteſt fieri citatio, & captura, per l. ſed etiam. de in ius vocan. ff. Nam ibi dicitur de theatro, quia eſt locus publicus. hæc Bald. vbi ſupra: aduerte, quod Bald. non loquitur de palatio alicuius priuati, ſed de palatio publico, prout ſunt palatia, vbi iudicia fiunt, prout ſunt palatia parlamentorum, vt in Francia vocantur palatia, vbi iudices, & domini de parlamento congregantur.

Iacobi

Iacobus de S.Georgio.

Iacobi de Sancto Georgio,in.d.l.plerique. nu.7.verſic. quid autem,ſi eſſent in palatio priuatorum ciuitatis certè bene poſſunt inde extrahi,per.l.ſed etiam.de in ius vocan. ff.dum loquitur de theatro.

Imola.

Alexan.de Imo.in.d.l.plerique. col.3.in prin.ver.nota. in.l.ſed etiam.in ver. Theatro,dicit,quod quis poteſt capi, & citari in palatio dominorum.ſecundum Bald.ibi.

Barth. Socin.

De iure nō gaudēt immunitate palatia nobiliū bene tñ ex cōſuetudine. Vide infra ampli. 25.

Barthol.Socin.in.d.l.plerique.de in ius vocand. ff. col. 11.q.20.dicit,quod Bald.concludit,quod ſicut poteſt,quis capi in theatro,quod eſt locus publicus, vt in. d. l. pleriq;. &.l.ſed etiam.Ita pari ratione poterit capi in palatio dominorum,& hæc procedunt de iure: hodie vero ex conſuetudine,vel municipali cenſura non eſt licita captura, ſunt verba Barthol.Socin.vbi ſupra. ¶De palatio Regis dico infra Ampliatione.25.

Valet † conſuetudo. 5

Seruatur cōſuetudo præter ius.

Quod palatia dominorum,ſeu theatra,vel certa alia loca gaudeant dicta immunitate, ſcilicet, quod non poſſit quis inde extrahi:ſecundùm Barthol.Socin.vbi ſupra, retuli in proximo caſu in fine,licet Barba. loquens de conſuetudine, quam Cardinales habent, quod obuiantes eis gaudeant immunitate conetur reprobare, iſtam conſuetudinem retuli eum ſupra. in ver. Si obuiauit Cardinali. in Ampliatione.

Valet † ſtatutum municipale. 3

Comprobatur conſuetudo.

Valet ſtatutum municipale,quod palatia dominorum gaudeant dicta immunitate,ſecundùm Barthol.Socinum in dict.l.plerique.retuli in verbo palatij ſup.col.1.& in regno iſto Nauarræ,eſt lex Regni,quæ diſponit,quod palatia de *Infançones* gaudeant iſta immunitate,refero legem regni infra. ¶Quæritur ad propoſitum dict.legis quis dicatur *Infançon*, & in multis legibus regni fit mentio de iſto verbo *Infançon*.

Quis dicit Infançon.

In libro



In libro qui vocatus nobiliario, quem fecit Ferdinandus Mexia.24.de Iaen.lib.1.fol.188.quærit.*Quien ſon llamados Infançones*.refero eum vt iacet.

*Ay Infançones, otros que llaman Balbaſores, ſon algunos ſeñores de tierra, pero no Grandes, que no tienen mucha tierra ni juriſdicion, que en los tales mas es ſu nobleza y linage, que grandeza. En Eſpaña Infançones ſe dizen aquellos que en Italia llaman Capitanes, y Balbaſores. Eſta declaracion de Infançon ſe halla en la.2.partida.tit.1.ley.13.que aßi lo affirma. Dize la dicha ley, Cathanes e Balbaſores ſon aquellos hijos dalgo en Italia, aqui les dizen en Eſpaña Infançones, e como quiera que eſtos vengan antiguamente de buen linage, e ayan grandes heredamientos, pero no ſon deſtos grandes Señores que de ſuſo dezimos: y en ſus tierras no tienen alguna juriſdicion. Y quales ſon los grandes que no ſon Emperadores, la ley.11. en la.2.partida.tit.1. dize, ſon Principes, Duques, Condes, Marqueſes, Iuezes, Vizcondes: y porque ſe llaman anſi declara la dicha ley,* & quis dicatur tyrannus.ibid.in.l.10.

L.11.part. 2.tit.1.

Qui ſunt *Infançones*, magnates, *generoſos, ricos hombres*, & de alijs, vide in cōſilijs meis.conſi.14.in.2.vol. omnino.

*Item en el regimiento de Principes ſe affirma, que Infançones, no quiere dezir, ſaluo menores Infantes, en comparacion de los Infantes mayores, es a ſaber, de los hijos de Reyes que ſe llaman Infantes, y a los otros menores, que ſon nobles y de linaje, llaman Infançones. Eſtas tres expoſiciones, o declaraciones de Infançones pone el dicho Mexia en el nobiliario, libro 1.cap.88.*

Qui dicantur Balbaſores, vide gloſſ. in.c.fundamenta. in ver.Marchio, de electio.lib.6.& plenius per legiſtas, in tit.quis dicatur Dux, Marchio, Comes, Capitaneus, Balbaſor.

In iſto regno Nauarræ, eſt lex regni, per tres ſtatus facta in tit.*De Igleſias*, in.3.lib.in.1.tit.c.4.eſt tenoris ſequentis,

Lex Regni Nauarræ.

 tis,

tis, *Si algun malhechor entrare en la Igleſia, o en palacio de Infançon, no deue ſer ſacado, ſino fuere ladron manifieſto, o traydor prouado, o preſo ſi fuere, o vuiere pleyteado, aya ſu juridicion y dado fiador, empero el fiador, deue y puede ſacar de Igleſia, o de palacio a aquel malhechor por el qual entro fiador.*

# Sepulchra etiam Iudæorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepulchra Iudæorum immunitate donantur.*

Ampliatio 22.

SEPVLCHRA † Iudæorũ gaudent immunitate per cap.ſicut.§.ad hoc.de Iudæis. vbi text.dicit, cimiteria Iudæorum, nemo audeat mutilare, aut inuadere, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere, & ad iſtud propoſitum Card.in.d.cap.inter alia.q.1.de immuni.eccle. & Marian. Socin.in tracta.de cita.art.17.fol.22.col.3. & Ioan. And.in dict.c.inter alia.in glo.3.dicit, quod ſepulchra Iudæorum gaudent immunitate, per. d. cap. ſicut. & dicit Anton. in dict.c.inter alia.col.2.in fine.quod ipſo iure ſepulturę, gaudent immunitate per dict.c.ſicut. 1

Sepulchra Iudæorum immunitate gaudẽt.

# Statua Principis, ſeu Præfecti Vrbis.

*SVMMARIVM.*

1 *Fugiens ad ſtatuam principis gaudent immunitate.*
2 *Fugientes ad puteum olim ſalui erant.*
3 *Fugiens malitioſè ad ſtatuam principis, non gaudet immunitate.*

FVGIEN-



1 FVGIENTES ad ſtatuam principis † gaudent immunitate. Ita quod non poſſunt inde extrahi, per tex.in.l.1.in prin.ibi ſeruos, qui ad ſtatuas confugerunt. ff. de offic. præfecti Vrbis. dicit text. quod quando domini ſæuiebant in ſeruos ſuos, ipſi fugiebant ad ſtatuas, & conquerebantur de dominis ſuis, & præfectus de hoc cognoſcebat, & dicti ſerui erãt ſecuri à dominis ſuis.ad idem facit text. in. l. 2. §. ideoque ibi ad ſtatuam confugerunt.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur.facit etiam tex.in.§.nam Antonius, & in.§.finali.inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.vbi tex.æquiparat ædem ſacram, & ſtatuam principis. Nam fugientes ad eas gaudent immunitate.facit etiam text.in.l.vnica.C.de his, qui ad ſtatuas confugiunt. vbi text. dicit, qui confugiunt ad ſtatuas principis ab omni violentia, debẽt eſſe tuti: & ibi dicit Placentinus, fol.39.tit.15. hij, qui ad principis ſtatuas confugiunt, ſi cauſas habuerint, ob quas confugere debuerunt, etiam legibus, & ad iudicibus defenduntur. Si vero per malitiam confugiunt, vt in alios creetur inuidia, vinculis publicis mancipabuntur.l.capitalium.§.& vt generaliter. ff.de pœnis.Oldra.in.d.l.1.de offic.præfecti vrbis.Idem tenet, & Salicetus in dict.l.vnic.C.de his, qui ad ſtatuas confugiunt, dicit, quod fugientes ad ſtatuas principis à pœna liberabũtur, nec poſſunt extrahi de iure, per dicta iura. Idem Hoſtien.& Cardin.in cap.penulti. de immunit. eccleſi. qui dicunt, quod ſtatua præfecti vrbis, gaudet immunitate. allegat dictum. §. fina. inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alieni. Marian. Socin. in tractat.de cita. artic. 17. quæſtione.5.columna penultima, folio.23. colum.1. ver. item probatur. vbi dicit, quod fugientes ad ſtatuam principis gaudent immunitate. & Paul.de Caſtro in dict.l.vnica. de his qui ad ſtat.confug.C.dicit, præmitte, quod ſicut olim fugientes, ad eccleſiam erant tuti, vt ibi non poſſent capi,

Ampliatio 23.

Statuę principum immunis.

 nec

nec extrahi, vt de his, qui ad eccleſias confugiunt, per totum, ita & fugientes ad ſtatuas principis, per.d.l.vnic. hoc eſt verum, quando non fit malitioſè, nec cauſa alicui nocendi, ſed cauſa ſe defendẽdi, ſed cui ſi faceret cauſa nocendi. Nam erant multi, qui hoc fauebant ad famandum aliquem eorum inimicum, dicebant recepiſſe minas, de interficiendo, vel aliquid faciendo iniuſtè tales debent puniri, vt latius per Paul. & idem Salicet. ibi Caſſan. in conſuet.Burg.fol.57.col.3.ver.18.dicit, quod fugientes ad ſtatuas principis, à pœna liberantur, nec poſſunt extrahi de iure, per.d.l.vni.& per.l.capitalium.§.ad ſtatuas de pœ.ff.& in hoc multum debet attendi conſuetudo, ſecundũ Guilliel.de mon.Laud.in Clem.1.de pœnit.& remiſs. & eum ſequitur Imol.ibi.

Caſtaldus Peruſinus in tract. de Imperatore. q.96.fol.166.quærit de ſtatua Imperatoris, & eius priuilegiũ quale ſit, & quod fugientes ad ipſius ſtatuam, ſunt tuti, & ſecuri: allegat aliqua iura, quæ ſupra retuli, allegat etiam Paul. de Caſtro, quem retuli, & refert multos hoc tenere. Dicit tamen, quod dato, quod Imperator ipſe viuens, & animatus haberet idem priuilegium, vt Cardinalis propter identitatem rationis, & maioritatem tamen in ſtatua ipſa: ſecus videtur dicendum per rationes ibi per eum allegatas, dicit tamen, quod relinquit, hoc cogitandum, quia de conſuetudine in ſtatuis, non videtur admiſſum, nec receptum, & caſu eueniente, ſeueri iudices non obſeruarent, vt latius per dict. Caſtaldum: & iſtam fallentiam tenet Marcus de Mantua.conſi.211.num.18.vbi dicit, quod olim fugientes

Pute⁹ olim gaudebat immunitate. ad ſtatuas, ſalui erant: allegat ſupra dicta iura, Imol. † ad 2
puteum fugere licebat, quia erat ſacer.& ab eo fas nouerat, ſicut nec à templo, & ſtatuis quemquam extrahere, ſecundùm Marcum vbi ſupra.

Concluſio. Communis concluſio Doctorum eſt quod fugientes ad



ad ſtatuas ſunt ſecuri per iura ſatis aperta, quæ ſupra retuli.

3 Fallit † primo quando malitioſè quis confugeret, vt ſupra retuli. ¶ Fallit ſecundo, niſi conſuetudo eſſet in contrarium. Prima limitatio. Secunda limitatio.

Confugientes ad puteum, olim gaudebant immunitate: nam erat locus ſacer, retuli. Marcum de Mantua, ſupra in fine præcedentis fallentiæ, & iſte puteus erat ille.

# Perſona Principis, ſeu Regis.

*SVMMARIVM.*

1 *Confugiens ad principis perſonam ſecuritatem habet.*

1 CONFVGIENTES ad perſonam principis, ſeu Regis habent ſecuritatem. Nam ſi ad ſtatuam à fortiori ad perſonam. Caſſan. in conſuet.Burg.fol.57.col.3.ver.8.& Caſtal. Peruſinus in dicto tractatu de Imperatore, quæſt.96.fol.166.retuli ſupra in cauſa præcedenti. Ampliatio 24 Confugiẽs ad perſonã principis immunis eſt.

# Palatium Regis.

*SVMMARIVM.*

1 *Palatium Principis immunitate gaudet.*
2 *Quid palatium appellatur.*
3 *Differentia inter palatium, & aulam.*
4 *Palatium in quo à prætorio differat.*

ID quod dicitur de eccleſia, eſt tenendum de palatio Regis, quod nullus delinquens eſt ab eo extrahendus, niſi de ſpeciali mandato Regis, vel niſi commiſſerit proditionem, vel aleue. Ampliatio 25. Ad palatiũ regis quod eſt immune.

aleue. Hoc tenet Montaluus in ſua gloſſ.l.fori.l.7.in.1.lib. tit.5.in fin.glo.penul.¶De palatio nobilium dominorum dixi ſupra ampliat.21.

Baſilica dicitur palatium Regis regum: dixi ſupra in prima amplia.in ver.Baſilica.

Dicit palatium locus vbi Rex ſe palàm adiudicãdum, comedendum, vel amœnè loquendum, præbet: & dicitur palatium, quia omnia ſunt ibi palam, nec in tali loco ad aurem, vel ſignis, ſicut faciunt monachi, eſt loquendum, nec nimis altè, vel ſecretè, eſt lex partitæ.l.pen.titu.9. in.2. partita, concordat lex vnica. de pala. & domi. libro.11.C. fol.234.col.1.

Lucas de Penna in rubr. d.l.vnic. dicit, quod palatium à Pallade Arcadiæ Principe dictum eſt, in cuius honorem Arcades oppidum conſtruxerunt.

Ioan.de Platea, ſuper rubri.d.l.vnic.dicit, quod palatiũ eſt diuerſum à domo. Nam dicitur palatium, ideſt, ampla domus, in qua multa vagari poſſunt. Inde Palatinus.l. de palatio exiſtens, ſecundum Catholiconem. Ioan. de Platea, vbi ſupra text. in. d. l. vnic.dicit conſecratas nouis cedes, id eſt, inclyta palatia, ab omni priuatorum vſu, & cõmuni habitatione, & dicit ibi Lucas de Penna, quod palatio Regis, non debent cohærere ædificia priuatorum: de ſacro palatio, etiam loquitur rubric.& tex.in.l.1. de comitibus, & Archidia. ſacri palatij, lib.12.C.

De palatio epiſcopi loquuntur text.& Doctores, ſup.in 15.ampliatione, in ver.palatium, ſeu domus epiſcopi.

Et inter palatium & aulam eſt differentia, quia palatiũ eſt Imperatoris regum, principum, & magnatum, aula eſt inferiorum.c.conuenior.23.q.8.ſecundùm Imol.Card. in Clem.8.de baptiſ.& tex.in.d.c.conuenior.loquitur de palatio Imperatoris, vel palatium dicitur, totum aula propriè eſt pars palatij. Card.in Clem.vnic.in prin.& aliquando vnum





do vnum pro alio ponitur, vt in dict.Clem.facit lex penul. de priuileg.eorum, qui in ſacro palatio militant, vbi text. ex aula noſtræ, &c. Nam ibi aula capitur pro palatio.

Aula dicitur ſala, vel ſpatioſum habitaculum, communiter quatuor habens alas.glo.in Clem.vni.de baptiſ.

Et de palatio etiam loquitur tex.in tit.quæ ſunt regalia, & ſunt domus regales, ſecũdum Præpoſitum ibi, col. pen. poſt Iſern.& alios, & in rubr.l.2.& fin.de priuileg. eorum, qui in ſacro palatio militant.lib.12.fol.250.in.1.volum.

Item palatium, & prætorium differunt, vt colligitur ex l.fina.de offi.rectoris prouinciæ.ff. Palatiũ differt à prætorio.

Item palatium non debet in libello de neceſsitate confinari. Nam valet libellus de crimine cõmiſſo in palatio, licet palatium non ſit in eo confinatum. Nam certum eſt ex quo eſt vnum in loco, ſecundùm Bart.in.l.demonſtratio falſa.de condit.& demonſt.ff.num.17.ver.& per hanc, quod ſi aliquis accuſatur de maleficio commiſſo in palatio poteſtatis Peruſino, non eſt neceſſe quod inſerantur confinia, cum ſatis ille locus ſit demonſtratus. Bart. in.l.2. de lib.& poſthu.quærit de iſta quæſtione, & ſe refert ad dicta per eum.in.d.l.demonſtratio. & idem tenet ibi Alex. & Bart.in.l.libellorum.de accuſat.ff. & in. l. cum ſeruo. §. fin.de contrahen.emptio.Bald.& Imo.in.l.ſi quis in fundi vocabulo.de legat.1.ff.Angel.& Imol. in.l. cum pater. de legat.2.ff.Bal.& Ludo.in.l.ſi certi.ſi certum petatur.ff.

Iacobus Spigiel in voca.iuris ciuilis, in ver.palatium, dicit palatium à Palatino Monte deriuari. Sacrum ob Imperatoris venerationem, cuius ſedes vocatur, vt in rubri. de comiti. & Archid.ſacri palatij. & in rubric. de priuilegijs. eorum qui in ſacro palatio militant. C.lib.12.

Palatinus largo modo dicitur, qui habet officium in palatio. Lucas de Penna in.l.1.de Palatinis ſacrarum largitionum.C.lib.12.& fol.253.col.2.

Breuiloquus, ſeu Guarinus in ſuo vocabulario dicit, quod palatium, ideſt, ampla domus. in qua multi vagari poſſunt. & ibi latius per eum.

Calepinus in ſuo vocabulario. in ver. palatium, mons Romæ appellatus eſt, ponit ibi alias expoſitiones, vt ibi per eum.

# Venio ad Fallentias. Fallen. I.

*SVMMARIVM.*

1 *Publicus latro non gaudet immunitate.*
2 *Quis publicus latro dicatur.*

Prima Fallentia.

PRIMO, fallit dicta regula in publico latrone. Nam ſi eſt † publicus latro non gaudet im 1 munitate. per tex. in c. inter alia. eod. tit. vbi Panor. dicit, in vlti. nota. illum à publicum latronem, qui palàm & publicè furatur, vel prædatur, vt ſunt piratæ, vel publicè ſtantes in ſtratis itineribus, & vijs publicis, vel habentes arcem, vel caſtrum, vt vi & armis prędentur tranſeuntes: & eum refert Guilliel. Mayn. in. d. regula nemo. de domo ſua. ff. de reg. iur. fol. 249. col. 3. num. 17. & vltra Panor. allegat. l. capitalium. §. famoſos latrones. & §. graſſatores. ff. de pœn. per notata ibi per glo. & docto. & l. 1. & 2. C. quando liceat vnicuique ſine iudi. vend. & refero iſtum caſum in ſequenti fallētia, & eius rationem, & cum dicto. c. inter alia. concordat lex fori Hiſpaniæ. lib. 1. tit. 5. l. vnica. & concordat etiam lex. 4. parti. 1. legum Hiſpaniæ. titul. 11. Quæ lex ponit caſus, in quibus quis extrahitur ab eccleſia, ſcilicet, publicus latro qui palam, & publicè furatur, vt ſunt piratæ, & cap. prout ſupra retuli. ponit etiam dict. l. alios caſus referam infra.

Mon-



Montaluus glo. d. l. vni. fori. quærit, quis dicatur publi-
2 cus latro, & dicit, quod publicus latro † dicitur manifeſtus, non ſolum, qui cū furto deprehenditur, ſed etiā inuentus in domo ad furandū, vel in oliuis, vel vineis, vel quandiu fur tenet rem furatā, & deprehenſus, vel viſus eſt, cum ea in publico, vel in priuato à dño, vel ab alio, antequā deponatur in loco deſtinato. §. manifeſtus. inſtit. de oblig. quæ ex deli. naſ. l. furtum. cum duabus ſeq. ff. de furtis. licet talis vir non fuerit viſus furari. & ibi Bar. Item ſi ſit viſus cū furto, & clametur contra eum: quia tunc eſt manifeſtus fur. l. ſi quis in ſeruitute. §. 1. ff. de fur. & ibi Bar. Dicitur etiā publicus latro, contra quem furtum probatur, vel per confeſſionē, ſiue per probationem vel facti euidentiam. c. veſtra. c. fi. de coha. cler. c. cum olim. de verb. ſign. alij dicunt, quod latro publicus dicitur, qui palam furatur, alij intelligunt. c. inter alia. & leges ſup. dictas de latronibus, & raptoribus ſtratorū, qui hoc faciunt publicè. ſecūdum Bar. in. l. capitali. §. famoſos latrones. ff. de pœ. & concordat. l. 18. tit. 13. in. 7. part. legum Hiſpaniæ, quæ loquitur de frequentantibus itinera, vel de præcedentibus in mari, vel ingredientibus ad furandum vel depredandum per vim in domibus, vel locis, vel theſaurum de eccleſia, vel Regis tributa. ¶ De quo latrone intelligatur dict. cap. inter alia. dico in fallentia ſequen.

Quis latro dicatur manifeſtus.

Quis publicus latro dicatur.

# Fallentia II.

*SVMMARIVM.*

1 *Nocturnus populator immunit item non habet.*
2 *Quis ſit populator nocturnus.*
3 *Cur magis alijs quam his ſecuritas conceditur.*
4 *Hæc vera ſunt quando inſidioſè delictum commiſſum eſt.*
5 *Publicus latro in eccleſia occidi poteſt.*

 SECVN-

Fallen. II. In nocturno agrorũ populatore.

SECVNDO, fallit dicta regula in nocturno populatore agrorum per tex.ca.inter alia. eod.tit.vbi tex.ponitur iſtos duos caſus.Nam
ſi † eſt nocturnus populator agrorum, non 1
gaudebit immunitate.De qua in regula noſtra,nocturnus
† populator agrorum eſt,ſecundùm Panorm.vbi ſupra in 2
præcedenti fallentia.

Quis populator.

Qui obſedit ſtratam publicam, prædando homines tranſeuntes, & differt à publico latrone, quia non publicè,vt latro,ſed clandeſtinè moratur,& furatur in loco,vel ſecundùm Inno.in.d.c.inter. quem Panor. refert vbi ſuprà dicitur nocturnus populator agrorũ, quia in nocte ſegetes deſtruit,vel comburit,dum ibi ſe abſcondit,vel latet,etiam propter homicidia, & rapinas, quas facit in ſtratis illis. Idem voluit Hoſtien.in ſumma eod. tit. §.in quantum prædicta, refert Guilliel. Mayn. vbi ſup. in præcedenti fallentia, & iſtos duos caſus, refert glo. in cap. ſicut antiquitus.17.quæſt.4.in gloſſ.fin. & Hoſt.in dict.§. inquantum.col.2. ver. ſin autem longe, refert etiam iſtos caſus.& dicit ibi Hoſtien. quod depopulator, ſeu populator agrorũ,exponitur,ideſt,vaſtator, ſeu combuſtor, quia de nocte comburit ſegetes vicinorum, & dicitur à populor,popularis,ſeu depopulor, depopularis, quod in mala ſignificatione accipitur,quaſi deſtruo, is. ſed diſpergo, is. Hoſtien.vbi ſup.Hoſtien.in.d.c.inter alia.col.1. in fi. ver. vel nocturnus, dicit, ſic dictus, quia de nocte ſegetes deſtruit,dum ibi latet,vel ſe abſcondit propter homicidia & rapinas,quas committit,in ſtrata publica agros eorum,qui ei non ſeruiunt deſtruit, & comburit, populator dicitur, ideſt,collector fructuum,in ſpicis pendentium,alias depopulator,ideſt,vaſtator, ſeu deſtructor, & eſt melior litera loquitur enim de vaſtatoribus meſſium, maximè, qui de nocte comburunt meſſes.Idem quod Hoſtien. tenet Ioã. And.in.d.c.inter.

Iſtam



Nota lex Regni.

Iſtam fallentiam ponit etiam lex fori Hiſpaniæ.l.3.lib. 1.tit.5.ſcilicet nocturnus depopulator agrorum,vel qui publicas ſtratas obſident aggreſsionis inſidijs verba.5.d.l.fori ſunt. *La Igleſia no defienda robador conoſcido, ni hombre que de noche quemare meſſes, o derrancare viñas, o arboles, o rancare los mojones de las heredades.* Idem dicit lex.4. tit.11. in prima partita,& ibi gloſſ. dicit, quod nocturnus depopulator agrorum differt à publico latrone, quia iſte clandeſtinè furatur,& moratur in loco occulto. Ideo dicitur nocturnus depopulator agrorum, quia in nocte ſegetes deſtruit,& inde latet.allegat Innoc. in dict.c.inter alia. retuli Innoc.ſupra.

Antonius de Butrio in.d.c.inter alia.col.1. in fin. dicit, dicitur depopulator fructuum in agro pendentium deuaſtator,& dicitur, nocturnus, qui in nocte ſegetes deſtruit, cum ibi iacet, & in illis ſe abſcondit. & refert Hoſtien. in dict.c.inter alia. quem & ſupra retuli, & dicit Anton. col. 2. in princ. quod propriè latro dicitur ille, qui itinera frequentata,& ſtratas publicas obſidet inſidijs.

Card.in.d.c.inter alia.not.4.idem tenet.refert Innoc.& Hoſtien.ibi,& Hoſtien.dicit,quod melior eſt litera depopulator, vt ſup. retuli. dicit Card. quod vtraque litera habet eundem ſenſum,& dicitur à populor,is.& non à populo,as.quod in bona ſignificatur.ſecundùm Hoſtien. vbi ſupra. Vnde dicit Ioan. And. in.d.c.inter alia.col.2.in princ. quod prædicta duo genera hominũ, ſi in ſtractis publicis fuerint aggreſsi aliquem per inſidias,iſta immun. non gaudent, vt ſaluentur ab eccleſia: ſi vero non, in ſtractis, ſed extra, vel in ſtractis, ſed non inſidioſè,ſed impetu & caſu fortuito,hæc committunt, tunc immunitate gauderent. ſecundũ Ioan.Andr.ibi quẽ ſequitur Anto.ibi,col.2. in prin.

Sed quærit Ioan.And.ibi,colum.2.in prin. quare decretalis iſta, de his, pluſquam de alijs expreſsit, dicit, quia de

alijs

aliis præſumitur,quod non inſidioſè hoc fecerint, niſi contrarium probetur.

Anchar.in dict.c.inter alia. col. 2. ver. ſed dices, quare magis aliis,quam iſtis confugientibus eſt conceſſa immunitas.refert Ioan.And.vt eum retuli, & dicit Ancha. quod miratur de hoc dicto, quod ſi inſidias accipimus pro dolo,ſemper dolus præſumitur,poſtquam conſtat delictum fore commiſſum.cap.1.de præſumpt.l.ſi non conuinci.de iniuriis. C. ¶Et ſecundum hoc nullus delinquens poſtquam conſtiterit de delicto, gaudebit immunitate, & ſic Anchar.reprobat rationem Ioan.And.

Panor.in.d.cap.inter alia.co.6.in fin.ver. ſed quæro refert Ioan.And.& dicit,quod Anchar.reprobat iſtam rationem:ſed dicit Panor.quod ipſe credit,quod Ioan.And.intellexerit,quod alii non præſumuntur,ex propoſito prius deliberato deliquiſſe,licet in actu delicti præſumatur dolus:in iſtis autem,qui ſtant in ſtratis publicis, præſumitur, quod ex propoſito deliberato hoc fecerint, ex quo in illis rapinis, eas ne fecerint. Debet enim inſpici hominis conſuetudo.l.qui ſemiſſes.de vſu.ff. Panorm.ibi etiam allegat aliam rationem,& glo.fin.in cap.fin. eod. tit. ponit etiam aliam rationem.

Ioan.Bichis in d.tract.de immun. fol.73. ver.3. fall. eſt in paruo volumine,refert iſtas duas fallentias,& refert Panor.qui dicit,quis dicatur publicus latro,& nocturnus populator.refert etiam Ioan.Anchar. Panorm. quare plus in iſtis quam in aliis,retuli omnes ſupra.

Concluſio. Eſt communis concluſio, quod. c.inter alia, procedit quando inſidioſè,illi caſus † committuntur.ſecundum prædictos,& idem tenet Ioan.Igne.in.l.3. §. ſubuenitur. ff. ad Syllan.num.103.fol.223.col.2.ver.Hoſtien.vero. 4

Loquitur tex.c.inter alia. de ſtratis, ſtrata dicitur via publica & munita, quaſi lapidibus vulgi trita, & eſt de lapidibus ſtracta,& partita,vnde dicitur dilapidata,ſecundum Guarinum in ſuo Breuiloquo, ſeu vocabulario in ver.ſtracta.Bart.in.l.1.ff.de via publica. Alberi. in ſuo dictionario,in ver.ſtract. Calepinus, in ſuo vocabulario, in ver.ſtractu dicit, quod ſtracta dicitur via lapidibus tecta, vt ſunt viæ Romanæ ideo plus ſceleris,latro, prædo, percuſſori committit,ſi in via ſtracta viatorem ingraſſetur,ſecundum Cale.vbi ſupra.



Marcus de Mantua.conſi.91.num.16. dicit, quod ſicut publicus latro poteſt in eccleſia capi, ita poteſt in eccleſia occidi, arguẽdo de tempore à loco, vt per Iaſ.in.l.vinum. & ibi omnes. ff. ſi certum petatur.& cap.inter alia. de immun. eccleſ.c.1.de homic.& à quocunque & quacunque etiam die feriato.l.fin. C.de maleficiis.& Matth.& l.1.C. de ſum.Trinit.l.accuſationes.C.de accuſatio. quod poſſit occidi in eccleſ. dubitarem.

Publicus latro etiã in eccleſia capi & occidi poteſt.

# Delinquens in eccleſia vel cimiterio. Fallent. III.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquens in eccleſia vel cimiterio hac ſecuritate non fruatur.*
2 *Etiam ſi ſine ſpe immunitatis delinquit.*
3 *Quod ſi ex propoſito non delinquerit ſed fortuito aliud conſtituendum.*
4 *Concluſio in hac quæſtio.*
5 *Committens quæcunque grauia crimina in eccleſia nulla ſecuritate donetur.*
6 *Committens furtum in eccleſia immunitate non gaudet.*
7 *Idem in eo qui ſacrilegium in eccleſia committit.*
8 *Et in eo qui adulterium in eccleſia perpetrat.*
9 *Vel raptum.*
10 *Sed & in aliis delictis idem exiſtimandum eſt.*

TERTIO

Tertia fallẽtia de delinquẽte in eccleſia vel cimiterio.

TERTIO, fallit in delinquente in Eccleſia,
vel cimiterio, per text. expreſſum, in cap. fina.
eod. titu. vbi dicit text. quod cõmittentes † ho 1
micidia, vel mutilationes membrorum in ec-
cleſia, vel cimiterio, non debent gaudere immunitate per
rationes, quas tex. ibi ponit Innoc. in c. inter alia. eod. titul.
dicit, quod is, qui in eccleſia aliquem occiderit, eccleſia eũ
non defendit, quia eccleſiam violat. arg. can. de viro. 12. q.
2. & c. an ſit de appella. c. quia fruſtra. de vſu. alij tamen cõ
trarium dicunt, ſed dic in his, quę pia ſunt, conſuetudinem
ſeruandam, ſed dic vt in c. fin. eod. tit. ſunt verba Inno. vbi
ſup. Idem dicit Card. in d. c. inter alia. q. 10. ſequitur etiam,
quod violatores eccleſ. non gaudent immunitate, dico
infra in fin. iſtius fallentiæ.

Prima ampliatio iſti⁹ fallen.

PRIMO ampliatur iſta fallentia, etiam ſi delinquat
ſine ſpe immunitatis † nam taliter delinquens in ec- 2
cleſia vel cimiterio non gaudebit immunitate, ſecundùm
Panorm. in dict. c. fin. col. 2. verſi. ſed circa prædicta, & re-
fert Hoſtien. tenentem iſtam ampliationem, licet poſtea
videatur ab ea recedere, & dicit Hoſtien. in d. c. fi. in prin.
nemo ſub ſpe veniæ peccare debet, nec eſt ſubueniendum
per iura per eum allegata. & dicit poſt in ver. quem niſi
ſicut, præſumitur, ipſo facto præſumptione iuris, & de iu-
re. Nam ſi de hoc non conſtet, & ſi huius voluntatis non
eſſet nihilominus locum habent, cauſæ ſequentes, quæ fi-
nales fuerunt, huius ſtatuti, hæc autem compulſiua, vult
dicere Hoſtien. quod pręſumitur, quod delinquens in ec-
cleſia delinquat hoc animo, vt defendatur ab eccleſia, & ſi
de voluntate non conſtat, vel etiam ſi non ſit huius volun
tatis non gaudebit, vult quod delinquens in eccleſia ſine
ſpe immunitatis non gaudebit, dicit vlterius Hoſtien. ſub-
ueniretur, tametſi contrarium probaretur, puta quod nul-
las habebat inimicitias. Sed ex verbis ibidem inter eos or-
tis ad



tis ad homicidia peruenerunt, & ita debet intelligi, quot
notat Hugo. eum refert glo. in d. c. fin. vult ergo Hoſtien.
quod ſi conſtaret, quod quis deliquit in eccleſia ſine ſpe
immunitatis, debet gaudere. Ioan. And. & Anton. de But.
in. d. c. fin. referunt, & ſequuntur. Hoſtien. Card. in d. c. fin.
in prima oppoſitione, & in. 4. q. vſque ad finem, concor-
dat cum Hoſtien. quod ſi ex propoſito, ſub ſpe immunita

Suborta quæſtio.

ris delinquat in eccle. quod alias non deliquiſſet, non gau-
3 debit, ſed ſi conſtat † quod alias erat commiſſurus deli-
ctum, gaudebit per literam. d. c. fin. intelligendo, quod illa
non ſit cauſa impulſiua, ſed finalis, quod bene ſonat litera,
licet non ſit tutum bene hoc tenere, tamen ſapit æquitatẽ,
quia ex propoſito, tunc non violant immunitatem eccle-
ſiæ, ſed ciuiliter. ita euenit in dubio præſumitur, quod alias
non erant commiſſuri, ideſt, quod deliquerint ſub ſpe im-
munitatis. hæc Cardin. vbi ſup. Petrus de Anchar. in d. c. fi.
ver. quæro, quærit, quid ſi ſine tali credulitate immunitatis
fuiſſent, alias commiſſuri, refert Ioan. And. ibi, quod iſta
eſt præſumptio iuris. & de iure quod illa non fuit ſola cau
ſa, quare denegetur immunitas, ſed fuit cauſa impulſiua,
& aliæ ſequentes fuerunt cauſæ finales, concludit Anchar.
quod ſi quis caſu non ex propoſito deliquit, in Eccleſia vi-
detur habere immunitatem, puta ſi non propter inimici-
tias, ſed ex verbis contumelioſis ibi ortis homicidium eſt
commiſſum, ſecundum Hoſtienſem. & ſic Ancharranum
ſequitur Hoſtienſem, Innoc. in ca. inter alia. eodem titulo
in fine, dicit, quod is, qui in eccleſia aliquem occiderit,
non debet ab ea defendi: alij tamen contrarium dicunt:
retuli Innocen. ſupra in fallen. Collecta. in dict. cap. fina. in
prin. quærit, quid ſi intra eccleſiam quis committat ſacrile
gium, homicidium, vel aliud crimen. refert Inno. vbi ſup.
quod ſtatur conſuetudini. refert etiam Hoſtienſ. tenen-
tem cũ Rayn. in ſumma, quod etiam ſi alias quis non eſſet
com-

commiſſurus non debet gaudere.tex.tamen in.d.c.fin. videtur contra dicere à contrariori ſenſu. Sed poteſt dici, quod ſemper præſumitur, quod hoc fecerit in eccleſia, vt poſſit per eam defendi, & ſic non gaudet, & refert Ioann. And.in dict.c.fin.quod ſi non ex propoſito, vel ex veteri odio, ſed caſu fortuito hoc fieret, gauderet, & hoc quantũ ad homicidium, ſecundùm Hoſtien. Sed quantum ad furem, tenet indiſtinctè Hoſtien. quod non gaudet, ſed ratio diuerſitatis eſt nimis tenuis: hæc collecta, vbi ſupra.

Panormit. Panor.in.d.c.fin.refert Hoſtien.& dicit, quod communiter Doctores tranſeunt cum ſua opinione, quæ opinio eſt magis æqua, ſed non placet Panor. per rationes text. c. fin. & ſic opinio Panor. eſt, quod delinquens in eccleſia, etiam ſine ſpe immunitatis non gaudebit. Ioannes Bichis in.d.c.diffiniuit.17.q.4.num.27.ver.4.fallentia.fol.73.col. 4.quærit, de iſta quæſtione.refert Hoſtien. & Panorm.& num.30.dicit, quod opinio Panor. videtur probabilior de iure: & magis ſuſtentabilis in diſputando: tamen in iudicando non eſſet recedendum ab opinione Hoſtien. quæ ſuffulta eſt omnium opinione Doctorum.

Turrecremata. Ioan.de Turrecre.in.d.c.diffiniuit.17.q.4.ver.ſecundus eſt, dicit, quod ſi quis in ipſa eccleſia commiſit maleficiũ ſperans ſe ab eccleſia defendi, quod ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur, non debet per eccleſiam defendi, per dict.cap.fin.eod.titulo.

Angel. de Clauaſ. Ange.de Clauaſ.in ſumma, in ver.immunitas, ver.22. ponit aliquos caſus, in quibus quis non gaudet immunitate, & tertius caſus eſt illorum, qui aliquod maleficium enorme committunt in eccleſia, vt defendantur ab illa: ſecus ſi committeret extra eccleſiam, vel cimiterium ſub ſpe, vt defenderetur ab ea, quia gauderet, vt in dict. c. fina. eod.titul.quærit poſt, quid ſi commiſit maleficium in eccleſia, ſed non ſub ſpe, vt defendatur ab eccleſia. refert Panorm.



nor.quod non defendetur: alij contra & magis placet, per dict.cap.fina.

Stepha. Aufre.in deciſ.capel. Toloſ.q.432.in prin.refert Clauaſ.vbi ſupra, dicentem, quod ſi quis commiſit maleficium in eccleſia, ſed nõ ſub ſpe, vt defendatur ab ea quod debet gaudere immunitate, per.d.cap.fin.licet Panor. contradicit. Aufrerius vbi ſup.quod opinio ſua ſeruaretur.

Syluester in ſumma, in ver.immunitas.3.q.2.ver.tertiũ eſt, dicit, ſi autem commiſit, quis maleficium in eccleſia vel cimiterio ſed non ſub prædicta ſpe, ſecundùm Panor. non defendetur, alij vero cõtrarium & verius, quia in alijs non habet locum, ratio illius capituli, quę eſt in delinquẽte in eccleſia vel cimiterio ſub dicta ſpe: qui etiam ſub prædicta ſpe extra eccleſiam, vel cimiterium delinquit gaudet immunitate.arg.d.c.fin.hæc Syluest.vbi ſupra. Sylueſter.

4 Concluſio † ex prædictis reſultat, quod ſi non ex propoſito, vel veteri odio, ſed caſu fortuito, quis committat delictum in eccleſia gaudebit immunitate: alias non, iſta eſt communis opinio. Concluſio limitãs primã ampliationem.

Panor.in.d.c.fin.indiſtinctè tenet, quod quomodocunque deliquerit, quis in eccleſia, non gaudebit immunitate.

Opinionem Panor.credere fore veriorem per rationes ſuas: & poſito quod prima cauſa, ſeu ratio.d.cap.fina. eſſet finalis, aliæ etiam rationes ſequentes illius text. ſunt etiam finales: licet vna deficiat ſi aliæ remanent, non deficit. d.l. Petrus de Belluga in ſpeculo principum. fol.51. col.1. ver. reſtat videre de illo, qui violat immunitatem, quod non gaudet illa per dict.c.fin.eod.titul. quod videtur verum ſi immunitatem violet animo vt defendatur ab eccleſia: dic quod in dubio præſumitur præſumptione iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio, in contrarium facere hoc, vt defendatur ab eccleſia.allegat Anton.in dict. ca. fin.retuli ſupra, dicit vlterius D.Petrus vbi ſupr. quod etiã

ſi de illa voluntate non conſtet, vel etiam ſi non ſit huiuſmodi voluntatis locum habent, aliæ cauſæ, de quibus in d.c.fi. quæ fuerunt finales dictæ conſtitutionis, hæc autem impulſiua. Subuenitur tamen ei, ſi contrarium probaret. allegat Anton. vbi ſup. & in hoc reſidet. vult ergo dictus Doctor, quod ſi probetur delictum commiſiſſe, non animo ſe defendēdi in eccleſia, gaudebit immunitate; & iſta eſt communis, vt ſuperius dixi.

Illatio.

Vnde ſequitur, quod violatores eccleſiarum non gaudent immunitate, dixi in princ. iſtius fallent. & refero in fallen. 33. infra ibi vide.

Guilliel. Mayn. in. l. nemo. ff. de reg. iuris. fol. 250. col. 2. in fin. num. 28. quærit, quid ſi in eccleſia, vel cimiterio aliquis delinquat, non tamen ſub ſpe veniæ, vel eo animo, vt ab eccleſia defendatur, an poſsit extrahi ſecundum tenorem. c. fina. eod. tit. videtur quod non, quia ille tex. videtur ſe fundare ſub ſpe veniæ: quam ille non habuit ergo ceſſante cauſa. Hoſtien. tenet contrarium, & Panor. in. d. c. fin. retuli ſupra. qui præciſè tenet eum extrahendum, per deciſ. d. c. fin. vbi text. in ſua deciſ. allegat duas rationes, quæ videntur procedere in iſto caſu. Vna eſt, quia in eo, quo quis deliquit debet puniri: altera quia fruſtra legis auxilium implorat, qui committit in legem. l. auxilium. in fin. ff. de mino. c. quia fruſtra. de vſu. c. cum olim. de offic. deleg. & in delictis præſumuntur animi dolus, & animus malus. c. 1. de præſump. Hęc Mayn. vbi ſupra, & ſic reſidet cū Panor.

Secūda ampliatio iſtiꝰ fallen.

SECVNDO ampliatur dicta fallen. 3. quod licet ille tex. c. fi. loquatur in committentibus homicidia, vel mutilationes membrorum habeant etiam locum in alijs † criminibus extra homicidium & mutilationem. Panor. ibi. col. 1. ver. ſed ego vltra alios quæro. arg. pro & contra. tandem dicit, quod ſatis poteſt dici, quod in omnibus grauibus delictis habet locum. d. c. fin. tum propter identitatem 5





rationis: tamen quia rationes quæ ibi ponuntur, ſunt generales, ad omnia delicta, ſaltim enormia. & no. hoc dicit Panor. vbi ſup. Idem tenet Anch. in. d. c. fin. in prin. vbi notat text. ibi quod pro exceſsibus commiſsis in eccleſia delinquens immunitatem non conſequitur, & ponit text. exemplum de mutilationibus, & homicidijs: idem dicas in alijs delictis intus eccleſiā perpetratis, putà in adulterio, raptu virginum, & idem in furto. ſecundùm Hoſt. & Ancha. vbi ſupra. Idem tenet Steph. Aufre. in queſt. Toloſanis. q. 422. in prin. vbi dicit, refert, & tenet, id quod Panor. Ioan. de Bichis in. d. c. diſſiniuit. 17. q. 4. col. 11. fol. 74. in fin. ver. dicit. Panor. nu. 2. quærit de iſta quæſtione, & latè proſequitur eam referendo plures doctorum opiniones. Faciunt ad prædictam ampliationes ſequentes. Card. in. d. c. fin. tenet contrarium, ſcilicet, quod committens delictum in eccleſia, citra homicidium, & mutilationem, gaudet immunitate. refero eum in fallen. ſequenti. Communis opinio eſt cō tra eum, & retuli ſupra. & refero in ſequenti ampliatione. Collecta in dict. c. fin. eod. tit. in prin. quærit, quid ſi intra eccleſiam, quis committit ſacrilegium, homicidium, vel aliud crimen. Refert plures doctores, pro & contra, & reſidet cum Hoſti. quod non gaudet. Refert Goffredum. vbi ſupra, qui indiſtinctè dicit, quod tales eccleſia defendere debet, quia ſi repelleret eos videretur eſſe atrix ſanguinis, ſed Hoſti. vbi ſupra hoc non approbat, nec expreſsè reprobat in lectura. Refero eum in ſequenti fallen.

Syluest. in ſumma, in ver. immunitas. ver. 3. refert Panorm. quod. c. fin. habeat locum in omnibus delictis grauibus, ſecus in non enormibus ibi commiſsi, quia gaudet. Syluest. vbi ſupra.

Claua. in ſua ſumma in verb. immunitas. q. 17. Idem tenet Nicol. Boer. in deciſ. q. 119. col. 3. num. 4. refert Panor. in. d. c. inter alia. fol. 115. in prin. Sali. in auth. ſi quis ei. C. de

adult. dicit, quod eccleſia cum ſuo cimiterio habent immunitatem, præterquam, quando in eis aliquis occidetur, vel membrum mutilatur, in d.c.fin. & dicit Salic. quod forte per rationem. d.c.fin. poteſt extendi, ad quodlibet delictum per quod eccleſia violatur: eum refert, & ſequitur Angel. de malefic. in ver. quod fama publica. q. 8. fol. 73. col. 3. collat. Boeri. in ſuis deciſ. q. 100. col. 3. nu. 4. refert Panor. in dict. c. inter alia eſt. fol. 15. col. 3. in prin.

Tertia ampliatio iſtiꝰ Fallen.

TERTIO ampliatur † in committente furtum in 3 eccleſia, vt non defendatur ab ea. Hoſt. in ſumma iſto tit. in. 6. lib. tit. 30. fol. 86. Hoſt. in. c. fin. eod. titul. in fin. quærit quid ſi quis committit furtum in eccleſia, dicit, quod non defenditur, licet Goffre. contra. in. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. §. inquantum. col. 3. in prin. quærit, quid ſi committit, quis furtum in eccleſia, nunquid defendetur? non videbitur. Quia ſecundum Auguſt. nemo ad ſupplicandum debet admitti ibi, vbi ſacrilegium commiſit. c. frater. 17. q. 4. c. fruſtra. de vſu. ſed Goffre. dicit contra, quia duo genera hominum excipiuntur. c. inter alia. eod. tit. dict. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. quæ potius facit contra, ſecundùm Hoſtien. vbi ſup. & idem quod Hoſtien. tenet Ioan. And. in. d. cap. fin. eod. tit. in fin. & idem Anton. Cardi. in dict. c. fi. referunt Hoſtien. & dicit Cardi. in. d. c. fin. quod ad. l. ſi quis. poteſt reſponderi: quia licet clerici de honeſtate non debeant depoſcere vltionem propriæ iniuriæ, non tamen ex hoc debent omittere, qui perſequantur iniuriam eccleſiæ. Item ob delictum commiſſum in eccleſia perditur immunitas. d. c. fin. eod. tit. ſed quia dict. c. loquitur in homicidio, vel mutilatione poſſumus reſtringere, quod non habeat locum in alio caſu, ſed ſtet regula, quod ſit locus immunitati extra duos caſus, de quibus in. d. c. inter alia. & ſic ſaluabitur opinio Goffre. iſta ſolutio eſt mitior. Hæc Card. in dict.



dict. c. fin. & ſic vult Card. innuere, quod dict. c. fin. ſolum habeat locum in homicidio, & mutilatione: & non in alijs delictis, quia committens delictum in eccleſia citra homicidium, & mutilationem gaudet immunitate. Collect. in dict. cap. fin. quoad furtum. ſequitur Hoſtien. & ipſe Collect. in dict. c. fin. in prin. quærit, quid ſi intra eccleſiam, quis commiſit ſacrilegium. Refero ſup. in præce. ampliatione ad. 3. fallen. glo. in cap. frater. 17. quæſt. 4. in ver. ab omnibus cogit. arg. ex illo text. quod ſi aliquis committit furtum in eccleſia nō gaudet immunitate. & idem etiam tenet Ioan. And. in c. decet. de immu. eccle. li. 6. & ibi Ioan. Monachus. & Domin. col. 2. in fin. Idem tenet Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 57. co. 1. ver. ſecundum ergo canones, dicit, quod committens furtum in eccleſia, non gaudet immunitate. dicit tamē quod lex ſi quis, in hoc genus ſacrilegij dicit, contrarium facit ampliatio 5.

Concluſio.

Concluſio eſt, quod committens furtum in eccleſia non gaudet immunitate.

Quarta ampliatio iſtiꝰ fallen.

6 QVARTO, ampliatur † etiam ſi fur cum re furtiua fugit ad eccleſiā, nam talis nō gaudet immunitate, ſecundū Ioā. de Ana. in c. fi. co. pe. in fi. de furtis. poſt Anto. & alios vbi quærit de iſta quęſtione, & concludit, quod non gaudet immunitate, quia mutatione iuriſdictionis, nouum committitur furtū iuxta doctrinam Bar. in l. ſi dominum. ff. de furtis. loquēdo de fure, quod vbi reperitur cum re furtiua, videtur ibi furtū cōmittere, & poteſt ibi puniri vt plene. per Ana. in d. c. fi. & Barba. in c. poſtulaſti. co. 47. in prin. refert dictum Ana. Nam ipſi dicunt quod quidam fur fugit ad eccleſiam cum re furtiua, & fuit extractus ab eccleſia, & ſuſpēſus, & ille qui fecit extrahi, dubitauit in foro conſcientiæ an hoc de iure poterat facere, & fuit facta ſibi conſcientia à ſuo confeſſore. Iſta quæſtio dependet à dicta doctrina Bar. in dict. l. ſi dominum. Nam ſi ſua doctrina eſſet

na eſſet vera, talis fur non gaudet immunitate: ſi non eſt vera gaudet. Barba. in d.c. poſtulaſti. col. 48. cum ſeq. concludit contra Bart. & Rapha. Fulgo. conſ. 149. dicit, quod multi conſuluerunt, contra Bart. Marian. Socin. in d.c. poſtulaſti. col. 5. in princ. q. 8. refert, Bart. & ſe refert ad dicta per eum in c. 1. de rapto, vbi dixit, quod collegium Bononien. conſuluit contrarium. Caſſan. in conſue. Burgun. fol. 44. nu. 15. refert plures remiſsiones ad doctrinam Bart. vt in additio. ad Bar. in d. l. ſi dominum. vide latè iſtam quęſtionem, pro, & contra, & in final. verbis refert Bal. conſil. 150. in 5. volum. dicentem, quod opinio Bar. eſt de iure vera, licet de facto non ſeruetur.

Quinta ampliatio. QVINTO ampliatur, † quod cõmittens ſacrilegiũ in eccleſia nõ gaudet immunitate. dico in fallen. 31. quęſt. collecta. in dict. cap. fina. eod. tit. retuli in ampliat. præced. & expreſsè tenet hoc Nicol. Boer. in deciſ. q. 110. fol. 116. nu. 3. in 1. parte. 7

Sexta ampliatio. SEXTO ampliatur, quod perpetrans † adulterium in eccleſia non gaudet immunitate. Ancha. in dict. c. fina. in prin. retuli ſupra in 2. ampliatione. 8

Septima ampliatio. SEPTIMO ampliatur, † quod committens raptum virginum in eccleſia non gaudet immunitate. Anchar. in dict. c. fin. in princ. retuli ſupra in 2. ampliatione. 9

Octaua ampliatio. OCTAVO ampliatur, dict. c. fin. etiam ad alia † crimina præter homicidium, & mutilationem, ſecundùm Collect. in dict. cap. fina. in princ. vbi quærit, quid ſi intra eccleſiam, quis committit ſacrilegium, homicidium, vel aliud crimen: concludit, quod non gaudet, & ſic videtur extendere dict. cap. fin. ad alia crimina, niſi velimus dicere, quod intelligitur dictum Collect. in criminibus grauibus, prout Panor. & alij quos retuli ſupra in 2. ampliatione. 10

Exiſtens



# Exiſtens in eccleſia vulnerans exiſtentem extra. Fallen. IIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Exiſtens in eccleſia, ſi vulneret conſtitutum extra non habet ſecuritatem.*

2 *Quando principium, vel finis, in iſtis ſpectand. ſit.*

1 QVARTO fallit, quando ille qui ſtat in loco immunitatis percutit † exiſtentem extra locum immunitatis. Nam talis non gaudet, imo habet locum dict. c. fin. de immun. eccle. ſecundùm Panorm. in dict. c. fin. col. penult. in fin. vbi quærit, quid ſi exiſtens in loco immunitatis percutiat enormiter exiſtentem extra eccleſiam, an habeat dict. c. fin. dicit, quod credit, quod ſic, quia licet delictum principiatum fuit in eccleſia, tamen alibi conſummatum. Facit cap. 1. & ibi Panor. de præſum. & pernotata per Ioan. And. in regu. inſpicimus. de re. iu. in 6. Fallentia IIII.

Anchar. in dict. c. fin. quærit, quid ſi exiſtens in eccleſia vulnerauit eum balliſta exiſtentem extra eccleſiam, vltra 40. paſſus remittit ſe ad Bart. in l. libellorum ff. de accuſat.

Ange. de Claua. in ſumma, in ver. immunitas, quęſt. 23. quærit, vtrùm exiſtens in eccleſia vulnerans exiſtentem extra violet immunitatem, dicit quod ſic, allegat Panor. in dict. cap. fin. quia delictum fuit ibi principiatum, & habebit locum dict. c. fin. ſcilicet, vt non defendatur.

Syluest. in ſumma, in ver. immunitas. 3. q. 6. ver. ſecundùm qui exiſtens. refert Pan. in d. c. fin. quod habeat locũ dict. c. fina. vt non defendatur ab eccleſia, quia delictũ fuit ibi principiatũ, licet alibi conſumatum. refert tamen Bart. in l. quod ait, de adul. ff. vbi dicit, quod portans aliquẽ de platea extra plateã, & ibi eum percutit, non punietur, tan-

 quam

quam percutiens in platea. & ibi dicit, quod quando initium, & finis loci, & temporis ſunt illiciti fauore rei inſpicimus finem, ne de vtroque puniatur: ſed quando principiũ eſt licitum habens cauſam licitam, illud principium inſpicimus, per l. qui cum maior. ff. de bon. lib. 2. dicit Sylu. vbi ſup. quod tunc eſt dictum Bar. verum, vbi plures actiones ſunt, vt aggreſsio, ſequutio, & percuſsio. dictum vero Pan. vbi eſt vna actio tantum, puta vnus motus tali proiecti qui incipit in vno loco, & in alio finitur: & pro iſta fallen. faciunt notata per Ioan. And. in reg. in obſcuris. de reg. iuris in 6. vbi ſi exiſtens in vno territorio percutit exiſtentem in alio territorio poteſt ratione huius delicti conueniri in vtroque loco per tex. in c. 1. de præſum. & ibi Felin. not. 3. poſt Panor. & alios: & ibi refert plures Doctores hoc tenẽtes: & hoc etiam Marian. Socin. in c. poſtulaſti. col. 3. nu. 5. de foro compet. tenet, & refert alios Doctores in. 1. quæſt. & in. 5. fol. 98. col. 4. & fol. ſequen. col. 1.

In iſta materia, † an inſpiciatur initium vel finis, datur 2
doctrina, quod quando vtrumque eſt illicitum, ſcilicet, initium & finis, tunc finis attenditur, ſed quando initium eſt licitum, & cauſam habet licitam, tunc ipſum initium inſpicimus. tex. in l. quod ait lex. §. quid nam. & ibi Bartol. ff. de adulte. l. qui cum maior. §. 1. de bo. libe. ff. refert prædicta Marcus de Mantua. conſil. 91. nu. 15.

## Exiſtens in eccleſia mandans committi, dictum extra eccleſiam. Fallentia V.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutus in eccleſia, mandans extra eccleſiã delictum committi non fruitur immunitate.*

2 *Exiſtens*



2 *Exiſtens in vno loco, ſi mandet delictum, alio committit vbi conueniri debeat.*

3 *Quando locus percuſſarius inſpici debeat.*

4 *Committens delictum in eccleſia, ſi poſtea aliud committat, an poſſit gaudere immunitatis priuilegio.*

QVINTO fallit, quando exiſtens in eccleſia Fallent. 5.
1 mandat committi † delictum extra eccleſiã, an gaudeat immunitate. Iſta quæſtio dependet ab illa mãdator, vbi dicitur delinquere an in loco, vbi mandauit, vel vbi delictum fuit expletum. Panor. in dict. c. fin. in fine, format iſtam quæſtionem in iſtis terminis, & non decidit: ſed ſe refert ad Bal. in l. ſi vt proponitur. de fideiuſſo. ff. & in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de de iniu. & Ancha. in d. c. fi. etiam quærit de iſta quæſtione, & ſe refert ad Bar. vbi ſup. & iſtam quæſtionem etiã quærit Angel. in ver. immunitas. q. 24. & Syluest. in ver. immunitas. 3. q. 6. ver. 3. & dicunt, quod iſta quæſtio dependet ab illa, vbi dicitur delinquere mandator. & referunt Bart. vbi ſupra. Panor. vbi ſupra allegat text. in Clem. paſtoralis. §. necnon. iuncta glo. in ver. de diſtrictu. de re iudi. Vult innuere, quod dicitur delictum committere, vbi delictum fuit ſecutum, vt plenius per Bar. vbi ſupra. Syluest. vbi ſupra dicit, quod tex. dict. Clem. paſtoralis. iuncta glo. videtur innuere, quod ibi delictum committitur, vbi illud ſequitur, vel expletur: quia dicitur in dict. Clem. quod citatio facta infra fines imperij citatum extra imperium conſtitutum non arctauit: allegat Bart. vbi ſupra. Idem Bar. in d. l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſ. quærit de quæſtione. Si
2 exiſtens in vno loco † mandat delictum committi in alio loco, an mandans poſsit accuſari, vbi delictum eſt expletum, ſeu commiſſum: refert vnam opinionem, quod ſic: refert aliam, quod nõ poteſt conueniri, niſi in loco in quo fuit mandatum. Dicit Bart. quod oportet prius ſcire, vtrũ Nota Bartoli optimã doctrinam.

mandans

mandans delictum committi puniatur ex delicto, vel mā
dato, concludit Bar. ibi, quod ex delicto punitur: & idem
Bar. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniu. & per Bart. in
l. libello. ff. de accuſ. Iſta quæſtio de delicto cœpto in vno
loco & finito in alio, eſt ſatis trita per canoniſtas. plenè ma
ximè per Felin. in cap. fin. col. 6. de foro compet. vbi ponit
tres concluſiones, & refert plures Doctores, & in mandan
te concludit, quod delictum mandantis punietur à iudicia
loci, in quo delictum eſt factum, & non in quo eſt manda
tum. & refert plures Doctores, vt ibi per eum, & per Do-
min. & alios in. c. de homi. lib. 6. & ibi per Philip. Probum
nu. 12. refert Alexan. conſi. 216. in. 6. volum. vbi dicit, quod
debet puniri in loco, ad quem ordinabatur executio man-
dati. allegat Philip. Prob. Bar. vbi ſupra. & alios Doctores,
facit etiam glo. ſingul. in Clem. 1. vt li. pe. & ibi Anchar. &
alij. & Felin. in cap. 1. de præſumpt. col. pen. ver. facit etiam
iſte tex. Bart. in dict. l. libellorum. ff. de accuſ. ver. ſed quæ-
ro. Aliquis percutit Titium in platea, qui poſtea moritur
in alio loco; quis † locus debeat inſeri, dicit, quod locus
percuſsionis, & non locus vbi moritur: quia ibi videtur in-
terfectus, vbi eſt percuſſus. & Bart. ibi. ver. Vlterius quęro,
quid ſi aliquis in platea cum balliſta, percutit aliquem ex-
tra plateam, quis locus inſpicitur, concludit, quod inſpici-
Vide ſequē tem fallen- tiam & 10. & 14.
tur locus vbi quis percutitur. Si tamen eſt ſtatutum, verba
ſtatuti ſunt inſpicienda, faciunt quæ dico in fallentia ſe-
quenti: maximè in. 10. fallen. & 14. & faciunt aliæ quæ-
ſtiones, quas refert Alexan. in additio. ad Bartol. in dicta. l.
libellorum.

Ioan. Bichis in dict. tractatu de immu. eccle. col. 15. ver.
quid ſi exiſtens in eccleſia mandauit delictum ibi com-
mitti, vel è contra, exiſtens extra eccleſiam mandauit deli-
ctum comitti in eccleſia dicit, quod hæc quæſtio depen-
det ex alia; vbi mandator dicatur delinquere, an in loco
vbi



vbi mandauit delictum committi, an vero in loco vbi ex
tali mandato fuit ſecutum. refert text. in Clem. paſtoralis.
de re iudi. qui tex. videtur dicere delictum committi, vbi
fuit ſecutum, & ſi exiſtens in eccleſia, mandans homici-
dium committi, extra non priuatur immunitate. refert Pa
nor. in dict. cap. fina. de immunit. eccle. qui ſe remittit ad
Bart. retuli ſupra, & Ioan. Bichis reſidet in hoc, in iſta quę-
ſtione & Felin. in dict. cap. 1. de præſum. col. pen. & ſic prę
dicti Doctores volunt innuere, quod ſi exiſtens in eccle-
ſia mandat delictum committi extra eccleſiam, quod de-
bet gaudere immunitate.

Et faciunt differentiam inter iſtā Fallen. & Fallen. præ-
cedentē, ſcilicet, quod aliud ſit per ſe percutere, ſeu delin-
quere, & aliud mādare delinquere, ſeu percutere per aliū.

Maria. Socin. in. d. c. poſtulaſti. col. 3. ver. circa ſecundā
quæſtionem de for. compe. fol. 98. & col. 4. quærit, quid ſi
Florentinus mandat Florentiæ Titio, vt interficiat Seium
in ciuitate Bononiæ: & ita ſecutum eſt homicidium, quæ-
ritur coram quo iudice debeat iſte Florentinus puniri, di-
cit, quod coram Bononienſi, & iſta eſt communis conclu
ſio Doctorum in locis ſuperius allegatorum. Ioan. And. in
reg. in obſcuris de reg. iur. lib. 6. & in. c. 1. de conſec. eccleſ.
vel alta. Ancha. & alij, in dict. c. poſtulaſti. q. 2. & Marian.
ſe refert ad dicta per eum in. c. 1. de rapto. Dicit tamen idē
Marian. quod melius poteſt dici diſtinguendo quod aut
loquimur de pœna imponenda ratione mandati; aut ra-
tione delicti, ſi ratione mandati debet puniri, vt fuit man-
datum: ſi eſt ſtatutum de pœna mandantis ſeruetur ſtatu-
tum: ſi non eſt ſtatutum de iure communi punietur pœ-
na extraordinaria, vt latius per Marian. in dict. cap. poſtula
ſti. In ſecundo caſu ratione delicti venit puniendus per iu-
dicem loci, in quo delictum eſt conſummatum, per ſupra
dicta, & Anchar. in dict. c. poſtulaſti. q. 2.

Aduerte

Aduerte nam ſupra,in iſta fallen.retuli Bart. dicentem quod mandans punitur ex delicto, ac ſi ipſe deliquiſſet, ſi ergo ipſe delinquit non gaudebit per præcedentem Fallen.Item qui per alium facit,& licet quo ad forum procedant ſuperius dicta: tamen quo ad hoc, quod talis delinquens gaudet immunitate non crederem quod procederet, quod talis mandans, gaudeat immunitate, ſed quod non debet gaudere.

Notãda & acuta doctrina.

In iſto caſu & in ſequentibus fallen. ſunt duo conſideranda. Primò, quod in eccleſia fuit mandatum committi delictum. Secundò, quod extra eccleſiam fuit delictum executum,ſeu conſummatum,vel finitum,& ſic ſunt duo delicta. Primum fuit in eccleſia ratione mandati. Secundum extra eccleſiam,quia ibi fuit finitum: nam ſi iſte talis mandans, aufugit ad eccleſiam ratione ſecundi delicti, quia proceditur contra ipſum,videtur, quod debet gaudere per ſuperius dicta,quia vbi delictum eſt finitum,ibi videtur perpetratum,vt dictum eſt.Si ratione primi delicti, eo quia mandauit in eccleſia,videtur quod non debet gaudere,quia violauit eccleſiam, ratione mandati, & poſſet agi contra ipſum:tanquam contra violatorem eccleſiæ, & in iſto caſu non gauderet, quia violatores eccleſiarum nõ gaudent,vt dico infra.

Et pro deciſione iſtius caſus procedit quæſtio, † an 4
committens delictum in eccleſia, & poſt extra eccleſiam committit aliud delictum, & fugit ad eccleſiam, an debeat gaudere: dico infra in fallen. 11. & conſiſtit etiã, an ſint hæc duo delicta, quod ſolum mandatum ſit vnum delictum,& effectus mandati,ſcilicet,percuſsio ſic aliud delictum.

Reſoluitur infra fallẽtia.11.

Exiſtens



# Exiſtens extra eccleſiam, percutit ſeu vulnerat exiſtentem in Eccleſia. Fallent. VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Exiſtens extra eccleſiam vulnerans, aut percutiens conſtitutum in eccleſia quando gaudeat immunitate.*

1 SEXTO fallit, † Si exiſtens extra eccleſiam vulnerat,ſeu percutit exiſtentem in eccleſia, non gaudebit immunitate,quia delictum eſt commiſſum in eccleſia per not.in præcedenti fallen.ergo non gaudebit per dict.c.fin. Item alia ratione.Nam eccleſia remanet violata per effuſionem ſanguinis,& ſic violans eã,non gaudebit immunitate, vt dicã infra,in ver.violatores.& dixi in fine fallentiæ præcedentis.

Fallentia VI.

# Exiſtens extra eccleſiam mandauit delictum committi in eccleſia. Fallen. VII.

*SVMMARIVM.*

1 *Exiſtens extra eccleſiam mandans delictum committi in eccleſia, an etiam ſecuritate donetur.*

1 FALLIT ſeptimo, Si exiſtens † extra eccleſiam mandauit percuti, ſeu delictum committi in eccleſia, & iſte caſus poteſt intelligi duobus modis.Primo quod exiſtens extra eccleſiam mandauit alicui,vt iret ad eccleſiam,& ibi percuteret,ſeu vulneraret,vel occideret exiſtentem in eccleſia.

Fallentia VII.

Secundo

Secundo mandauit alicui exiſtenti extra eccleſiam, vt inde percuteret ſagitta, vel alio modo exiſtentem in eccleſia, talis mandans, ſeu mandator in vtroque caſu priuatur immunitate eccleſiæ per rationes præcedentis fallentiæ.

# Exiſtens in eccleſia mandat alicui, vt extrahat talem ab eccleſia. Fallentia VIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Extrahentes aliquem de eccleſia quando gaudeant immunitate.*

Fallentia VIII.

OCTAVO fallit, ſi exiſtens in eccleſia man 1
dat alicui, vt talem in eccleſia † exiſtentem extraheret ab eccleſia, non gaudebit immunitate, quia eccleſia fuit violata per iſtum mãdantem, vt ſupra dixi in proxima fallen. & idem eſt dicendum in mandatario.

# Si quis extrahit aliquem per vim ab Eccleſia. Fallen. IX.

*SVMMARIVM.*

1 *Quid de eo qui alium per vim ab eccleſia extrahit.*

Fallentia IX.

NONO fallit, ſi quis exiſtens † in eccleſia ex- 1
trahit exiſtentem in ea contra ſuam voluntatem, & extra eccleſiam eum vulnerat, non debet gaudere immunitate duabus rationibus. Prima,



Prima, quia videtur vulnerari in eccleſia, vt ſupra dixi in fallen. Secunda, quia per talem extractionem eſt violata eccleſia, & violatores nõ gaudent immunitate, vt inferius dico. Item etiam facit, quo ad iſtam fallen. ſequens fallen. Facit ſeq. fallentia.

# Si fuit extractus per veſtem ſeu clamidem, vel mantellum. Fallentia X.

*SVMMARIVM.*

1 *Extrahens aliquem ab eccleſia per partem clamidis, aut mantelli, an violet immunitatem.*
2 *An extrahens clericum excommunicatur.*
3 *Percuſſus in eccleſia, an dicatur qui per mantellum quod extra pendebat tractus eſt.*
4 *Quidem alia hic obſeruanda ex ſententia autoris legitur.*

Fallen. X.

DECIMO fallit, ſi extans extra cimiterium trahit eum qui ſtat intus per partẽ mantelli,
1 quæ manet, exterius offendit † immunitatẽ
eccleſiæ, & qui ſic extraheret clericum incideret in canonem. c. nuper. † de ſenten. excom. ſunt verba Ioan. And. qui allegat vim. in. c. fi. col. 2. in princ. de immu. eccle. Card. in. d. c. fi. in. 1. quæſt. & Anton. ibi in prin. quærunt de iſta quæſtione, & concludunt cũ Ioan. And. Petrus de Ancha. in. d. c. fin. refert plures quæſtiones, & quærit, quid ſi ſtantem intus per partem mantelli, quæ manet exterius ipſum trahit extra eccleſiam, & ibi occidit, an habeat immunitatẽ, ſi cõfugiat ad eccleſiã, dicit, quod Ioan. And. tangit iſtã quæſtionẽ de mantelo, & dicit, quod detrahens ſic clericũ incidit in canonẽ. c. nuper. de ſent. excom. Panor.

Panorm.in.d.c.fin.col.penul.in fin.dicit,quod talis extrahens per partem manteli, dicitur offendere immunitatẽ. ſecundum Vincen. Nam ſi ſic traheret clericum eſſet excommunicatus,per dict.c.nuper.Ioan. Bichis in.d.c.diffiniuit.fol.77.col.1.ver.ſed circa præcedentia quærit,quid ſi exiſtens extra monaſterium, trahit eum, qui eſt intra per partem manteli, an dicatur violare immunitatem. refert Vinccen.in.d.c.fin.quod ſi refert Panor.in dict.c.fin. Syl-ueſt.in ſumma,in ver.immunitas.3.q.6.idem tenet. Nam quærit,ſi exiſtens extra cimiterium, vel eccleſiam trahit violenter eum qui eſt intra per partem manteli, ſeu clamidis exterius exiſtentem, offendit hanc immunitatem. ſecundum Vincentium,in dict.c.fina. Nam ſic extrahens clericum incideret in canonem. c. nuper. In addit. ad Panor.in.c.fin.refert Bal.in.c.1.§.iniurio. col.5. de pace iura. firman.vbi ponit de illo,qui per mantelum extrahitur, & poſtea percutit,an dicatur percutere in eccleſia: concludit quod non.hæc in additi.ad Panor.vbi ſupra.

Vt extrahens clericum ab eccleſia, excommunicatur.

Bal.in.§.iniuria.col.4.in prin. ver. quærunt Doctores. fol.83.col.1. quærit, † an dicatur percuſſus in eccleſia, qui 3
per mantelum,quod extra pendebat, tractus eſt extra eccleſiam & percuſſus. Ioan. And.in.c.fina. de immunitate eccle. in nouella. dicit, quod non, quia aliud eſt trahere, aliud percutere, & diſcrepant ad inuicem, natura & effectu.l.neque.ff.de furtis. Nota enim dicit Bald. ibi, quod quando actus non determinatur ad vnum terminum, nec ad vnam ſpeciem delicti,ibi eſt pluralitas, etiam pœnarũ, ſed quando determinatur ad vnum finem: ibi ſunt duo propter vnum: ideo vtrobique tantum vnum. hæc ſunt verba Bal.vbi ſupra.

Ioan.Igneus in.l.1.ff.ad Syllan.fol.14.volu.4.nu.57.in ver.Bal.in.§.iniuria.refert Bald.ibi tenentem,quod ſi exiſtens in cimiterio tractus ſit per veſtem, aut clamydem penden-



pendentem extra cimiterium percutiens ipſum non videtur percutere in eccleſia,& ſic fugiens ad eam gaudet immunitate.retuli Bal.vbi ſupra.& dicit Ioan.Igne.vbi ſupra. quod Ioan.And.tenet contrarium, in.d.c.fina.de immun. eccle.retuli Ioan.And.& alios in.d.c.fin.ſupra.Bal.vt eum retuli.allegat Ioan.And.in nouella pro opinione ſua, in.d. c.nouella.Ioan.And.fuit, & eſt ſuper. 6. decreta. & ibi nihil dicit.in decret.ſuper.c.fina. retuli ſupra. & ipſe & alij, quos retuli,concludunt,quod talis extrahens offendit eccleſiam:tamen an videatur percuſſus in eccleſia; expreſsè non dicunt.

IN caſu iſto ſunt conſideranda duo attenta intentione
4 ſcribentium.Primo,an iſte,qui per mantellum † extrahit exiſtentem in eccleſia,vel cimiterio: & poſtquam extraxit,percutit eum & poſt fugit ad eccleſiam, an debeat gaudere immunitate. In prædicto caſu,eſt videndum vbi eſt delictum commiſſum:an in eccleſia à qua fuit per violentiam extractos, an extra eccleſiam, vbi fuit conſummatũ, dixi ſupra fallen.5.Secundò eſt conſiderandum,an eccleſia propter dictam extractionem ſit violata, & quod ſit offenſa in iſto caſu & ſic violata:omnes tenent,quod ſic,in dict.c.fin.& retuli ſupra in prin.iſtius fallen.Itaque ſi ratione offenſæ,ſeu violationis procedatur contra violatorem. Nam de iure punitur talis violator crimine læſæ maieſtatis. De iure vero canonico punitur pœna pecuniaria, & alijs pœnis.de quibus in ca.ſi quis contumax.17.q.4. dico plenius infra. Si proceditur contra iſtum violatorem ad pœnam violationis, & iſte fugit ad eccleſiam, an debeat gaudere,non debet defendi ab eccleſia dico.

Hinc colligitur caſus reſolutio.

Vide ſupra fallen.5.

Si tamen proceditur contra iſtum,non ad pœnam violationis, ſed ad pœnam alterius delicti, quod commiſit poſt violationem extra eccleſiam, & iſte talis fugit ad eccleſiam,an debeat defendi ab eccleſie?Iſta quæſtio depen

det ab illa, Si committens vnum delictum in eccleſia propter quod non debet gaudere immunitate, & poſt committit aliud delictum extra eccleſiam, & fugit ad eccleſiam, an debeat gaudere, poſtquam non proceditur contra eum, ratione primi delicti commiſsi in eccleſia, ſed ratione ſecundi delicti commiſi extra eccleſiam, dico in fallen. ſequen.

Vide ſequẽtem fallen.

# Delinquens in eccleſia vna fugit ad aliam. Fallen. XI.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquens in vna eccleſia, ſi fugit in alteram, num hoc priuilegio donetur.*

2 *Tres concluſiones, in hac materia legito.*

Fallentia XI.
In delinquente in vna eccleſia & confugiẽte ad aliam.

VNDECIMO fallit, quando quis commiſit delictum in vna eccleſia, † & propter illud 1
delictum, per eum commiſſum, fugit ad aliã eccleſiam: nam talis non debet gaudere immunitate: in iſtis terminis concludit deciſio capellæ Toloſanæ. Deci. 422. per. c. ad epiſcopos, cum ſequen. 17. q. 4. & dict. c. fin. iſto tit. & Aufre. in dict. deciſ. dicit. Idem videtur tenere Siculus in. c. fi. eod. tit. quia puniri debet quis in eo, quo deliquit, quia fruſtra legis auxilium. Panor. ibi non loquitur in terminis iſtius fallen. Nam ibi Panor. quærit an delinquens in eccleſia, non ſub ſpe veniæ, gaudeat immunitate. arg. pro & contra: & concludit quod non, ex quo deliquit in eccleſia, non debet reportare aliquod commodum occaſione eccleſiæ, de iſta quæſtione, ſub ſpe immunitatis, dixi ſupra in prima ampliatione ad tertiam fallen. In additio. ad Panor. dicitur propter quod videtur, quod ſi delinquens



delinquens in vna eccleſia, confugiat ad aliam, non gaudet immunitate, quod etiam videtur voluiſſe. glo. in. c. frater noſter. 17. q. 4. glo. ibi dicit, quod ſacrilegus in nulla eccleſia, tutus erit, cum in eccleſiam delinquat, & facit dict. c. ad epiſcopos. eadem cauſa & quæſtione. vbi text. dicit, non eſt dignus ingreſſu eccleſiarum, qui eas violat.

Turrecremata.

Ioannes de Turrecre. in. c. diffiniuit. 17. q. 4. col. 2. quærit, ſi quis commiſit maleficium in vna eccleſia, nunquid defendetur confugiendo ad aliam, non, ſecundum Guilliel. cum vna ſit eccleſia in toto orbe, & qui iniuriam facit vni & omnibus, licet de conſuetudine apud aliquos, aliter obſeruetur. hæc Ioan. vbi ſup.

Syluester.

Syluest. in ſum. in ver. immunitas. 3. q. 2. ver. tertiũ eſt, vbi dicit, quod delinquens in vna eccleſia, ab alia, ſi ad eã confugiat, non defendetur: quia cum vna ſit per orbem eccleſia, licet ſint multæ particulares, qui facit iniuriam vni eccleſiæ, facit & omnibus. Contrarium tamen de conſuetudine ſeruatur apud aliquos, forte reputantes, quod ſicut minor vtitur ſuo priuilegio contra alium minorem, ita vna eccleſia contra aliam. Hæc Sylueſt. vbi ſup.

Ioann. Bichis.

Ioan. Bichis in dict. tract. de immu. nu. 64. fol. 77. col. 1. quærit, an fugiens ad eccleſiam pro vno delicto, poſsit extrahi pro alijs prius commiſsis. Videtur dicendum quod non, cum iura ſimpliciter loquantur, niſi forte prius tale delictum commiſſum eſſet: pro quo non debet gaudere immunitate, vt publicus latro, & ſic delinquens in vna eccleſia, ſi confugiat ad aliã non gaudet immunitate: quia eſt vna eccleſia. c. loquitur. 24. q. 1. hæc Ioan. Bichis, vbi ſup.

Henricus.

Henricus Bohic in cap. penul. eod. tit. col. 3. dicit, quod delinquens in vna eccleſia, non defendetur ab alia, ſi ad eã confugerit: cum vna ſit eccleſia in toto orbe terrarum, licet ſint multæ aliæ particulares eccleſiæ, quia qui iniuriam facit vni, & omnibus.

Caſſan. Caſſane.in conſuet.Burgun.fol.57.col.1.ver. in deciſ. quærit de iſta fallen.& refert deciſ. Toloſ. quàm ſupra retuli,& reſidet cum ea.

Nico.Boer. Et iſtam quæſtionem in terminis fallen. ponit Nicol. Boer.in deciſ.quæſt.110.num.10.in.1.part.fol.116.col.3.in fine.refert Ioan.Bichis. retuli ſupra. Et contra eum refert deciſ.capellæ Toloſ.etiam retuli ſup.allegat etiam Caſſan. retuli ſupra.& concludit dict. Nicol. Boer. Si de delicto pro quo immunitate gaudere non debet, quis fuerit penitus pro alio delicto commiſſo, ratione cuius immunitatis non priuatur: Tamē cum ſit priuilegium eccleſiæ, vnico, non perditur actu etiam punito.per glo.in.c.cum acceſiſſent.de conſtit.& ibi Felin.col.17.ver.fallit.1.dicit. Tamē Boer.vbi ſup.cogita die, vt ſequitur.

1. Illatio. Ex prædictis † reſultant ſequentia. Primò, quod delin- 2
quens in vna eccleſia, ſi propter iſtud delictum fugiat ad aliam, non defendetur: iſta eſt communis, niſi de conſuetudine aliter ſeruetur. 2. Illatio. Secundò, delinquens in eccleſia, ſi fugit ad aliam, an poſsit extrahi pro alijs delictis, non niſi eſſent delicta, propter quæ non deberet gaudere immunitate. 3. Illatio. Tertiò, ſi quis committit delictum in eccleſia, & poſt committit aliud extra eccleſiam, an poſsit extrahi propter ſecundum delictum, dico, quod ſi primum delictū commiſſum in eccleſia eſt purgatum, ſeu punitum: ita quod non agitur ad eius punitionem, ſed ad punitionem ſecundi, debet eccleſia defendere eum. Nam nimis riguroſum eſſet quod delinquens, ſemel in eccleſia remaneret ſemper priuatus immunitate eccleſiæ.

Quæſtiuncula. Vide ſolutionem fallentia. 22. Sed quid ſi aliquis, exiſtens in eccleſia, blandis & doloſis verbis, alicuius exit ab ea, & extra eam, capitur per miniſtros inſtitiæ, an iſte taliter captus, debeat gaudere immunitate: dico infra fallen. 22.

Quando



# Quando volūtariè exit ab eccleſia. Fallent. XII.

## SVMMARIVM.

1 *Si quis voluntariè exeat de eccleſia, ſi poſtea puniatur, non videtur offenſa eccleſia.*

1 FALLIT 12. quādo † voluntariè exit ab eccleſia, & ſic ſi extractus voluntariè condemnetur ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, non eſt offenſa eccleſia. ſecundùm Hoſtien. collect. Ioan.And.Anto.Card.Ancha.Panor. in. d. c.fi.eo.tit.& fuit opinio Goffredi ſecundùm prædictos, & etiam eum refert Sylueſt.in ſum.in ver.immunitas.3.q.6. adde etiam, Si dolo decipitur, ſecundùm eum vide infra in fallen.15.quia canon ſolam violentiam cōdemnat, quæ non fit volenti.c.inter alia.§.1.eod.tit.& volenti nō fit violentia, neq; iniuria.regu.ſcienti.de reg.iur. in. 6.& pro iſta fallen.eſt tex.in.c.frater.in ver.reluctantem.17.q.4.& idē tenent Hugo. & Archid.in.c.reum.eadem cauſa, & quæſtione & tex.& ibi Arch.in.c.id conſtituimus.17.q.4.& in cap.vxor.eadem cauſa,& quæſtione,& ibi Archi.Card.in Clem.1. quæſt. 3. de pœnit.& remiſs.& Ioan.Igne. in.d.l. 1. ff. ad Syllan. fol.14.columna.4.ver.prædicta limita. Ioan.Bichis in dict.tract. eod.tit.in.6.notab.fol.76.col.3. nu.56.not.ex illo.tex.c.diffiniuit.17.q.4.in ver.extrahere, quod licet fugiens ad eccleſiam, non debet inuitus extrahi: tamen ſi voluntariè velit exire, poteſt extrahi etiam contradicentibus miniſtris eccleſiaſticis, cum talis fugiēs: per hoc renuntiet priuilegio, quod licitum eſt ſibi.c.vxor. 17.quæſt.4.vbi dicitur, quod ſola violentia punitur, vt ſupra dictum eſt.

Fallentia XII. De eo qui ſpontaneè exit ab eccleſia.

 In

# In homicida inſidioſo.

## Fallen. XIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Homicida inſidioſus hac ſecuritate careat.*
2 *Tres caſus, quibus homicida ab eccleſia extrahi poteſt.*
3 *Homicida inſidioſus priuilegio clericali, apud Gallos, non gaudet.*
4 *Vulnerans proditoriè, & per inſidias, quãdo gaudeat hac immunit.*
5 *Vulnerans mortiferè, ſi non moriatur, an teneatur de occiſo.*
6 *Duas concluſiones in hac materia elegantes legito hic.*
7 *Animus occidendi, quomodo cognoſcatur.*
8 *Aggrediens aliquem animo occidendi, aut vulnerandi, an gaudeat ſecuritate.*

Fallentia XIII. In homicida inſidioſo.

FALLIT in homicida † inſidioſo: nam talis 1
non gaudet immunitate cap. 1. de homicid. li
cet Panor. in. d. c. inter alia. eod. tit. teneat con-
trárium, ſcilicet, quod gaudeat. ſed Felin. poſt
alios in dict. c. 1. tenet quod non gaudet, & in quæſtioni-
bus Delphinatus. q. 121. & iſta eſt communis, & ſeruatur.
& Ioan. Fab. in. l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug. dicit,
quod homicida penſatis inſidijs, nõ gaudet, & iſtam quæ-
ſtionem latiſsimè proſequitur Ioan. Igne. in. l. 1. §. ſi domi-
nus. fol. 157. cum fol. ſequen. col. 3. in fine. in. d. §. ver. 2. con
cluſio. Dicit. 2. concluſio, ex communi omnium opinione
eſt vſu, & ſententia iudicum ſæpius recepta, occidentem
hominem per inſidias, ſeu alias proditoriè, non gaudere
immunitate. c. 1. de homic. & probatur hoc multis iuribus,
maximè diuino, vt ſcribitur. 3. Reg. 2. cap. & 2. Reg. capite
de Ioab, qui Abner filium Ner principem militiæ Iſrael,
proditoriè occidit: ſimiliter & Amazam filium Lether,
principem exercitus Iudeæ amplexando interemit, vt le-
gitur. 2. Reg. 2. cap. Quem poſtea Salomon iuſsit in tem-
plo occidi, & Banaias filius, Io y ayde, in templo ad quod



confugerat Ioab iuxta altare apprehendit, & gladio inter-
fecit. Banaiam demum exercitus, ſui ducem præfecit. Ec-
ce quomodo homicidè voluntarij, ſeu qui proditoriè ali-
quem occidunt, immunitate gaudere non debent. Ioann.
Igne. in dict. l. 1. §. ſi dominus. col. 9. fol. 158. & col. 2. Ioan.
Bichis in. d. tracta. eod. tit. in. 5. fallen. fol. 75. colum. 2. refert
iſtam fallent. refert etiam gloſſ. in dict. cap. ſicut antiqui-
tus. & ibi Archid. 17. quæſt. 4. tenentes contra iſtam fallen.
& Panor. in dict. c. inter alia. dicit, quod talis gaudeat im-
munitate. & ad dict. cap. 1. de homicidijs. reſpondet qua-
drupliciter. Primò, quod ille text. loquitur ſecundùm anti
qua iura veteris teſtamenti. Secundò, quod poteſt intelli-
gi, prout loquitur. ca. fin. eod. tit. ſed quando homicidium
commiſſum eſſet in eccleſia inſidioſè. Tertiò, quod ver-
bũ moriatur, intelligitur, ideſt, deponatur. Quarto, quod
intelligitur de incorrigibili, qui poſt appoſitionem tradi-
tur curiæ ſeculari. c. cum non ab homine. de iudi. Ita reſi-
det Ioan. Bichis. Sed communis opinio & obſeruantia, eſt
pro iſta fallent. Ioan. de Anan. in. dict. c. 1. col. 1. in fin. dicit,
2 quod † triplex homicida non gaudet immunitate eccle-
ſiæ, videlicet, qui occidit in eccleſia, qui occidit veneno, &
qui alias proditoriè occidit. per dict. capit. 1. ibi per indu-
ſtriam. Nicol. Boer. in deciſ. quæſt. 109. col. 2. refert opinio
nes Doctorum, & dicit, quod opinio quæ dicit, quod ho-
micida inſidioſus non gaudet, obſeruatur in Parlamento
Pariſienſi, vt plenius per dict. Nico. vbi ſup. & dicit Caſſa.
in cõſue. Burg. fol. 57. col. 1. in fi. ver. aduerte, quod in Gal-
lia practicatur, quod mortuarius ex propoſito, & per inſi-
3 dias, non gaudet immunitate. Nec etiam † priuilegio cle-
ricali, & alias fuit dictum per arreſtum, vt dicit Ioan. Gal-
lus in ſuis quæſtion. q. 172. in. §. per arreſtum. fol. 152. col. 2.
refero in fin. iſtius fallen. Mayne. in. l. nemo. de reg. iur. ff.
fol.

Tres caſus in quibus homicida nõ gaudet immunitate.

Priuilegio clericali nõ gaudet.

fol. 245. nu. 20. dicit, quod quicquid aliqui dixerint, quoad homicidas, qui per inſidias, & ex propoſito occidunt homines. Sæpiſsimè vidit iudicari, & practicari in caſibus occurrentibus de conſilio maximorum doctorũ ſequentium glo. & Abbatem antiquum, quod talis de eccleſia extrahatur, nec proderit illis immunitas eccleſiæ per illa, quę poſt Petrus Anchar. notat Ioan. de Anan. in dict. c. 1. de homici. licet hoc non placeat Panorm. qui tamen in fin. dicit illud cap. vt ſonat ſecundùm intellectum glo. & Abba. antiq. poſſet intelligi in homicidio tali qualificato, vt non videretur ſufficere etiam in clerico, quod deponeretur, niſi degraderetur, & traderetur brachio ſeculari, vt per Mayne. vbi ſup.

Alia quæſtio.

Dubitatur, an iſta fallen. procedat extra homicidium: nam † aliquis per inſidias & proditoriè vulnerat aliquem, 4
ſeu percutit, & non moritur, vel nondum moritur, & iſte vulnerans fugit ad eccleſiam, an gaudeat immunitate, ſcilicet, antequam ſequatur mors. Ioan. Ign. vbi ſup. in. d. l. 1. §. ſi dominus. col. 4. fol. 157. col. 1. quærit de iſta quæſtione: & primo arguit, quod non procedit fallen. extra homici. per dict. cap. 1. de homicidijs, vbi tex. vtitur verbo occiderit, & non loquitur de vulnerato etiam ſi per inſidias, ſed de occiſo per inſidias. Nam verba, quæ de occiſo loquuntur, requirunt actum perfectum & conſummatum. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. l. 1. ff. de extraord. crimin.

Opinio Bartoli.

vnde dicit Bar. in. l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de damn. infect. Quod ſi † ſtatuto caueretur, quicunque occiderit, 5
morte moriatur: ſi quis aliquem vulnerauerit mortiferè, & non moritur, non tenetur de occiſo: cum verba ſtatuti ſint ſtrictè, & in proprio ſignificato accipienda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. vnica. §. hoc interdictum. ff. de fonte. & ibi Bar. cap. in noſtra. & ibi Panorm. de iniurijs, & alij. vnde dicit Rapha. Cuman. in dict. l. de damn. infect. §. Sabinus.



Sabinus. quod antequam mors ſecuta ſit, quanuis vulnus lætale fuit de homicidio inquiri non poteſt: & multo minus puniri. vt latius per. d. Ioann. Igne. in. d. §. ſi dominus. col. 1. & 2. cum ſeq. & quo ad caſum noſtrum facit ratio. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fu. in qua Iuriſc. dicit ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet. Nã ſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit, ſed cum id caſus in ſtricta iuris diſputatione dubius ſit. vt per Bartol. & alios, in. d. §. Sabinus. & in. d. §. ſi dominus. maximè ſi vbi de ſtatuto hominum tantum, quæſtio eſt in ſtricta verborum interpretatione, extra proprium ſignificatum, trahi non debet. l. non aliter. ff. de legat. 3. quanto magis vbi de eccleſiaſtico priuilegio autoritate legis diuinæ confirmato condemnetur, per quod ſalus homini concedi poteſt, facilior eſt facienda pro religione & eccleſiaſtica immunitate interpretatio, ne homo pereat, ſed impunitus euadat: & ſic fauore immunitatis priuilegij, verbum occiderit, debet capi propriè & in proprio ſignificato, ſicut in ſtatutis hominum.

Probatur hæc opinio Exod. c. 1.

Item facit. c. 21. Exodi, dum ibi dicitur primo, Qui percuſſerit hominem, volens eum occidere, morte moriatur. Sequitur ſecundo, qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus eum tradidit in manus eius, conſtituant tibi locum, in quo fugere debeas. Sequitur tertio in eod. tex. ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo euelles, quod moriatur. Hæc tria vero cõtextu leguntur in. d. c. 21. Iſte text. ponit iſtos tres caſus prius in vulnerante animo occidendi. Si intelligamus inſidioſè, dicit tex. morte moriatur: Sed non dicit, quod ab altari euellatur, ſicut in. 3. caſu. & ſic facit tex. differentiam inter primũ caſum & tertium. Sequitur ergo, quod percutiens, ſeu vulnerans animo occidendi per inſidias, gaudet immunitate.

Secus ſi per inſidias, occidat. Ita inducit iſtum text. pro iſta parte Ioan. Igne. in d. l. 1. §. ſi dominus. col. 4. in fin. Nicol. Boer. in deciſ. q. 109. col. pen. in fin. refert text. Exodi. Glo. l. 4. tit. 11. partitæ. 1. tenet quod homicida inſidioſus ex propoſito, gaudet immunitate, retuli ſup. in. 4. præſuppoſito. l. 4.

Probatur opinio Bartol. ex glo. l. Hiſpa.

Prædictis non obſtantibus, concluditur, quod ſi quis per inſidias aliquem percuſſerit, animo occidendi, nõ gaudet immunitate, & hoc probatur per d. c. 21. Exodi, retuli ſupra. dum in eo dicitur, qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur, qui nõ eſt inſidiatus. Sed Deus, illum tradidit in manus eius conſtituã tibi locũ, in quo fugere debeas à contrario ſenſu. Si per inſidias percuſſerit, volens occidere, non eſt conſtitutus locus, in quo fugere debeat, ſicut nec ei, qui per inſidias occidit. Nã primus caſus d. tex. nõ loquitur de inſidioſo. Nã talis habet locũ in quo fugere poſſit, ſed ex caſu. 2. elicitur à contrario ſenſu, quod ſi talis percuſsio fieret per inſidias animo occidendi, quod non datur ſibi locus vbi fugere poſſit: & ſic æquiparantur iſti caſus percutiens per inſidias animo occidendi, & occidens aliquẽ inſidioſè. Vnde in illo. c. Exodi, conſideratur non factũ ipſum morte puniri, ſed ſolos inſidias cum voluntate occidendi, vt ſiue ſequatur homicidium, ſiue non. Si tamen ad aliquem extrinſecum actum cum inſidijs deuentum eſt, vt ſi ex animo ſeu voluntate occidendi, tantũ vulnerauerit, morte moriatur. Vnde ergo requiritur, qđ animo occidendi, fiat percuſsio. & per inſidias. per. d. text.

Deciſio quæſtionis contra opinioné Bartoli.

Item pro iſta opinio eſt etiam text. in. c. inter alia. eod. tit. vbi tex. quod publicus latro, vel nocturnus depopulator, qui dum itinera frequentata, vel publicas ſtratas, obſidet aggreſsionis inſidijs ab eccleſia extrahi poteſt. Nam ibi ſummus pontifex ſingulariter conſiderauit inſidias, vt propter paratus inſidias, latro etiam ſi hominem non occiderit,

Probatur hæc opinio



derit, ſed homini ex animo hominem occidendi, inſidias parauerit, immunitate non gaudet. & ratio eſt ex illo tex. cum enim ſecundum cano. & ll. tales impunè occidere, etiam propria autoritate licet. l. 1. & 2. C. quãdo liceat vni cuique. c. cum homo. 23. q. 5. & c. 2. & 3. de homici. glo. in dict. c. inter alia. in ver. latro. cum ſimil. quaſi à lege & canone diffidati ſunt: & ob id extra eccleſiam ſunt, quanuis intra limites templi ſint, nõ mirum ſi eccleſia eos nõ cuſtodit, ſecundum Ioan. Igne. in d. l. 1. §. ſi dominus. col. 7. in fi. & ibi ſup. in. 1. & 2. fallen. vbi me refero ad iſtam fallen.

Nam verbum occiderit etiã verificatur in eo, qui vulnerauit animo occidendi. l. 1. §. Diuus. ff. ad. l. Corne. de ſicar. & pleniſsimè per dict. Ioan. Igne. in d. §. ſi dominus. col. 5. & 6. vbi latè examinat iſtam noſtram cõcluſionem.

6 Erit ergo concluſio † ſi quis per inſidias aliquem occiderit, vel inſidioſè vulnerauerit animo occidendi, licet nõ conſequatur mors, non gaudet immunitate. facit tex. in c. 1. de homicidio. libro. 6. dico infra in. 16. fallent. refero dictum tex. cap. 1. Concluſio prima.

Erit alia concluſio. Quod vulnerans aliquem per inſidias, nõ animo occidendi, licet ſequatur mors, gaudet immunitate, per. d. l. 1. §. ſi Diuus. ff. ad. l. Cor. de ſicar. vbi qui hominem occiderit. Si non occidendi animo admiſerit, abſolui poſſe. Nã verbum occideret, in. l. Cornel. poſitũ, non ab euentu, ſed ab animo iudicat, vt is occidiſſe videatur, qui animo occidẽdi vulnerauit. facit. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. vbi tex. non minus. lex, eum qui occidẽdi hominis cauſa cum telo ferit, quia eum qui occiderit, puniat. Et ſic quanuis legis verba, vulnerantẽ etiã ex animo, ſub verbo occiderit, ſua ſignificatione non comprehendat ſententiam: tamen legis amplectitur, quæ ſufficit etiam in pœnalibus. l. ſed ſciendum. in fin. ff. ad. l. Pompeiam. de parri. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omnium iudicum. Felin. in cap.

Concluſio ſecunda.

in cap.nuper.notabili.8.de ſent.excom.& iſta ſententia eſt conformis iuri diuino,ſcilicet,ca.21.Exod.retuli ſupra.

Anim⁹ occidēdi quo modo cognoſcatur.

Et quando cognoſcatur † animus occidendi.ponit tex. 7
in.l.1.§.Diuus.ff.ad.l.Corn.de ſicar.Nam dicit tex. qui hominem non occiderit,ſed vulnerauerit,vt occidat, pro homicida damnandum,& ex re conſtituendum eſt.glo. ibi. in ver.ex re. interpretatur.l.ex cauſa. Non ita exponitur, ſed ex re,ſeu telo,vel inſtrumento percuſſum.Et hoc probat ratio illius legis,quæ ſequuntur. Nam ſi gladius extrinxerit,& cum eo percuſſerit,indubitatè occidendi animo, id admiſiſſe.& ſequitur.Sed ſi claua percuſſerit, aut cucuma,lux rixa,quanuis ferro percuſſerit,tamen nõ occidendi animo,leniendam eſſe pœnã.Refert plenius dict. Ioan. Igne.in dict.§.ſi dominus.col.6.& quando cognoſcatur animus occidendi, facit text.in cap. ſignificaſti.2. de homicidijs.

Alia quæſtio.

Quid ſi aliquis inſidioſè aggreditur † aliquem animo 8
vulnerandi,vel occideodi,non tamen occidit, nec vulnerat,quia nõ poterat:& iſte talis fugit ad eccleſiã, an debeat gaudere immunitate.Si dicimus punitur affectus, licet nõ ſequatur effectus.per.l.ſi quis non dicam.cum pluribus ſimilibus.Felin.in tractatu qualiter conatus puniatur, ponit iſtam regulam cum fallen.in.c.1.de præſump. Data regula pro vera:idem dicendum eſt ac ſi occidiſſet, vel vulneraſſet.Dicta tamen regu.non procedit hodie ex conſuetudine generali,ſecundùm Speculatorem in tit. de accuſatore.Refert eum Felin.in dict.tract.octaua fallentia:& Ang. de maleficijs in ver. Sempronium. fol.56.in paruo volu. & Alexan.poſt Angel.& Paul. in.l.1. quod quiſque iuris. Vide Felin.vbi ſupra. Nam dictum Speculatoris intelligi debet,quando delicta veniunt punienda,per ſtatuta ciuitatis.Nã tunc non punitur conatus.Specul.tamen indiſtinctè loquitur: & Alex.poſt alios in.d.l.1.quod quiſq; iuris, & Ang.



& Angel. in.d. ver. Sempronium,& poſito,quod dictum Speculatoris procederet.Credo tamen,quod talis conſuetudo excuſaret quem à pœna ordinaria: tamen ſi venit puniendus pœna extraordinaria,non gauderet. Nam ſi nulla eſſet pœna non indiget immunitate.

Reſponſio authoris.

Solutio cõtrariorum.

Non obſtant in contrarium allegata, maximè dictum Bar.quod verbum occiderit,debeat in proprio ſignificato accipi,maximè in ſtatutis:verum eſt niſi ratio publicæ, diſciplinæ ſuadeat mentem magis, quam verba ipſa conſiderari.l.1.in princ.ver.nec quiſque.ff.nautæ.caupo. ſtabularij ibi,niſi hoc eſſet ſtatutum materia daretur, &c. & clarius in.l.ita vulneratus. §. quod ſi quis. ff. ad. l. Aquiliam. vbi text.multa in iure ciuili: contra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe.Item vbi lex non ſimpliciter mortem conſiderat,ſed principalem qualitatem licet incidenter mortem ſpectet,eo caſu magis habenda eſt ratio qualitatis præambulæ, quam ipſius euentus mortis.dict.l.aut facta.§.euentus.ff.de pœn.cum ſimil. Quę refert dict.Ioan.Igne.in.d.§.ſi dominus.col.12.& 13. fol.159.in caſu noſtro,principaliter conſiderantur inſidię, licet conſideretur etiam mors.Ideo ſi inſidioſè quis vulnerauerit,animo occidendi licet non ſequatur mors,eo quia inſidioſè,non gaudebit immunitate,maximè quando verba legis ſunt ſatis clara.Nam vt ſuperius dixi,verba Exodi ſatis clarè probant,vulnerantem inſidioſè animo occidendi non debere gaudere,& non eſt ille text. aliter inducendus.Prout inductus fuit in principio.

Occidens ꝑ inſidias immunitate & priuilegio clericali priuatur.

Et iſti,qui per inſidias interficiunt,non ſolum non gaudent immunitate,vt dictum eſt,verumetiam nec priuilegio clericali,ſecundùm Ioan.Gall.in ſuis quæſtionibus.q. 172.in ver.per arreſtum.fol.107.col.2. refero etiam ſupra in prin.iſtius fallen.Guido Papæ.q.121.in addit. ad Ioann. Bichis in dict.tract.eod.titu.fol.73. col.1. & hoc vltimum, ſcilicet,

ſcilicet, quod non gaudeat priuilegio clericali ſeruatur in Gallia ex conſuetudine, ſecundùm prædictos, & refert Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 57. col. 2. in prin. & quis dicatur inſidioſus dico in fallentia ſequenti.

# Ille qui aliquem per inſidias deducit. Fallen. XIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſidioſè ducens aliquem in locum vbi occiſus eſt, non gaudet immunitate.*

2 *Inſidioſus quis dicatur.*

Fallentiá XIIII.

FALLIT 14. in illo, † qui aliquem per inſi- 1
dias deducit, & iſte deductus ab alio eſt occiſus. Nam ſi talem deducens confugiat ad eccleſiam non gaudebit immunitate, licet ipſe non occiderit per. l. item. Si obſtetrix iuncta glo. ver. in factum. l. qua actione. § ſed ſi quis de ponte. l. item mela. §. item. & cum eo. ff. ad. l. Aquil. gl. in. §. pen. inſti. de le. aqui. l. de pecoribus. C. ad. l. Aquil. & ſic licet is, qui parat inſidias tantum: & aliter non occidit, propriè non poſsit dici occidiſſe cum alius occiderit, tamen vtili. l. Aquil. tenebitur, ex ſententia verborum. l. Aquiliæ, & ſic ſolæ inſidiæ in. l. aqui. puniuntur, & imputantur ſicut & mors in ipſa actione directa per dict. iura. Ioan. Igne. in. d. l. 1. §. ſi dominus. col. 9. in fin. & col. ſeq. & vide fallen. 23. infra, & pro maiori declaratione iſtius & præcedentis fallentiæ, quæri-
tur, quis dicatur † inſidioſus. c. 1. de homic. dicit tex. ſi quis 2
per induſtriam, occiderit proximum ſuum; & per inſidias ab altari meo euelles, &c. Dicit ibi Anchar. quod homicidium committitur, quandoque per inſidias, & per induſtriam. Exemplum eſt. Quando aliud verbis, aliud mente gerit. Ideo ſi veniens tecum, tanquam ſocius itineris te percutit: dicitur hoc feciſſe proditoriè, & dicit Ana. ibi colum. 1. quod delictum quandoque committitur per induſtriam, ideſt, per inſidias. refert exemplum, quod ponit Anchar. retuli ſupra. Felin. in dict. c. in prin. dicit, Nota ibi per induſtriam & inſidias, quod exponitur & proditoriè: puta quando aliquis vnum habet in verbis, aliud, in corde. allegat Anchar. ibi, & ſic per prædictos infertur, quod inſidioſus, ſeu inſidiator: idem eſt, quod proditor. Quis dicatur proditor, prædicti doctores dicunt, prout retuli. gloſſ. in cap. clericus. 1. 46. diſtinct. ponit ſex modos proditionis. & ibi Domin. & Præpo. addunt alios duos. Felin. poſt Anchar. & Anan. ponit ſex exempla proditionis. Bart. in l. reſpiciendum. §. 1. in prin. ff. de pœnis. dicit, quod aliquando delictum, committitur ex propoſito: proditoriè eſt autem prodere vnum actibus oſtendere, aliud mente gerere. Vnde ſi veniens tecum, tanquam ſocius itineris, nulla interueniente rixa te percutit: dicitur feciſſe proditoriè, quia aliud gerebat in animo, quàm illud quod gerebat in actu, ſecundùm Bart. in dict. §. 1. & ibi ponit alia duo exempla. & Alexan. ibi in addit. ad Bartol. quærit, quis dicatur proditor: Refert Bald. in cap. 2. qui. mo. feu. ami. col. 4. ver. de proditore. dicit, quod vulgari nuncupatione eſt ille, qui ſine cauſa vlla, & ſine vlla diffidatione eum, qui de eo confidebat, vulnerat, vel grauiter offendit. allegat Bartol. in dict. l. reſpiciendum. & Bald. in dict. cap. 2. ponit tres modos proditionis. Alber. in tit. an ille, qui interfecit fratrem domini. & in vſu feud. colum. 2. ver. nota quod refert Andr. de Iſern. quod ille eſt proditor, qui tradit aliquem non diffidendo: ſed dicit, dic clarius, ſecundum Bar. in. d. l. reſpiciendum. §. 1. ff. de pœn. Prodere eſt, quando mente vnum geritur, & aliud actibus oſtenditur.

Quis proditor vel inſidioſus dicatur.

ditur.ponit.4.exempla Alb.vbi ſupra. Prodere etiam dicitur, qui vadit ad hoſtes, vel mittit literas, vel nuntium in damnum Domini, vel reipublicæ. l. 1. ff.ad.l.Iul.maieſt. Præpoſit.in cap.1.§.porrò. qui ſit cauſa. c.prima beneficij admittendi.col.3.num.11.& quo ad caſum noſtrum ſufficiunt ſupradicta. & Felin. vbi ſupra. & Alex. in addit. vbi ſupra.referunt plures remiſsiones.

# Ille qui facit interfici per aſſaſinos in aſſaſinis, & in committentibus aſſaſinatum. Fallen. XV.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſaſinis nullo immuni.priuilegio iuuatur.*
2 *Qui aſſaſini dicantur.*
3 *Sex Quæſt.13.priuilegi in hac materia remiſsiuè hic inſeruitur.*
4 *Aſſaſinus ſolo mandato, tametſi nullus effectus ſecutus ſit punitur.*
5 *Occidens aliũ, & ſine pecunia, vt domino plaudat aſſaſinus dicitur.*
6 *Cap.1.de homi.in viam locum habet in omnibus aſſaſinis.*
7 *Occidens homines pro pecunia, num aſſaſinus dicatur?*
8 *Plures opiniones in materia pulchrè referuntur.*
9 *Fautores aſſaſinorum, non gaudent immunitate.*
10 *Quid in aſſaſinis olim ſtatuendum ſit, hic legito.*

Fallentia XV.

FALLIT 15. in aſſaſinis.† De his aſſaſinis nullibi proprio nomine, mentio facta eſt, niſi in cap.1.de homi.lib.6.dicit Marcus de Mantua, in.10.libris obſeruationum, in.41. obſeruatione, pag.148.in tit.de aſſaſinis, & Bal. in.l.non ideo minus, col.1.de accuſationib.C.refero eum infra. 1

Dicit Hoſtien.in.d.cap.1.colum.2.de homi.lib.6.nam gloſſauit



gloſſauit decret.Innoc.IIII. quæ ſunt in.6. & iſta lectura eſt in lectura decretalium in fine.5.libr.fol.132.quod aſſa-
2 ſini †, dicuntur genus hominum peſsimum, qui ſic nutriti, credunt omnimodo ſe ſaluari, ſi præceptum domini ſui temporalis perficiant, vt latius dicit Hoſtienſ. vbi ſupra. Eum refert Probus in dict.capit.1.in princip.in additio.ad Ioan. monachum. Probus.

Archidiaconus in dict.cap.1.dicit, quod aſſaſinis eſt genus peſsimum hominum, & poſſunt dici à ſcindo ſcindis: quia aſcindunt animam à corpore iuxta velle ad mandatum ſui domini, cuiuſlibet Chriſtiani. Idem tenet Ioan. Andr.in dict.c.1.col.2.refert Archid. Idem etiam dicit Anchar.ibi in.6.not.& idem dicit Guilliel.de monte Laud.in d.1.col.1.in prin.& Domi. ibi in.§.cum igitur.in princ.

Quæſtio, qui dicantur aſſaſini.

Quæritur, qui dicantur aſſaſini. Archid.in.d.c.1.col.1. dicit, quod vulgariter aſſaſinos appellamus illos, qui pro pecunia, occidunt homines, ad inſtantiam aliorum. Sequitur Ioan.ibi.col.fin.in glo.probabiliter.& dicit Archid.ibi. notab.6.quod ſecundum communem loquendi modum aſſaſini dicuntur, qui pretio conducti delicta committunt. & iſti atrocius de conſuetudine puniuntur, quàm ſi gratis mandato ſuſcepto delicta cõmitterent. Et eum refert Ioã. Andr.ibi.Idem tenet Domi.in.d.c.1.§.cum igitur. in fine. §.referendo.Archid.& Ioan.And.quos ſupra retuli.Idem etiam dicit Philip.Franc.in.d.c.1.col.3.in fin.quod vulgariter aſſaſini vocantur, qui pro pecunia homines occidũt. Idem etiam dicit Anchar.ibi.col.3. in princ. quod ſecundum communem, atq; vulgarem loquendi, modum aſſaſini dicuntur, qui pretio conducti delicta committunt. allegat Ioan.Andr.ibi.

Summa Piſana.

Summa piſana, in ver.aſſaſinus.dicit, aſſaſini fuerunt, & forte adhuc ſunt, quidam infideles, qui ex quibuſdam falſis opinionibus de facili mittebant ad occidendũ, quemlibet

bet Chriſtianum, non curantes, ſi ob hoc occidendi eſſent ipſi, contra quorum peſtem fuit conditũ per Innoc. IIII. cap. 1. de homic. libr. 6.

Summa Roſella, in ver. aſſaſinus. de verbo ad verbum dicit, id quod ſumma Piſana, & ambo referunt contenta in diſpoſitione. d. c. 1. & in. d. ſumma Roſella, in ver. excõicatio. 24. fol. 145. col. 3. dicit idem quod in ver. aſſaſinus.

Angelus. Summa Angelica in ver. aſſaſinus. dicit, quod ſecundũ Archid. in. d. c. 1. aſſaſinus dicitur à ſcindo, is, quia ſcindunt animũ à corpore, & iſti propriè ſunt ſerui, qui ſunt ſub dominio alicuius: alij verò volunt, quod ſunt quidam infideles liberi, qui pro pecunia faciliter quærunt interficere homines, nõ curãtes ſi ipſi interficiantur: & quod ſint ſub dominio alicuius vel infidelis, dummodo pro pecunia eis data homines interficiant. Non refert ſecũdum Imol. & Domi. in. d. c. 1. de homic. lib. 6. hæc Angel. vbi ſupra.

Syluester. Summa Syluest. in ver. aſſaſini. dicit, quod aſſaſini dicũtur dupliciter, ſcilicet propriè, & trãſumptiuè per quandã ſimilitudinem, ſiue vulgariter aſſaſini propriè qui fuerint, ſunt opiniones. Nam quidã dicunt, quod ſunt quicunque ſub alicuius dominio pro pecunia, occidũt homines ad alicuius inſtantiã: & iuxta iſtam opinionem, nunc mundus plenus eſſet aſſaſinis, vel receptatoribus eorum: & innumerabiles ſubijcerentur pœnis. d. c. 1. nec haberet locum. d. c. 1. in certo genere hominum, quod non obſeruat conſuetudo: & etiam ratio non patitur: vt ibi per eum.

D. Antoni. Beatus Antoninus in ſua ſumma titu. 24. in. 3. parte ſuæ ſummæ: refert verba diſpoſitiua dict. c. 1. de homic. libr. 6. dicit, vlterius aſſaſinos, hoc eſt peſſimum hominum genus, & poſſunt dici à ſcindo, is: quia abſcindunt animam de corpore iuxta velle, & mandatum domini ſui, cuiuslibet Chriſtiani: refert Archid. vbi ſupra. Refert etiam ſummam Piſanam ad literam: retuli ſupra.

Summa



Caietanus. Summa Caietana in ver. aſſaſinus. dicit, quod aſſaſino, eſt nomen æquiuocum. Eſt enim nomen proprium, quorundam infidelium, qui facilè inducebantur ad occidendos Chriſtianos: & non contra ipſos, vtpote infideles: ſed contra mandãtes per ipſos aliquem Chriſtianum occidi. promulgauit Inno. in. d. c. 1. excõicationem, &c. Eſt etiam nomen vitij, pro quanto apud quoſdã Iuriſtas, ceu vulgariter dicuntur aſſaſini, qui pro pecunia occidunt homines ad alicuius inſtantiam: & ij non apprehenduntur ſub cenſura dicta, quanuis digni ſint morte, & temporali, & æterna: quia conditor Canonis de primis tantum loquitur, ex eo quod ſine additione aliqua illos nominet, vtpote tunc temporis notos, & meminit eorum domini: & ex eo quod meminit opprobrij Chriſtianę dignitatis, & nullius pretij, ſeu mercedis. Hæc Caietanus vbi ſupra.

In additionibus ad Domin. in. d. c. 1. de hæret. lib. 6. habetur in litera B, aſſaſinus dicitur, qui accepta pecunia cõmittit homicidium ad mandatum alicuius. allegat Bart. in l. Cicero. de pœnis. ff. Bart. ibi dicit, Nota quod grauius fit, quod per pecuniam, quàm quod fit ſine pecunia, quod facit contra aſſaſinos, qui occidunt aliquem pro pecunia. & Bart. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 14. in paruo volu. quod vulgariter dicuntur aſſaſini, quando aliquis facit, vel fieri facit delictum, mediante pecunia, & ibi remiſſiones per Alexan. in additionib. Idem tenet Angel. in. l. qui ſepulchra. de ſepulchr. viol. C. vbi dicit, quod ij propriè ſunt aſſaſini, qui corrupti pecunia faciunt homicidium. & in. l. 1. §. fin. de eo per quem factum ſit. ff.

Albericus. Alberic. in dictio. in verb. aſſaſinus. dicit, quod aſſaſini fuerunt quidam infideles, qui ex quibuſdã falſis opinionibus mittebantur ad occidendũ Chriſtianos, cõtra quorũ peſtẽ fuit ſtatutũ. c. 1. de hom. li. 6. & eſt peſſimũ genus hominũ homicidarũ. Ibidẽ per eũ in ver. aſſaſinus. & in ver.

L 2 aſſiſij.

aſsiſij, dicit, quod aſſaſini exponunt ſe morti, vt dominis ſuis obediant in malum.in.d.c.1.

Paris de Put.in tracta.de ſyndicatu, in paruo volu. fol. 138.nume.12.dicit,quod ij ſunt propriè aſſaſini,qui pecunia corrupti,delicta committunt.

Angel. de malefic. in ver. & Sempronium Rodul. fol. 55. in paruo volu. dicit, quod illi qui ſunt pecunia corrupti,ſunt aſſaſini.refert plures doct.

Salycetus. Salycet.in.l.non ideo minus.col. fin. dicit, quod delictum commiſſum per pecuniam in vtroque iure cenſetur atrocius,quàm ſi pecunia non interueniſſet,ideo pœna poteſt augeri: videtur caſus,in.c.1.de homi.lib.6.vbi aſſaſini grauius puniuntur, & quod aſſaſini vocantur vulgo, qui pecunia recepta, vel promiſſa homicidia committunt, & interpretatio vulgi eſt attendenda.l. cum de lanio. §. aſinam. ff.de fundo inſtructo.

Baldus. Bald.in.l.non ideo minus.col.1.ver.1.gloſ.2.de accuſ.ff. dicit, quod iſtud nomen aſſaſinum, non eſt nomen artis: & ideo non habemus de eo factam mentionem in iure ciuili: ſed per æquipollentiam.l. non ſolum.§. ſi mandato. de iniur. ff. vbi text. loquitur de eo, qui facit delictum pro pecunia,licet litera non appellet eum aſſaſinum, ſed locatorem & dominum conductorem.

Ant.Capit. Anto. Capiteus in deciſ.nouis Neapolitanis in iſta materia,ponit ſex † quæſtiones, & 13. ſpecialia,& nu.12.& dicit, quod aſſaſini vocantur vulgo ij,qui recepta pecunia, vel promiſſa homicidia committunt.allegat Salycet. in.d. l.non ideo minus.retuli ſupra. 3

Matthæus de Afflict.in.l. ſi feudorum.in titul. de capit. qui curia vendidit.fol.124.nu. 19.dicit,quod aſſaſini dicũtur,qui mediante pecunia aliquem offendunt.

Matth.de Afflict.in conſtitu.Neapol.in rubr.12.fol.49. dicit, quod Aſſaſinus dicitur, qui propter pecuniam datam,



tam,occidit homines,& contra iſtos aſſaſinos, ſemper ſolet augeri pœna.Idem Matth.de Afflict.in rub.3. fol. 194 nume.9. dicit,quod aſſaſinum dicitur homicidium commiſſum per pecuniam.

Petrus Paulus. Petrus Paulus conſil.66.in.4.vol.col.1.nu.3.dicit, verè ille aſſaſinus dicitur,qui pretio conductus, vel pecunia homicidium committit.allegat omnes Canoniſtas,in.d.c.1. de homic.lib.6.& Barto.& Alex. in addit.in.l.cicero. ff.de pœnis. & Angel. de malefic.retuli eos ſupra. & Franc. de Curte ſenior.conſil.20.nu.87.fol.26.col.1.ver. omitto poſtremo,qui dicit,quod committens homicidium propter promiſsionem pecuniæ, dicitur commiſiſſe delictum aſſaſinamenti,incurrendo in pœnas.d.c.1.

Hieronym. Gratus. Hierony.Gratus in reſponſorio 52.nu.47.in.2.libr. dicit,quod propriè eſt aſſaſinus,qui pecunia & promiſsione corruptus eſt,& nu.51.dicit, quod ſecundum cõmunem vſum loquendi, verbum aſſaſinandum ſignat interficere clam cum magna copia,non vocando illum, vt ſe defenderet,& intellige interueniente pecunia,vel promiſsione, & communis vſus loquendi, præfertur proprietati verborum.l.quod labeo.de ſuppellect.leg.ff.& per omnes, in rubri.de oper.noui nuntia.ff.

Philippus Corraſius. Philip. Corraſ. conſil.259. in paruo volu.col.2. in litera K, dicit, quod aſſaſinus dicitur quando quis pecuniam recipit, vel de ea recipiendo conuenit, pro interficiendo aliquem.per dict.c.1.de homic.lib.6.

Socinus. Bartholom.Socin.in.l.1.§.fin.ff.de eo per quem factũ erit.ff.refert Angel.ibi, quod huiuſmodi delinquentes per pretium, appellantur aſſaſini: ſecundum eum in pluribus partibus de conſuetudine, trahuntur ad caudem equi: de quibus aſſaſinis latè habetur in cap.1.de homic.lib.6.& eſt text.in dict.l.non ſolum.§.ſi mandato. de iniur. ff. vbi ille, qui dat pecuniam iſtis aſſaſinis vt aliquid mali faciant, con-

ductor nominatur. Bald. conſi. 283. nu. 1. refero infra.

Fulgoſius. Fulgo. in d. l. 1. §. fin. loquitur de iſtis aſſaſinis, qui ſunt, qui pro pecunia interficiunt homines.

Baldus. Baldus conſilio 256. in volumi. 2. dicit, quod non dicitur aſſaſinus ille, qui nec pro pecunia, nec pro ſpe præmij: ſed reuerentia paterna, vel amicitia, delinquit. Vult ergo, quod qui pro pecunia, vel ſpe præmij, delinquit, eſt aſſaſinus.

Baldus conſilio 383. numer. primo. dicit, quod aſſaſinus eſt, qui pro pretio, vel promiſsione recepta aliquem interfecerit. Similiter aſſaſinus fit, & eſſe intelligitur, qui pretio dato, vel promiſſo fecerit aliquem interfici. & dicit Bald. ibi, quod in aliquibus locis cauetur lege municipali, quod ſi quis aſſaſinauerit, vel aſſaſinare fecerit aliquem, trahatur per caudam equi vſque ad furcas, & ibi ſuſpendatur, taliter quod moriatur. & ibi latius per eum. Socin. in dicta. l. prima. §. fina. de eo per quem. ff. retuli ſupra.

Aretinus. Areti. conſil. 165. col. 10. ver. propterea. dicit, quod vulgariter appellantur aſſaſini, qui pro pecunia occidunt.

4 Item, dicitur etiam aſſaſinus † non ſolum, quando delictum eſt ſubſecutum: verum etiam, ſi non ſit conſummatum: nam ex ſolo mandato eſt delictum perfectum. ſecundum Ioan. And. in regu. in pœnis. col. pen. in fin. de regul. iur. lib. 6. Domi. Philip. Franc. in d. c. 1. ſuper gl. in ver. mãdauerit, quæ glo. dicit, quod ex ſolo mandato eſt ligatus. Ratio eſt, quia per ipſum mandatũ, eſt delictũ cõſummatum, & pœna impoſita ipſo iure: vnde pœnam ipſam non euadet, quantũcunq; reuocet. ſecundum Domi. & Franc. vbi ſupra. allegant Ioan. And. in regu. in pœnis. Nam per ſolam conuentionem, ſeu receptionem pecuniæ pro homicidio perpetrando eſt conſũmatũ delictum aſſaſinatus. ſecundum Philip. Corn. conſil. 249. col. 2. in litera N. Hoſtien.

Nota dictum.



Hoſtien. in c. pen. de cleri. nõ reſid. ſuper ver. aſsiſios. dicit, quod aſsiſij poſſunt etiã dici, quaſi aſſaſini: Sicut enim aſſaſini exponũt ſe morti, dominis ſuis obediendo etiã in malum. c. 1. de homic. lib. 6. Ita dicti aſsiſij inducendo mulierculas dominis canonicis. Hoſti. vbi ſupra. & Ioã. Andr. & Card. in q. 5. & Panor. ibi. & ſic prædicti Doctores volunt innuere, quod qui ſine pecunia †, occidit, vt dño placeat, vel obediat, dicitur etiã aſſaſinus. In addit. ad Domi. in d. c. 1. in ver. 6. idem dicitur. allegat Ioã. And. vbi ſupra. & Ang. de maleſ. in ver. Semproniũ. Rodulph. fol. 50. col. 4. in paruo volu. ibi refert. Angel. conſilio 14. vbi videtur velle, quod poteſt eſſe verus aſſaſinus, ſine pecunia.

5

Prima concluſio. Ex omnibus ſupradictis, reſultat primo vulgariter aſſaſinus, dicitur, qui pecunia recepta, vel promiſſa delicta cõmittunt ad inſtantiam alicuius.

Secũda cõcluſio. Item, aſſaſinus etiam dicitur, quando aliquis fieri, facit delictum mediante pecunia, retuli ſupra. Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato. retuli eum. Bald. conſi. 383. nu. 1. vbi dicit, quod aſſaſinus intelligitur eſſe, qui pretio dato, vel pro miſſo fecerit aliquem interfici. Angel. in l. pen. in princ. de ſepul. viol. C. poſt Cyn. ibi.

Tertia cõcluſio. Item aſſaſinus etiam dicitur, licet delictum non ſit conſummatum. ſecundum Ioan. And. in d. reg. in pœnis. de re gul. iur. lib. 6. retuli eum, & alios ſupra.

Quarta cõcluſio. Item aſſaſinus dicitur, qui ſine pecunia occidit, vt ſuo domino placeat, vel obediat. Hoſtien. & alij in d. c. penul. de cleri. non reſid. retuli ſupra. & alios.

6 Quæſtio vtilis. Dubium † remanet, an pœna decretalis primæ. de homi. libr. 6. habeat locum in omnibus aſſaſinis, quos ſupra retuli. Fran. Aretin. conſil. 155. col. 10. ver. tertio. allegant. Quærit de iſta quæſtione: & refert duas opiniones. Prima eſt Archi. & Ioã. And. tenentiũ, quod c. 1. ſolũ habeat locũ in certo genere perſonarum, & non generaliter in alijs.

Prima opinio.

Archidia.in dict.capit.primo.colum.prima.in ver.dominio,dicit, quod dict.capit.primo.non loquitur de his qui non ſunt ſub dominio alicuius, & dicit etiam Ioan.Andr. ibi, qui refert, & ſequitur Archidiaco. colum. fina.ver.in gloſſ. probabiliter. Idem Guillielm. de monte Laudi. in dict.capit.primo.in ver.dominio. Vbi dicit ergo iſta decretalis: non extenditur ad illos qui ſub nullius dominio ſunt: licet pro pecunia homines occidant: & ſic prædicti Doctores volunt: quod dict.capit.primo.habeat ſolum locum in ſubiectis domino: vt in ſeruis, & non in liberis hominibus.

Secunda opinio.

Secunda opinio eſt Imol. & Dominic. refert Imol. in dict.capit.primo.in §.cum igitur. in fine. vbi etiam refert Archidiaco. & Ioan. Andræ. dicit tamen, quod Ioan. de Imol.tenet contra dictum Archidiaco.per gloſſam.ibi,in verbo præſertim. Nam iſta fuit cauſa impulſiua, & non finalis.& ideo cum cauſa finalis, ſit periculum animarum: & correctio peccatorum, concludit etiam eſſe aſſaſinos non ſubiectos dominio alicuius: ergo in illis etiam habet locum dict. capit. primo. & hanc partem dicit Dominic. credit veram: quia text. in princip.§. cum igitur.loquitur de facientibus interficere: per aſſaſinos nec diſtinguit, an aſſaſini ſint ſerui, vel liberi, ſed ſimpliciter de aſſaſinis. Ita etiam loquitur. §.ſacri.diſtinct. cap. primo. ergo indiſtinctè intelligitur capit.ſi Romanorum.diſtinct.19. hæc Domin. vbi ſupra.

Philip.Franc.in dict.cap.primo.colum.3.ver.in glo. in ver. præſertim.tenet idem quod Domi. quod prædicta decret.1. habet etiam locum in aſſaſinis non ſubiectis dominio alicuius per dict.gloſ.

Bartol. in dict.l.non ſolum. §.ſi mandato. numero 14. in paruo volumi. vbi dicit, quod quando aliquis facit, vel fieri facit mediãte pecunia, delictum dicitur magis atrox: & propter hoc pœna poſſet augeri: & de facto videmus augeri in iſtos: qui vulgariter dicuntur aſſaſini, & videtur expreſſum. Hodie in dict.capit.primo.de homicid. libro.6.vult quod decretalis,illa de homicid.libr.6.emanauit contra illos, qui pro pecunia occidunt homines, & ſic ſine aliqua reſtrictione.



Salycet.idem dicit in dict.l.non ideo minus.retuli eum ſupra, & multi, quos ſupra retuli dicunt illos eſſe aſſaſinos, qui pro pecunia homines occidunt.

Aretinus in dict. conſilio 165. columna decima. dicit, quod ſi opinio prædictorum, ſcilicet Domini.& aliorum eſſet conſuetudine approbata ſtandum eſſet, et virtute conſuetudinis ſemota autem conſuetudine dicit, quod conſuleret, ſecundum opinionem Archidiaco. & Ioan. Andræ. quos ſupra retuli, mouetur Aretini. quod licet in princip. text. loquatur de aſſaſinis ſimpliciter: tamen poſt in ver. ſequenti. loquitur de certo genere perſonarum, & ſe refert ad nominatos in princip. per dictionem eorundem aſſaſinorum, & ſic oſtendit, de quibus intellexit in princip. cum aſſaſinos ſimpliciter nominat, declarat nominatos in princip.eſſe eos, quos in illo ver. nominat. vnde ſequentia hæc declarant præcedentia. Hæc Aretin.vbi ſupra.

Mouetur etiam d.Areti.alia ratione: Nam ſi Romanus Pontifex intellexiſſet in genere de omnibus, qui pro pecunia occidũt, & vulgariter appellantur aſſaſini, eandem pœnam impoſuiſſet facientibus ſcelus, ſicut mandantibus, cũ ergo nullam pœnam imponit facientibus, hoc non eſt ex alia cauſa, niſi quia diſpoſitio illa ſit ſolum contra illos, qui timebant cædes, per illos Infideles: de quibus Papa nihil diſponit: quia de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos. 2. quæſtione prima.cap. multi nec debet extendi decretalis illa cum ſit pœnalis, & exorbitans præterea in aliis non eſt eadem

dem ratio, illi enim contemnentes mortem vltra omnes homines, vt ibi tangitur per Doctores. Facilius & frequentius talia delicta committebant: contraria opinio eſt pro alia parte, quæ fortè conſuetudine approbatur. Hæc Areti. vbi ſupra.

Matthæus de Afflict. in titul. de capi. qui curiam vendidit in vſibus feudor. fol. 124. refert Archidiaco. & Ioan. Andræ. in dict. capit. primo. quod ille text. procedit in certo genere aſſaſinorum. Retuli ſupra. & refert etiam Bartol. aliud volentem. in dict. l. non ſolum. §. ſi mandato. de iniurijs. ff. & Angel. in. l. prima. de eo per quem fac. erit. §. fina. refert etiam Aretin. conſilio 165. retuli eum ſupra. & in hoc reſidet. & idem Matthæ. de Afflict. in titul. an ille qui interfecit fratrem. fol. 48. columna quarta. numer. trigeſimoſecundo.

Summa Roſella in ver. excommunicatio. 34. in ver. additio. fol. 145. colum. quarta. quærit an occidens † hominem pro pecunia dicatur aſſaſinus: & ſic incurrit pœnam. dict. capit. 1. de homicid. libro ſexto. dubium eſt an dict. decretalis diſponat ſolum reſpectu certi generis hominum, qui dicuntur aſſaſini: & erant Infideles, an vero contra omnes, qui pecunia accepta, vel promiſſa, promittunt aliquem occidere. d. Roſella vbi ſupra. Refert Franc. Aretin. in dict. conſilio antepen. & conſilio 165. columna decima. & refert eũ ad literam, & in hoc reſidet. retuli eum ſupra. 7

Sylueſtrinus in ſua ſumma. in ver. aſſaſinus. quæſt. prima. eſt fol. 49. colum. prima. quærit, vtrum dicta conſtitutio. dict. capit. 1. locum habeat ſolum in certo genere perſonarum, ideſt, aſſaſinis propriè, an generaliter in omnibus aſſaſinis etiam vulgo dictis, qui licet ſint Fideles, tamen aſſaſinorum more Chriſtianos occidunt, accepta pecunia. refert Ioan. de Imol. & Domin. in dict. cap. primo. qui



qui tenent, quod dict. capit. 1. habeat locum generaliter, nec refert quod ſint ſub alicuius dominio, vel Infideles, ſed ſolum, quod pro pecunia occidant, & dicit Sylueſtri. vbi ſupra. quod iſtam opinionem ſequuntur multi, vt Bartol. in. d. l. non ſolum. §. ſi mandato. & Salyce. in. l. ea quidem. & eſt in. l. non ideo minus. retuli ſupra. Refert etiam Archid. & Ioan. Andr. tenentes quod dicta decretalis habet locum ſolum in certo genere hominum, & perſonarum. retuli eos ſupra. Refert etiam Fran. Areti. in. d. conſi. antepen. qui etiam dicit, quod ſi opinio Imolæ eſſet approbata conſuetudine ſtandũ eſſet ei, virtute conſuetudinis, quare mota non conſulerem, inquit, ſecundum eam mouetur pluribus rationibus. retuli Areti. & eius rationes ſupra. & cum hoc reſidet. d. Sylueſtri. vbi ſupra.

Ioan. Andr. in. d. c. 1. dicit, quod pœna illius cap. 1. de homicid. lib. 6. non habet locum in aſſaſino interficiente Infidelem. Sed ſolum procedit in interficiẽte Chriſtianum, & eum ſequuntur ibi Doctores, & Philip. Cor. conſil. 249. col. 1. in fine. in ver. ſecundo.

8 ¶ Ex omnibus † ſupradictis reſultant opiniones ſequentes.

Prima opinio eſt Archidiaco. Ioan. Andræ. Guilliel. de monte Laudi. quos ſupra retuli, quod decretalis capit. de homicidijs. libro ſexto. habet locum in illis, qui ſunt ſub dominio alicuius: & ſunt infideles ſerui. ſecus ſi dicti infideles, non ſunt ſub alicuius dominio, & ſic volunt prædicti Doctores, quod dict. decretalis procedit ſolum in ſeruis Infidelibus, & non in hominibus liberis, & iſtam opinionem ſemota conſuetudine, tenent Aretin. Roſella, Syluester. quos retuli ſupra. Prima opinio circa quæſtionẽ vtilem.

Alia opinio eſt, quod dict. decretalis, id eſt, procedit in omnibus aſſaſinis etiam vulgo dictis, ſiue ſint Infideles ſerui, vel liberi, vel Fideles, qui more aſſaſinorum Chri- Secunda opinio.

Chriſtianos interficiunt pecunia recepta, vel promiſſa, & iſta opinio fuit Imol. & Domini. & aliorum quos retuli ſupra.

Tertia opinio.

Alia opinio eſt, quod pœna decretalis, non procedit in aſſaſino interficiente Infidelem ſecundum Ioan. Andr. in dict. cap. 1. retuli ſupra.

Quarta opinio.

Alia opinio eſt, quod pœna dictæ decretalis nõ habet locum quando delictum non eſt ſubſecutum: punitur tamen extraordinariè. Iſta fuit opinio. Dyn. & Angel. in. l. apud Labeonem. §. ſi curauerit. de iniurijs. ff. Bar. Hochinus, in ſuo repertorio. in ver. aſſaſini. refert Dyn. & Ang. vbi ſupra retuli ſupra.

Contra iſtud dictum Dyn. & Angel. tenet eos referendo Philip. Cor. conſil. 249. Nam ibi latè loquitur vſu per iſtam opinionem, tenens contra Angel. per. d. c. 1. & ibi refert alios maximè Ioan. And. in regu. in pœnis retuli eum cum alijs ſu. & Matth. de Afflict. in tit. an ille qui interfecit fratrem in vſib. feud. fol. 34. col. 4. nu. 32. cum ſeq. quærit de iſta quæſtione. & allegat pro & contra, & idem Afflict. in titu. de capitaneo, qui curiam vendidit in. §. ſi voluerit. in vſib. feud. fol. 223. col. 4. nu. 19. quærit aſſaſini non deduxerunt homicidium ad effectum, ſed attẽtauerũt, an puniantur, ac ſi illa feciſſent. allegat Bald. in. l. 1. de public. iudic. ff. quod ſic, & gloſ. & Angel. in. d. l. ſi hominem. §. ſi mandato. de iniur. ff. & ſcribentes in. d. c. 1. de homic. lib. 6. & Angel. conſil. 14. & Bartol. in. l. cicero. de pœnis. ff. & de iſta queſtione latiſsimè loquitur. Angel. de maleſi. in ver. Sempronium Rodulphi. fol. 55. col. 4. in paruo volu. videtur concludere contra dign.

Alia quæſtio.

Matthæus de Afflict. in conſtitut. Neapol. in rubri. 11. fol. 49. nu. 16. dicit, quod delictum inceptum, & non perfectum non punitur, tanquam conſummatũ. Fallit in aſſaſino qui per pecuniam datam ſibi, vt hominem occideret. Ludo.



Ludo. Boloqui. conſi. 8. col. 2. loquitur etiam de iſta quæſtione. Caſſan. in conſuet. Burgund. fol. 14. in nouis. col. 2. nu. 7. concludit, quod in aſſaſinamento etiam ſi non fuerit peruentum ad actum punitur: tanquam homicida. Refert plures Doctores, non plus inſiſto, in iſta quæſt. Nam in locis ſuperius allegatis poteſt videri, de ea ad plenum.

Communis opinio in vltima quæſtione.

Dico tamen, quod communis opinio eſt, quod punitur tanquam aſſaſinus, licet non ſit conſummatum delictum, & ſic punitur pœna ordinaria. & dicit Angel. in. d. ver. Sempronium. fo. 56. col. 2. in paruo volum. quod licet hodie de generali conſuetudine mundi, nõ puniatur affectus, niſi ſequatur effectus. Fallit in aſſaſino. Punitur enim capitaliter: licet non cõſummauerit delictum. Allegat Angel. conſil. 14. Nam valet conſuetudo generalis, quod non puniatur affectus, ſi non ſequatur effectus. ſecundum Specul. in titu. de accuſat. Refert Felin. in tract. quando conatus puniatur in 8. Fallentia. & Felin. in cap. 1. de præſump. tamen fallit, in aſſaſino: vt dixi. Idem tenet Marcus de Mantua in libris obſeruationũ. libr. 5. obſeruatione 41. fol. 149. in fin. refero eum infra.

Concluſio gñralis circa quæſtionem principalẽ huius Fallent.

Venio ad fallentiam noſtram, ſcilicet, an aſſaſinus fugiens ad eccleſiam gaudeat immunitate eccleſiæ, ſi dicimus de aſſaſino, qui conſummauit delictum, tenendo cõmunem opinionem, quod inſidioſus non gaudet immunitate, vt dico in Fallent. 13. ſupra aſſaſinus non gaudebit, quia inſidioſe commiſit delictum.

Aſſaſinus nullo modo gaudet immunitate.

Si dicimus, quod non commiſit, delictum, ſed attentauit: dico cõmunem opinionem, quam retuli ſupra in aſſaſino. Idem eſt attentare, quod committere. Imo etiam tenendo aliam opinionem quod non ſit idem, quoad pœnam ordinariam, ſed quod puniatur extraordinariè. vt retuli ſupra. non gaudebit immunitate, quia eo quod punitur extraordinariè commiſit delictum, ſi delictum fuit inſidio-

ſidioſum,ergo non gaudet:& quod aſſaſinus non gaudeat immunitate eccleſię,tenet expreſſè Marcus de Mantua in libr.obſeruationum legalium libr.5. obſeruatione 41.fol. 149.in titul. de aſſaſinis. allegat Panormit.in capit.inter alia. colum.quarta.de immunita.eccleſ.Panorm. non loquitur de aſſaſino.

Fautores aſſaſinorũ nõ gaudét immunitate.

Nec fautores † eorum gaudent immunitate, nec in eis habet locũ cõſuetudo cõtra rigoroſam deciſionẽ. l.ſi quis non dicam.de epiſc.& cleric.C.Alexan.in.l.1.in fin. quod quiſque iuris. ff.hæc Marcus de Mantua vbi ſupra. Angel. & Paul.de Caſtr.& Alex.in.d.l.1. referunt dictum Speculatoris in titul. de accuſatore.§.primo.retuli Felin.eum allegantem ſupra eod.& plenius in Fallent. 13.ſupra. 9

Alia quæſtio de clerico aſſaſino.

Quid ſi † aſſaſini fuerint clerici, habebit ne locum pœna.d.c.1.text.ibi,quod ſic. Sed quæritur, an poſsit talis clericus aſſaſinus puniri per iudicem ſecularem. Domini. in d.c.1.in fin.ver. ſecundum præmiſſa quærit clericus committens tale delictũ poſsit puniri per iudicem ſecularem, abſque alia degradatione,concludit,quod ſic: vt latius per eum.Stepha.Aufrer.in repet.Clem.1.de offi.ordi. in.1. regula.Fallent.18.fol.23.& Hippoly.de Marſil.in tract. cauſarum criminal.fol.98.& Ioan.Igne.in.§.non ad alias.l. neceſſarios.ad Syllan.ff.fol.177.col.3.nu.488.& Nicol.Eberardi.in tract.de modo arguend.fol.264.& Paris de Puteo in tracta.de ſyndicatu.fol.138.nu.12. tenent cum Dominico,quod ſi aſſaſinus ſit clericus,poterit puniri per iudicem ſecularem, quia ipſo iure videtur degradatus: & cuicunq; datur poteſtas ipſum occidendi.per.d.c.1.de homic.lib.6. & videtur ſpoliatus omni priuilegio clericali. & Hippol. de Marſil.in.l.vnic. de raptu virgin.C.fol.14.col. 3.in fin. paruo volu.& Petr.Paul.conſi.166.in 4.volu. & cõſi. 151. in.4.volu.& Anto.Capuc.in deciſio.nouis Neapolit.in.9. ſpeciali: dicit, quod iudex ſecularis in hoc crimine eſt iu- 10

dex



dex competens,etiam contra clericum. Allegat Lupum in dict.cap.1.de homic.lib.6.

Marcus de Mantua in 10.libris obſeruationũ. in titu.de aſſaſinis.pagina 148. dubitat de iſta deciſi. & ſibi videtur, quod per ſecularem non debet puniri talis clericus aſſaſinus, vt latius per ipſum ibi. Communiter tenetur contrarium,quod per ſecularem iudicem poteſt puniri.

Clericꝰ aſſaſinus vt talis à iudice ſeculari poteſt puniri.

# Quando mandato Papæ extrahit. Fallent. XVI.

DECIMOSEXTO,fallit,quando de mãdato Papæ,eccleſiaſticus iudex,extrahit malefactorẽ ab eccleſia.c.vxor felicis. ſecundũ vnum intellectũ.17.q.4.quia Papa eſt ſupra ius cap. propoſuit. de cõceſsione præbendarum.cum ſimil. Iſtam fallent.ponit dict.Ioan. Bichis in.d. tract.eod.tit.col.6. ver. fallit primo. in paruo volu.fol.72.

Fallent. XVI.

# In ſeruo. Fallent. XVII.

FALLIT, XVII.in ſeruo poſt cautionem immunitatis, præſtitam per dominum. Nam tunc eccleſiaſticus iudex eum expellet ab eccleſia.c.diffiniuit.in fi.c.metuentes.17.q.4.c.inter alia. in fine. eod. titulo. Nam ſi ſeruus fugit ad eccleſiam, gaudebit immunitate, tamen ſi dominus illum, repetit præſtita cautione per dominum, quod non malè tractabit,debet rector eccleſiæ,illum reſtituere domino:& ſi oblata tali cautione,rector eccleſiæ noluerit eũ reſtituere ſuo domino, ſi ſeruus fugiat, tenetur rector reſtituere, aut damnum emendare: prout voluerit dominus, vel

Fallent. XVII. In ſeruo data cautione à domino.

iudex

iudex eccleſiaſticus.c.denique.16.diſt.& gloſſ.fina.in.d.c. diffiniuit.17.quæſt. 4.& quod dictum eſt, quod præſtita cautione,eſt reſtituendus:eſt verũ niſi forte eſſet,vel præſumeretur de magna ſæuitia domini, quia hoc caſu haberet locum.§.fin.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.inſtit. quia tunc non redditur ſeruus domino. Sed ex quo eius ſæuitia eſt intolerabilis, compellitur dominus vendere ſeruum. ſecundum Anto.Panor.& alios in.d.c.inter alia.§.fina. plenius per Henricum Bohic in.c.pen.col.penul.eod.titul.& Ioan.de Bello viſ.in ſua practi.in tit. de fuga reorũ. fol.47. col.2.Cynus in.l.præſenti.de his qui ad eccleſ.confugi.C. Marian.Socin.in tract.de citatione.in.5.quæſt.col. 2. & 3. fol.30.Ioan.de Bichis in.d.tract.eod.titu.col.6.ver.quarto fallit.fol.72.col.4.fol.77.col.3.ver.nota ex iſto text. de iure ciuili ſi fugit,ſe abſtrahendo à ſeruitio domini, ſine armis, procedunt prædicta.Si vero cum armis irruit domino, & propter hoc fugit incõtinenti extrahitur non præſtita cautione.per l.ſi ſeruus.de his qui ad eccle.confug.C. & hanc opinionem ſentit Hoſtien.in ſum.eod.titu.§. inquantum. ver.cum quis ad eccleſiam.tamen text.in.d.cap.inter alia. non curat de iſta diſtinctione,nec eſt curandum,ſecundũ prædictos vbi ſupra.Marian.Socin.in tracta. de citatione. artic.18.fol.22.col.3.ver.ſecundo caſu.quærit de iſta quæſtione,& diſtinguendo, dicit, aut ſeruus fugit ad eccleſiã religionis cauſa,& tunc debet reddi domino, ſi infra triennium repetat,recepta cautione à domino, quod ipſum nõ puniet.in authen. de mona. §. ſi vero infra triennium. aut aufugit cauſa immunitatis conſequendæ, tunc aufugit propter nimiam ſæuitiam, & magnam domini atrocitatem, dominus cogitur eum vendere, niſi velit ipſe ſeruus redire.in.d.§.fin.de his qui ſunt ſui. inſtit. aut ſeruus fugit propter modicam ſæuitiam, tunc habet locum.d.c. inter alia. & lex præſenti.§.ſanè.reſtituetur domino recepto iuramẽ to à do-


to à domino de immunitate ipſius. Si vero nulla eſt ſæuitia domini, ſed forte aufugit, vt dominum defraudaret operibus ſuis: hoc caſu reſtituendus eſt domino. d.l.præſenti.§.ſanè. Hæc procedunt, quando ſeruus non fugeret ad eccleſiam propter delictum:ſed ſi fugeret propter delictum,dicit Maria. quod non intendit ibi hoc tractare, ſed in locis præallegatis,in iſto caſu eſt dicendũ, quod ſi propter delictum commiſſum, per ſeruum ipſe fugiat ad eccleſiam,gaudebit immunitate.per.c.inter alia. & ibi omnes in.d.l.præſenti.

Glo.in.l.3.tit.11. part. 1. diſtinguit etiam, retuli ſupra in 4. præſuppoſito.

Signo.de Homodis. in repet.l.nemo. C. de ſacroſanct. eccle.col.6.in.5.quæſtione,dicit,quod aut confugit ad eccleſiam propter immenſam iniuriam domini: & tunc habet locum.l.2.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iu.& inſt. eod. §.fin.retuli ſupra.Interdum fugit propter modicam iniuriam domini,vel propter nullam cauſam, vel propter modicum delictum, ſui tunc reſtituendus eſt domino, data per dominum ſecuritate,quod ob dictam cauſam, ipſum non offendit, aut ob delictum immenſum ipſius, vel ob maleficium,& tunc non eſt danda ſecuritas.l.3. C. de his, qui ad eccleſias confug.Interdum fugit, ob bonã conſcientiam,quia vult effici monachus, tunc intra triennium domino reſtituetur: data tamen ſecuritate à domino, quod ipſum non offendet. Poſt terminum, nullatenus audietur dominus.§.ſi quis.in authen.de ſanct.epiſcopis.&.§.ſi vero.in authen.de monachis.

Marcus de Mantua.conſi.201.num.15.& ſequen. dicit, quod ſeruus non habet hoc priuilegium immunitatis. per dict.l.2.C.de his,qui ad eccle.confu. forte ea ratione, quia ciuili & prætorio pro nihilo reputatur.l.quod hactenus.ff. de regul.iur.l.1.C.de iure delib.& mortuo comparamus.

 l.ſerui-

l. ſeruitutem. ff. de regul.iuris. imo pecudibus.l.2. ff. ad.l. Aquil.hæc Marcus vbi ſupra. Tamen dictus Marcus,conſil.60.tenet,quod ſeruus gaudet.col.2.in princ.¶Tene diſtinctionem Sozini vbi ſupra.

# In Iudæo, Pagano, ſeu Hæretico, & Apoſtata. Fallen. XVIII.

***SVMMARIVM.***

1 *Iudæus,paganus,hæreticus,non donetur immunitate.*
2 *Iudæi communibus irretiti aut molle debitorum grauati ad fidem Chriſtianam an recipiendum ſit.*
3 *Quid in Apoſtata.*
4 *Conciliatio opinionum in hac materia.*

**Fallentia XVIII.**

DEcimooctauo fallit, in Iudæo † Pagano, ſeu 1
hæretico, qui non gaudent immunitate eccleſiæ.per text.iuncta glo.in.l.1.C. de his,qui ad eccle.confug.& glo.in.l.2.eod.tit.Nam fugientes ad eccleſiam,non ſunt extrahendi ab ea, per dicta iura fallit,ſi nõ eſt Chriſtianus,vt ibi facit etiam tex.in authen.vt liceat matri & auiæ.coll.8.Idem etiam tenet gloſſ. in ver.cogentur,in fin.in authen.de man.prin. §.publicorum.coll.3.& Cynus in dict.l.præſenti.quæſt.1. C. de his, qui ad eccleſias confug. & Salic. in. d. l. 1. dicit eccle.non eſſe tutelam eorum,qui non ſunt ſub ea, idem etiam tenet Oldra.conſi.54.circa finem,& Archid. in.c.diffiniuit. 17. quæſt.4.& Henri.Bohic in c.eccle.iſto tit.col.2.ver.aut ille qui fugit, vbi dicit iſtam opinionem eſſe veriorem. Iacob.de Bellouiſ.in ſua practica, in tit.de fuga reorum. fol. 47.col.2.dicit,quod non gaudent. Ioan. Fab. in. l. 1. C.de his,qui ad eccle.confug.in prin. dicit, quod non gaudent vbi



vbi ſimulatè accedunt,alias ſecus. per glo.in.d.c.inter alia. glo.in pragma.ſanctio.in tit.de inter.indiffer. non ponendis.fol.196.col.3.in ver. Iudæo. quærit de iſta quæſtione: & concludit quod non gaudet,vt clarè patet in dict.l.1. de his,qui ad eccle.confug. C. & in extrauagan. Martini, & Ioan. directis Inquiſitoribus Franciæ, in quibus cauetur, quod ſi hæreticus, Iudæus, vel apoſtata fugiant ad eccleſ. non ad remedium ſalutare,ſed cauſa euitandæ pœnæ Inquiſitores,poſſunt eos ab eccleſia extrahere,& contra illos procedere,ſicut ſi non fugiſſent ad eccleſiam. Iſtam opinionem etiam tenet Hoſtien.in ſumma.eod tit.§.inquantum.col.2.in princ.in ver.& ſi Iudæus.& in repertorio inquiſitionis,in ver.captura.col.5.in princ.quærit, An hæreticus confugiens ad eccleſiam gaudeat immunitate eccleſiæ,taliter quod non poſſet capi & extrahi ab eccleſia, concludit quod non,quia vbicunque poteſt capi ad incarcerandum.per dict.glo.in authen.de manda.prin.& gloſſ.in dict.l.publica.C.de his, qui ad eccle. confug. Idem etiam refertur in dict.repertorio Inquiſitionis,in verb.immunitas.Ancha.in d.c. inter alia.co.2. idem tenet, dicens, quod qui non eſt catholicus,non gaudet hac immunitate. Item tenet Signoro. de Homodeis, in l. nemo.C.de ſacroſanct. eccle.co.6.in 5.quæſtione.

**Prima opinio eſt quod ſolus catholicus gaudet immunitate.**

Placen.in d.rubr.de his,qui ad eccle. confu. dicit,quod Pagani, vel Iudæi, ſi ad fores eccleſiæ veniunt, vt intrent etiam ſi Chriſtianæ legi, ſeiungi velle ſimulent, admitti non debent, ſcilicet, multo fortius. Si criminibus fuerint
2 † irretiti,vel mole debitorũ grauati: etiam ſi fortè denuo vellent Chriſtiani fieri,niſi primo innocentiam ſuam purgauerint, vel debita vniuerſa reddiderint, quæ dicta ſunt, oportet intelligi, niſi fortè creditor vel accuſator, ſua autoritate, & non ex iudicis vel iuris permiſſione paganos, vel Iudæos proſequatur vt occidat,

**Nota doctrinam.**

**Limitatio.**

 tunc

tunc debent admitti, nunquam tamen ſi admiſsi fuerint, vel inopinato irruerint, extrahi debent, niſi forte in eccleſia fecerint. Vult ergo prædictus Doctor, quod ſi Pagani, vel Iudæi, intrauerint ſemel in eccleſiam, quod debent gaudere.

Angelus. Angel. in ſua ſumma in ver. immunitas, col. 2. in fi. quęrit, An Iudæus fugiens ad eccle. gaudeat iſto priuilegio: & dicit, quod non, per glo. in d. l. 1. C. de his, qui ad eccle. cõfug. quæ glo. eſt verior, quàm glo. d. c. inter alia. allegat Panor. in dict. c. inter alia. refero infra. dicit Angel. vbi ſupra. Ego dicerem, quod ſi venit ad eccleſiam & petit baptiſmum, quod gaudebit, alias non, quia videtur veniſſe vt effugiat, & non cauſa fidei. Panorm. in. d. c. inter alia. col. 2. ver. 1. Igitur quæro, An Iudæus fugiens ad eccle. gaudeat immunitate. allegat glo. ibi, quod ſic, dummodo abſit diſſimulatio. per. d. l. 1. de his, qui ad eccle. confug. C. Vult dicere, quod ſi Iudæus fugit ad eccleſiam, & vult effici Chriſtianus, gaudere debet hac immunitate. Dicit Panor. glo. fore contrariam, in. d. l. 1. quæ dicit, quod etiam ceſſante diſſimulatione, non gaudebit Iudæus hac immunitate. & iſtam gloſſ. l. 1. credit Panor. eſſe veriorem. Nam. l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. inducit præſumptionem iuris, & de iure contra diſsimulationem, quia præſumitur fugere: non propter zelum fidei, ſed propter euaſionem delictorum, vel criminum, vt latius per Panorm. vbi ſupra. Iſtam opinionem etiã tenet Anan. in c. Iudæi. 1. col. 1. de Iudæis. vbi quærit, An Iudæus fugiens ad eccle. gaudeat immunitate, concludit quod non. allegat Oldra. & alios.

Hyppolytus. Hippolyt. de Marſil. in. l. ex ſenatuſconſulto. ff. de ſicar. col. penul. fol. 41. col. 1. quærit, Vtrùm an Iudæus gaudeat immunitate, & quod non gaudeat, allegat aliqua iura: quę ſuperius retuli, & quod gaudeat, allegat etiam aliqua iura, quæ infra refero: qui tamen concludit, dicens, quod opinio



nio communior eſt, quod non gaudeat per allegata ſuperius. & idem Hippol. in. l. vni. de raptu virg. C. fol. 15. col. 3. ver. dubitari poteſt. quærit de iſta quæſtione. Allegat primo, quod non gaudet, & poſt dicit quod ſic. Dicit tamen, teneo indubitanter, quod diſtinctio quàm ſupra feci de Chriſtiano fugiente ad eccle. debet fieri in Iudæo. Vult dicere, quod id quod dicitur de Chriſtiano, erit dicendum de Iudæo: & iſtam diſtinctionem ponit Hippolyt. in dict. l. vnic. col. 3. fol. 15. col. 1.

Maria. Socin. in tract. de citatione, artic. 17. fol. 22. col. 3. quærit de iſta quæſtione, & arguit pro & contra. Dicit tamen, quod iſta opinio quod infidelis non iuuet, videtur magis æqua per cap. fin. eod. tit. priuilegio vti non debet, qui eum nititur impugnare: conſuetudinem tamen approbatam fore tenendam. Marian. Socin.

3 De apoſtata † loquitur dict. extrauagans allegata in gl. pragm. ſanctio. quam retuli ſupra. & loquitur etiam Nico. Boer. in deciſ. q. 110. num. 6. in. 1. parte. fol. 116. col. 2.

Marcus de Mantua conſi. 211. nu. 17. tenet, quod Iudęus non gaudet immunitate: quia de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos. c. gaudemus. de diuor. & ad propoſitum. d. l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug. ſed ſolus fidelis, & Chriſtianus. Marcus vbi ſupra.

Alia opinio eſt, quod Iudæus, paganus, & hæreticus, fugientes ad eccleſiam, gaudent immunitate. & pro iſta opinione allegatur glo. in dict. c. inter alia. in ver. extrahendus, quæ dicit, quod Iudæus etiam non eſt extrahendus, dummodo abſit ſimulatio. per. d. l. 1. & vult dicere, quod ſi Iudæus fugit ad eccleſiam volens effici Chriſtianus, gaudebit: alias non, quia videtur veniſſe, vt fugiat: ſed non cauſa fidei. & iſtam opinionem, ſcilicet, quod indiſtinctè gaudeat, tenet Guilliel. de mon. Laud. Anchar. Card. & Imol. in Clem. 1. de pœnit. & remiſs. laud. ibi col. 2. dicit, quod Secunda opinio.

Iudæus gaudet, dum tamen fictè, vel ſimulatè non currat, nec petat ſuffragium. Anchar. ibi. col. 2. q. 2. quærit, Quis criminoſus confugiens ad eccleſiam, conſequatur immunitatem, dicit, quicunque ſit etiam Iudæus.

Imola.

Imol. col. 2. in princ. ver. 2. quæritur, Quis gaudet hoc priuilegio, dicit, quilibet cuiuſcunque conditionis exiſtat, etiam Iudæus, qui non fictè, vel ſimulatè confugit. Card. ibi. col. 1. quæſt. 3. quærit, quis gaudet immunitate, dicit, quod quicunque, cuiuſcunque conditionis ſit. Vital. in d. Clemen. 1. col. 8. num. 80. dicit, quod Iudæus, vel alius infidelis, confugiens veraciter, vt ibidem protegatur, non autem fictè vel ſimulatè, gaudet hac immunitate.

Turrecremata.

Ioan. de Turrecre. in dict. c. 1. diffiniuit. 17. q. 4. col. 2. in prin. quærit, Vtrum Iudæus vel paganus, gaudeat hoc priuilegio? refert Hugo. dicentem, quod ſic licet quidam dubitent, tamē Guilliel. dicit, quod idem de eo, ſicut de alijs: dicit tamen dict. Ioan. de Turrecre. in hoc cōſuetudinem 7
approbatam eſſe ſeruandā. Hoſtien. & Ioan. And. in. d. c. inter alia. & ibi Cardi. q. 1. idem tenent. Dicit Hoſti. quod etiam ſi Iudæus ſit, non debet extrahi ab eccleſia. Idem Ioan. And. ibi ſupra gloſſ. 3. & Card. allegat. cap. Iudas. 17. quæſtione. 4.

Syluester.

Syłueſt. in ver. immun. 3. q. 3. quærit de iſta quæſtione: & arguit pro, & contra: & concludit, quod indiſtinctè gaudet. Idem tenet Floren. in ſumma in. 3. par. tit. 12. c. 3. §. 1. quod Iudæus, & Paganus non debet per vim ab eccleſia extrahi. Marian. Socin. in tractat. de citatione. art. 17. fol. 22. col. 3. quærit de iſta quæſtione: & arguit pro, & contra, & dicit, quod vtraque opinio eſſet ſatis ſubſtentabilis, retuli ſupra in præcedenti opinione. Collecta. in cap. fin. iſto tit. dicit, quod gaudent. Felin. in cap. Iudæi. in princ. quærit de iſta quæſtione, & arguit pro, & contra, & concludit, quod gaudet, & etiam peſſimo viris eccleſia concedit hāc immu-



immunitatem. Petrus de Belluga in ſpeculo principum dicit, quod etiam Iudæus gaudet, ſimulatione ceſſante. fo. Ioan. Bichis in dict. tracta. de immun. eccle. col. 7. ver. nota. 2. ibi fugientes, dicit, quod ille tex. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. loquitur generaliter. Et ſic debet intelligi generaliter. cap. 2. coniu. lepro. ergo omnes fugientes ad eccleſiam, ſiue ſint Iudæi, ſiue Pagani, vel eorum ſerui gaudent hac immunitate, vt ibi per eum. Ioan. Igne. in. l. 1. ff. ad Syllan. fol. 13. col. 2. in fin. & fol. ſequen. idem concludit Spoli. in dict. l. vni. de raptu virgin. C. retuli in præcedenti opinione, dicit, indubitanter diſtinctionem de Chriſtiano fugiente ad eccleſiam debere ſeruari in Iudæo, pagano, & hæretico.

Et vt videtur, ſunt duæ opiniones ſuper iſta fallen. ſtan
1 te conſuetudine, pro vna, illa ſeruabitur, prout dicunt Ioan. de Turrecre. in d. c. diffiniuit. & Maria. in dict. tractatu de citatione, retuli ſupra. Nam in conflictu opinionum illa eſt tenenda, quam approbat conſuetudo etiam contra communem. Vide Deci. poſt alios in. c. at ſi clerici. col. 15. de iudi. Rochus de Curte in repet. c. fin. de conſuet. fol. 15. col. 1. ver. limita. 3. & 51. col. 4. ver. 6. limita. Ioan. de Rebuff. in ſylua nuptiali. fol. 207. refero in conſilijs meis. conſil. 58. colum. penult. in princ. infra eodem lib. & conſil. 21. in. 5. volum. in. 1. fallen. regulæ ſecundi generis realis in conſil. meis.

4 Prædictæ opiniones poſſent concordari, † prout ſentiunt gl. in d. c. inter alia. ibi. & Panor. & ibi Angel. in ſumma, in ver. immunitas. col. 2. in fin. retuli ſupra, quod quando Iudæus, ſeu infidelis fugiunt ad eccleſiam, & petunt baptiſmum, & volunt effici Chriſtiani gaudebunt immunitate, & iſto caſu procedit iſta opinio. 2. ſi vero fugiant ad eccleſiam non propter zelum fidei, ſed propter euaſionem delictorum, ſeu criminum non gaudebunt: & hoc

Cōciliatio opinionum optima, & quæſtionis reſponſio.

 tenet

tenet Nicol.Boer.in deciſ. quæſt.110.in prima parte. fol. 116.num.4.dum dicit, licet Iudæi, & infidelis gaudent hac immunitate, quando non fictè, & ſimulatè confugiunt ad eccleſias, ſed alias non, vt dictum eſt.

# In excommunicato, & interdicto, & degradato. Fallen. XIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus vel interdictus quando gaudeat immunitate.*
2 *Quid in degradato.*

Fallentia XIX. In excommunicato ſeu interdicto.

FALLIT 19. in excommunicato, & interdicto † ſecundum Hoſtien.in.c.fin.eo.tit. qui dicit, quod excommunicatus non gaudet immunit. ſi eſt excommunicatus ab homine ſeruato ordine iudiciario, alias ſecus niſi eſſet in mora petendi abſolutionem. & Hoſtien.in ſumma de immun.eccle. §. inquantum.ver. quid ergo. vbi dicit, quod excommunicatus non gaudet hoc priuilegio, ſi ab homine excommunicatur iuris ordine ſeruato: ſecus ſi à canone, vel in vtroq; non debet gaudere. Si eſt in mora petendi abſolutionem, dicit tamen Hoſtien. quod Goffre. ſequitur communem opinionem magiſtrorum, vide in fine iſtius fallentiæ. 1

Contra iſtam fallen. tenent Guillel. de monte Laud. & & Ioño.in Clem.1.de pœn.& remiſs.& ibi Bonif.de Vital. q.5.nu.79.qui dicunt, quod excommunicatus gaudet immun. Idem tenet Ioan. Fab. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. & in.l.1.de his, qui ad eccl.confu.C. allegat Hoſt. in ſumma eod.titu.§.quid ergo retuli in prin.iſtius fallen. Idem tenet Henri.Bohic.in.c.eccl.eod.tit. col.4. nu.4. vbi dicit,



dicit, quod excommunicatus debet gaudere dummodo aliud canonicum non ſit, quod obſiſtat: & ideo eſt, quia in hoc delictum excommunicati, non attenditur, ſed potius fauor Dei cui competit iſte honor qui non peccauit, & cõcludit opinionem iſtam eſſe veriorē. & glo.pragm. ſanct. in tit.de inter.indiffe.non pon.in ver.inde eſt.fol.196. col. 3.arguit pro, & contra: & concludit, quod gaudet. Idem tenet Collecta.in cap.fin. eod. tit. qui dicit. quod excommunicatus, & interdictus debent gaudere. Ioan. de Turre crem.in cap.diffiniuit.17.q.4. dicit, quod excommunicatus debet gaudere. Idem Sylueſt.in ſumma.in ver. immu. 3.q.3. & Sanctus Anton. in ſumma.in.3.par.tit.12. ca.20.§. 1.glo.conſue.Burgun.fol.57.col.2.Refert Panor.in dict. c. inter alia. Panorm. ibi nihil dicit, & Bonifacius de Vital. in Clemen.1.de ſent.excom.22.vbi dicit, quod ſi excommunicatus fugit ad eccleſiam propter delictum non debet extrahi: ſi tamen excommunicatus eſt, in eccleſia ſua voluntate: & non ad fines immunitatem ſe conſequendi, & ex ſua ſtatione impeditur celebratio, poteſt inuitus extrahi, vt ibi plenius per dictum Vital.

Marian.Sozin.in tractatu de citatione art.17.fol.31. col. 1.in prin. dicit, quod hoc priuilegio gaudet excommunicatus: ſi aliud canonicum non reſiſtit ei, ratio eſt, quia in hoc non attenditur delictum excommunicati, ſed fauor Dei, cui competit ille honor. Allegat Guilliel. de monte Laud.& Zenz.in dict.Clem.1.de pœnit.& remiſs.& Hoſtien.in ſumma eod.tit.in.§.quantum.retuli ſupra.in prin. quidam vero diſtinguunt, quod aut quis eſt excommunicatus ab homine ſeruato iuris ordine, talis non gaudet, aut eſt excõmunicatus à canone, talis gaudet, alij vero dicunt, quod vtroque caſu nõ gaudet priuilegio ex quo eſt in mora petendi abſolutionem. Secus ſi non eſſet in mora.c.rurſus. c.quicunque.11.q.3.ſed gloſſ. Guillielm. ſup. ſumma

Raymundi. in tit. de immu. eccleſ. Frater Iacob. in ſumma illius tituli. q. 5. ver. quid de Iudæo tenet indiſtinctè quod excommunicatus non gaudet tali priuilegio, & quod realiter poteſt capi. Sed primam opinionem Guilliel. quod non poſſit capi, dicit eſſe tutiorem Hoſtien. & eam tenet Gofre. in ſumma iſtius titul. quam etiam Hugon. in c. pen. de immunitate eccleſiaſtica dicit eſſe veriorem, in hoc reſidet Maria. vbi ſup. Nico. Boer. in deciſ. in prima parte. q. 110. col. 2. ver. ſed in excommunicato: dicit, quod communis eſt, quod excommunicatus gaudet immunitate. Et id quod de excommunicato eſt dicendũ de interdicto. hoc expreſſe tenet Collect. vbi ſupra.

Degradatus gaudet immunitate.

De degradato † eſt dicendum, quod gaudet priuilegio 2
immunitatis. Nam retinet priuilegium, niſi eſſet incorrigibilis. Nam tum ſecus. per c. cum non ab homine. de iudic. Hoſti. in ſumma. §. inquantum. colla. 3. ver. ſed nunquid in fine, & Maria. Sozi. in d. tractatu de citatione art. 17. fol. 31. col. 1. in princip.

# Quo ad forum pœnitentialem. Fallen. XX.

***SVMMARIVM.***

1 *Quando epiſcopus, aut alius ingratus crimìnoſum eccleſia eximere poterit, vt pœnitentiam agat.*

Fallen. 20.

FALLIT 20. quoad forum pœnitentialem, & pro declaratione iſtius fallen. quæro de quęſtione ſequenti.

Quæſtio.

Vtrum epiſcopus, † vel eius officialis, poſſit 1
extrahere de eccleſia clericum homicidam, vel alias criminoſum: & eum ponere in carcere, vel detrudere in monaſterium



naſterium. Ancha. & Imo. in d. c. 1. de pœnit. & remiſſ. dicunt quod ſic. allegant Inno. in d. c. inter alia. Guillielm. de Mon. Laud. in d. clem. 1. in q. 5. quærit. nunquid epiſcopus, aut eius offic. poterit clericum homicidam extrahere ab eccleſia ad ponendum eum in monaſterio arcto, ad pœnitentiam peragendam. Refert Inno. quod ſic, in ca. inter alia. eo. ti. in ver. ad pœnam corporalẽ, ideſt, ſanguinis effuſionem, poſſet tamen in monaſterium detrudi, ad pœnitẽtiam agendam. Arg. c. ſi epiſcopus. 1. diſtinctione. & auten. ſi nouo de adulte. c. ſunt verba Inno. & idem ad literã. Refert Hoſt. Innoc. Refert etiam Hugo. idem notare in c. rectum. 17. q. 4. quia à ſola pęna ſanguinis defendit eos cano. & aliter eos punit, vt in d. c. inter alia. quod credit. d. Guillielm. verum, vbi non eſſet arctum nimis, nec eſſet in carcere perpetuo, maximè cum hodie carcer pro pœna introductus ſit. c. quamuis. de pœni. & remiſſ. libr. 6. & in eo nõ datur, niſi panis doloris, & aqua anguſtiæ. cap. nouimus de verbo. ſignificatio. vt latius per d. Guillielm.

Opinio affirmatiua.

Ancharra.

Ancha. in d. Clem. 1. q. 5. quærit de iſta quæſtione in eiſdem terminis, & verbis: vt Guillielm. & concludit, cum Guilliel. per iura per ipſum allegata. Card. in d. Clem. 1. q. 7. quærit de iſta quæſtione, in eiſdem verbis: vt Guillielm. & dicit, quod Laudi. in d. Clemen. 1. Refert Inno. in d. c. inter alia, qui tenet, quod ſic. dicit tamen Cardina. quod ipſe contrarium tenet. in d. cap. inter alia. quæſt. 5. dicit tamen, quod opinio Innoc. ſecundum Lau. poſſet procedere vbi monaſterium non eſſet nimis arctum, nec eſſet carcer perpetuus, alias ſecus: maximè cum hodie ſit carcer, inductus etiam ad pœnam. per d. c. quamuis, vt latius per Car. vbi ſupra.

Imola.

Imo. in d. Clemen. 1. q. 5. quærit: nunquid epiſcopus, vel eius offici. poterit talem fugientem extrahere de eccleſia, & ponere ad monaſterium, ad pœnitentiam per

peragendam. Imol. non loquitur de clerico fugiente ad eccle. ſed loquitur generaliter. Supradicti alij doctores loquuntur de clerico criminoſo, fugiente ad eccleſiam, vt ſup. retuli. Imol. in dict. Clem. 1. refert Guilliel. de monte Laud. & eum ſequitur, retuli ſupra.

**Ioan. And.** Ioan. And. in d. c. inter alia. in ver. pœnam corporalẽ. Refert Innoc. quem ſupra retuli, & dicit, quod per illam glo. videtur ſentire, quod fugiens ad eccleſiam poteſt per eccleſiaſticum iudicem inde extrahi, & puniri eccleſiaſtica pœna. pro hoc facit, quia contra ſeculares poteſtates: & non contra eccleſiaſticas poteſtates videtur inuenta immunitas. cap. frater, 17. q. 4. ibi, quod neque poteſtatibus, quidem vel principibus vnquam licuit, &c. & ca. diffiniuit. 17. q. 4. vbi violans puniri iuuetur, ſe veritate regia, ergo de laicis loquitur. Facit. c. cum inſtantia. de cenſib. eccleſia non videtur priuilegiaſſe contra ſe. Item iudex eccleſiaſticus non imponit pœnam mortis, vel truncationis.

**Idem.** Ioan. And. vbi ſupra dicit, quod non putat Innoc. ſic intellexiſſe. Imo, abſtractio violenta per eccleſiaſticum iudicem, vel dominum de ſubdito vel ſeruo, fieri non poteſt. per. l. 2. de his, qui ad eccle. confug. ibi nemini licere fugiẽtes. & cap. reum. 17. q. 4. ibi ad eccleſiam fugientem nemo abſtrahere audeat. & c. diffiniuit. 17. q. 4. ibi nullius audeat confugientem ad eccleſiam, & c. vniuerſale negatiuum etiam eccleſiaſticos includit. facit. c. vnicum de natis ex li. c. conquerente. in prin. de reſtit. ſpolia. Item patere legem, & c. cum omnes. de conſtitu. ad id quod dicitur eccleſiaſticum iudicem non imponere pœnam mortis, vel truncationis, ratio. quod de omni pœna loquitur tex. in. d. cap. inter alia. & apertius text. in. c. id conſtituimus. 17. q. 4. & glo. c. inter alia. in ver. pœna. & glo. Inno. non loquitur de pœna, ſed de pœnitentia. hæc Ioan. And. vbi ſup.

**Henricus.** Henricus Bohic in. c. fin. de immu. eccl. col. 4. in princ. dicit,



dicit, modo data immunitate eccleſiæ, nihilominus poteſt ſeruari ius, ſcilicet, punitionis maleficij, & hoc ſi exeat voluntariè, & ſuppoſito, quod ibi remaneat, detrudetur in monaſterium ad pœnitentiam peragendam. allegat Inno. & Hoſtien. in. d. c. inter alia. & Hoſt. in ſumma. §. alias, eũ quis ad eccle. ver. alias autẽ, & hoc credo verius. dicit Henric. vbi ſup. & per hanc gloſſ. videntur Innoc. & Hoſtien. ſentire, quod fugiens ad eccleſiam, bene poteſt per iudicem ſecularem inde extrahi. & refert Ioann. And. in ver. per hanc glo. citra.

**Cardinalis** Cardin. in dict. c. inter alia. quæſt. 5. & 6. quærit de iſta quæſtione, & refert Inno. & Ioan. And. de verbo ad verbum, prout ſupra retuli: & concludit cum Ioan. And.

**Butrius.** Antonius de But. in dict. c. inter alia. col. 2. ver. quæro, quam pœnam euitet hic fugiens ad eccleſiam, dicit, euitet pœnam corporalem, & ſanguinis effuſionem. c. id conſtituimus. 17. q. 4. poſſet tamen detrudi ad monaſterium, ad pœnitentiam peragendam, ſecundum Innoc. ibi: propter quod dicit Anto. videtur Innoc. ſentire, quod per iudicem eccleſiaſticum poſſet inde extrahi, & puniri: confugiens ad eccleſiam: dum tamen puniatur eccleſiaſtica pœna. Ratio huius eſt, quia contra ſeculares poteſtates, & non contra eccleſiaſticas videtur hæc immunitas adinuenta. Refert Ioan. And. ad literam prout ſuperius retuli. & reſidet cum Ioan. And.

**Ancharra.** Ancha. in. c. inter alia. in fin. quærit, vtrùm eccleſiaſticus poſſet extrahere, fugientem ad eccleſiam, quidam dicunt quod ſic. refert, & ſequitur Ioan. And.

Collectarius in dict. c. inter alia. col. 2. in fin. ver. ſed nunquid poſſunt per eccleſiam extrahi detrudique in carcerem ad perpetuam pœnitentiam. Refert Inno. & Hoſt. dicentes quod ſic, per cap. nullus. 17. q. 4. & 82. Idem tenuit in dict. cap. inter alia. & iſtam ſententiam probat litera, cũ dicit,

dicit, rectores eccleſiæ debent ſeruare vitam, & membra, ſed alias ſunt legitimæ puniendi. Sed Innocen. ſuper ver. membra.dicit, quod nunquam propter hoc in carcerem mittendus eſt, & detruſio in monaſterium, eſt loco carceris.c.gaudemus.de conuer.coniu. & penè per conſequens c.quanuis.de pœni.& remiſs.& ſic hæc iura fraudarentur. arg.c.quanto.in fin.de diuor. refert etiam Guillel. in dict. Clem.1.de pœni.& remiſs.vbi dicit, quod poſſunt detrudi in carcerem, dummodo non ſit minus arctus & perpetuus.refert etiam Ioan.And.qui credit, quod omnis extractio eſt interdicta per iudicem eccleſiaſticum, nec credit Innoc.intellexiſſe contrarium, quia eſſet contra iura. cap. nullus.17.quæſt.4.cum ſimilibus. hæc Collect. vbi ſupra.

Secũda opinio Panor. negantis.

Panor. in dict.c.inter alia.col.3.ver.ſed dubitatur, an iudex eccleſiaſticus poſsit iſtum confugientem arcere & conſtringere: præſertim, ſi eſt perſona eccleſiaſtica. refert Innoc.& Ioan. And. ad literam, quos ſupra retuli. & dicit Panor.vbi ſup.in fin.col.3. Aduerte quia Ioan.And.apertè tangit, quid in ſubdito, vel ſeruo domini iudicis eccleſiaſtici, vel in iudice eccleſiaſtico reſpectu ſecularis perſonæ: concludit, quod per iſtos violenta abſtractio fieri non debet. quod placet Panor. & allegat ad hoc text.in.c.nullus. 17.quæſt.4.vbi text.expreſsè dicit, quod nullus clericorũ, ſeruum, aut diſcipulum ſuum confugientem ad eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare præſumat. & dicit Panor. quod poteſt dubitari circa duo. Primo, an iudex eccleſiaſticus poſsit fugienti ad eccleſiam, inuito indicere pœnitentiam, dicit, quod Ioan.And.poſt Innoc.videtur ſentire, quod ſic.facit glo.in.c.de raptoribus.36.quæſt.1. quæ videtur ſentire, quod talibus poteſt iniungi pœnitentia.& placet Panor. dummodo inuitus non extrahatur ab eccleſia, vt ſic conſulatur pariter immunitati eccleſiaſticæ & animæ illius fugientis, & ſic poſſunt reduci ad concordiam. Laurent.



rent. & Zenzel. qui in hoc videntur contrariari in Clem.1. de pœnit.& remiſs.Nam immunitas non intelligitur conceſſa in præiudicium animæ: poteſt etiam quis compelli, ad agendam pœnitentiam de peccato publico. capit.1. de de ſponſal.c.fin.26.q.6.nec eccleſia excuſat eum, cum hęc pœnitentia imponatur in hæc eccleſia.vt in cap. in capite. 50.diſtinct. Hæc Panor.vbi ſupra.

Guilliel.Mayne.in.d.l.nemo.de reg.iur.ff.fol.250. col. 4.num.31.refert Guillel. Ancha. & Imol. in.d.Clem.1. & Ioan.And.& Innoc.& Panor.in.d.c.inter alia. quos retuli ſup.& alios. & concludit cum Innoc.& Ioann.And.& Panor. ſcilicet, quod fugiens ad eccle.ſi crimẽ eſt publicum, poteſt compelli ad agendam pœnitentiam publicam in eccleſia, cum hæc pœnitentia publica imponatur in eccleſia. per dict.c.in cap.50.diſtinct.& ab eccleſia tamen violenter extrahi non debet, vt dictum eſt.

Ioan. Fab. in.l.1. de his, qui ad eccle. confug. C. dicit, quod Epiſcopus poteſt clericum extrahere pro pœnitentia iniungenda, ſed non pro incarcerando, per notata per Innoc.in dict.c.inter alia.ſed Ioan.And.contra. hæc Ioan. Fab.vbi ſupra. Ioan. Fab.

Bonifa. de Vital. in Clem.1. de pœni. & remiſ. nu. 70. ver.3. quæro, dicit, quod iudex eccleſiaſticus, non poteſt clericum confugientem ad eccle.extrahere inuitum & punire. tum quia nullo iure hoc cauetur: tum quia ipſe iudex eccleſiaſticus, quemadmodum debet ſeruare immunitatem eccleſiæ, contra alios extrahere nitentes, ita debet ab hac extractione abſtinere, ſecundùm Zenze.in.d.Clem.1. per.c.reum. 17.q.4. quod eſt contra Innoc. retuli ſupra. Bonifaci.

Bonifa.vbi ſup.vult defendere Innoc.vt ibi per eum: dicit tamen, ſed certè videmus, etiam taliter practicamus, quod nemo inuitus de eccleſia extrahitur nedum pro delicto, imo nec pro debito pecuniario propter immunitatem Idem.

tatem eccleſiæ,per dict.l.1.C.de his, qui ad eccle. confug. & cum iſta conſuetudo ſit pia fauore eccleſiæ, eſt ſeruanda.c.ad apoſtolicam.de ſimo.c.ſuper eo. de cogna. ſpi. vt latius per Bonifa.vbi ſup.

Nota. Aduerte multi ex prædictis doctoribus,quos ſupra retuli,quærunt de clerico homicida vel criminoſo,an poſsit per Epiſcopum,vel eius officialem extrahi de eccleſia, ad quàm confugit: & eum ponere in carcere, vel detrudere in monaſterium.& alij doctores quærunt generaliter, de criminoſo fugiente ad eccleſiam,an poſsit per eccleſiaſticum iudicem extrahi.

Reſolue. Quoad laicos fugientes ad eccleſiam concluditur, vt ſupra dixi, ſcilicet, quod compellitur per eccleſiaſticum ad pœnitentiam publicam,quæ in eccleſia imponitur,ſed violenter,vel eo inuito non debet extrahi ab eccleſia, nec per eccleſiaſticum,nec per alium.

## Quoad clericos,ſequitur quęſtio ſequens. Fallen. XXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Perſona eccleſiaſtica,an gaudeat immunitate.*
2 *Variæ Doctorum opiniones,conciliantur in hac materia.*

Fallentia XXI. In perſona eccleſiaſtica.

VIGESIMOPRIMO fallit in perſona eccleſiaſtica. Nunquid † hæc immunitas conceſſa ſit clericis, vel religioſis, vt non poſsint per iudicem proprium in eccleſia arceri, vel violenter extrahi. 1

Panor.in.d.c.inter alia. col.4. ver. 2. principaliter dicit quod hanc quæſtionem expreſsè, non attingunt Doctores



res in.d.c.inter alia.& dicit,quod ipſe non reperit aliquem text.qui expreſsè prouideat de hoc:ſed ipſe Panorm. ſalua meliori deliberatione,tenet,quod hæc immunitas nõ habet locum in eis,ſi iudex eccleſiaſticus,cauſa diſciplinę,& non odij,vult eos arcere in eccleſia & punire,& extrahere, vt duci faciant ad carcerem. Et pro iſta ſua opinione,adducit ſex fundamenta: & quia poſſunt videri,non refero hic: & dicit,quod putat omnia eſſe veriſsima: relinquit tamen hoc conſuetudini,quæ in hoc multum debet attendi. Panorm it

Guill.May.in.d.l.nemo.de reg.iur.ff.fol.251.col.1.quęrit de iſtą quæſtione. & refert Panor. quaſi ad literam. & dicit Guill. vbi ſupra. planè poſſumus confiteri ſua dicta procedere in clericis, vel religioſis delinquentibus in eccleſia.per d.c.fin.eod.tit. ſuper alijs vero videant ſapientiores,quid ſit in iſtis iudicandũ. Hæc dicit Guill.vbi ſupra.

Syluester. Clauaſi.in ſum.in ver. immunitas. ver. decimoquarto. & Sylueſt.in ver.immunitas.3.quæſt.2.ver.tertium clerici.& glo.in.c.nullus.17.quæſt.4. idem tenet quod Panor. vbi ſupra.Idem etiam tenet Ioan.Fab. in.l.1. de his qui ad eccleſ.confug. C. vbi dicit, quod Epiſcopus poteſt clericum extrahere pro pœnitentia iniungenda: ſed non pro incarcerando,per notata per Innocen.in.d.c. inter alia.ſed Ioan.Andr.ibi contra.retuli in præceden. quæſt.

Ioan.Bar.in ſuo viatorio iuris.fo.17.col.4.in titu.de violatoribus immunitatum,dicit,quod clericus, qui diſciplinæ fugiendæ cauſa,confugit ad eccleſiam, poteſt extrahi. eum refert Nicol.Boeri.in deciſ.quæſt.109.fol.115.nu.3.

Bichis. Ioan.Bichis in tract.de immunit.eccleſ.fol.72. col.1. & 2.in paruo volu.refert Panor.ad literam, & dicit,quod allegationes Panorm.ſunt verè. Tamen quoad propoſitam quæſtionem,nõ credit eſſe veram ſuam opinionem, cum ſit contra caſum expreſſum, in.c.nullus. 17. quæſt.4.vbi text.nullus clericorum,ſeruum, aut diſcipulum ſuum fugien-

gientem ad eccleſiam, extrahere audeat, vel flagellare præſumat, & multa alia. allegat Ioan. Bichis vbi ſupra. col. 1. & 3. & reſpondet ad iura per Panormi. allegata. & dicit quod opinio Panor. ſeruatur in practica. Opinio tamen contraria forte eſſet verior de iure. per d. c. nullus. & per alia per ipſum allegata. Ludo. conſil. 227.

Ludo. Roma. cõſi. 234. dicit, quod non ſolum in laico: verum etiam in clerico habet locũ diſpoſitio. l. pręſenti. de his qui ad eccl. confug. C. adducit tria fundamẽta. Primo, quia tex. dictorum Canonum, loquuntur indiſtinctè, non diſtinguendo clericũ à laico. ergo. l. de pretio. de public. ff. cum ſimil. Secundo, quia maior ratio eſt, in clerico, vt in eccleſia capi nõ poſsit, quàm in laico: cum clericis domus propria, quodãmodo eccleſia ſit: in domo autem propria neminem capi permiſſum eſt. l. pleriq;. de in ius vocan. ff. l. nemo. de reg. iur. ff. Tertio, hoc priuilegiũ, quod in eccleſia nemo capi poſsit, eſt cõceſſum loco ipſius eccleſiæ: ergo habet locũ, in quolibet ibi reperto, ſiue clerico, ſiue laico, facit in ſimili, quod not. Bar. in. l. fi. de teſta. C. & in. l. cũctos populos. de ſum. Trinit. C. & Bal. in. l. ſi nõ ſpeciali. de teſta. C. dicens priuilegia locis, cõceſſa ad quaſlibet perſonas ibi ſtantes, extendi, forenſes, vel extraneas. per l. fi. de teſta. mili. C. Et plus dicit Ludo. vbi ſup. quod etiã ſi quis in eccleſia deliquerit, habet hoc beneficiũ, quod ibi capi non poſsit. per gl. ſing. in. c. frater. 17. q. 4. nec ob. c. fi. eo. tit. quoniã ille tex. loquitur in caſibus ſpecialibus, & exceptuatis à regula. d. l. præſenti. inter quos iſte nõ eſt. d. ergo glo. c. frater. debet teneri, quia nullũ habet cõtradicentem. & Lud. refert additionator Ang. de maleſi. in ver. fama. q. 4. in litera A. Gloſ. in. d. c. frater. in ver. ab omnibus. in princ. dicit, quod ſacrilegus, in nulla eccleſia erit tutus, cum in eccleſia delinquat. & dicit d. glo. in fin. Tamen decret. in termi. de immunita. eccleſ. tantum duas perſonas excipit. Vult innuere,



quod exceptis illis perſonis, aliæ delinquentes, etiã in eccleſia gaudent immunitate. Iſta gloſſ. non probat dictum Ludo. nam non ſequitur. Dicta decret. inter alia accipit duos caſus, ergo non ſunt alij caſus excepti. Nam plures ſunt alij caſus, in quibus fugiens ad eccleſiam, non gaudet immunitate, vt patet per diſcurſum iſtius tractatus. Itẽ cap. fin. eod. tit. eſt contra dictum Ludo. nam text. ibi clarè dicit, quod delinquens in eccleſia, nõ gaudet immunitate: vt latius dixi ſupra, in fallen. 3. Nec eſt bona reſponſ. Ludo. ad c. fi. quod ille text. loquatur in caſibus ſpecialibus exceptuatis à regula. l. præſenti. caſus exceptuati ſunt, homicidæ, adulteri, raptores, exactores tributorum: de quibus in authen. de mand. princip. §. neque autem. col. 3. & iſti ſi delinquunt, non gaudent immunitate: nemini dubium ſi delinquentes extra, confugiunt ad eccleſiam, non gaudent à fortiori. Si delinquunt in eccleſia, & dicti ſpeciales nõ procedunt de iure canonico. vt dixi in fallent.

Ioan. Bernardus de Luco, nunc epiſcopus Calagurrit. in practica criminali, in c. 115. fol. 99. co. 2. tit. ab eccleſijs, ad quas cõfugerint, quærit de iſta quæſt. & refert Card. & Ludo. Roma. tenentes, quod gaudent etiam clerici. retuli eos ſupra. refert etiam Panorm. tenentem, quod non gaudent. Refert etiam Ioan. Bichis, qui refert opinionem Panor. & concludit contra eum. retuli ſupra. & dicit prædictus Epiſcopus, quod opinio verior, & communior eſt, quod gaudent. Panor. relinquit cõſuetudini quæ in hoc multum debet attendi, ſecundum eum, quæ quidem iam videtur recepta, vt clerici à ſuis iudicibus extrahantur ab eccleſijs, & ita ſeruatur. Limitatur hoc per d. Dñm Epiſcopũ in caſibus vbi clericus poſt degradationẽ eſſet tradendus curiæ ſeculari: tunc nõ eſt extrahendus: aut ſi extrahitur poſt degradationem, & verbalẽ in ſentẽtia traditionẽ curiæ ſeculari ad eccleſiam reducendus eſſe videtur, ſibi æquiſsimum. Bern. Diaz

Opinio ergo Ludo.& Ioan. Bichis eſt, quod clerici delinquentes, ſi fugiant ad eccleſiam, gaudent immunitate.

Concluſio.

Opinio Panor.eſt, quod non gaudent, & relinquit conſuetudini. poſſent † concordari. prout ſentit Guilliel. Mayne. quem ſupra retuli. vbi dicit, quod planè poſſumus conſiteri dicta Panor. procedere in clericis & religioſis delinquentibus in eccleſia per cap.fin.eod.titu. In alijs vero, viderint ſapientiores quid ſit in illis iudicandum: poſſet dici, quod alij gaudeant. prout expreſſè dicit Ludo. vbi ſupra. Nam clerici, vt plurimum maximè hodie, alibi quàm in eccleſia viuunt, & reſident. ſecundum Ludo. & Ioan. Bichis vbi ſupra. 2

Hodie tamen opinio Panormi. indiſtinctè ſeruatur. & ita vidi practicari.

# Caſtellantes eccleſiam, vel inde pugnantes. Fallent. XXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſtellantes eccleſiã, vel inde pugnan. an exemi poſſunt ab eccleſia.*
2 *Eccleſia, an caſtellari poßit.*

Fallentia XXII. In caſtellantibus eccleſiam.

VIGESIMOSECVNDO fallit, incaſtellantibus Eccleſiam, vel inde † pugnantibus. 1 Nam tales, ſcilicet, caſtellantes eccleſiarum, vel inde pugnantes, non gaudent immunitate. argum. c.fin.eod.titu. Nam ibi text. quod delinquentes in Eccleſia, non gaudent immunitate. Dixi ſupra in Fallent. 3. Caſtellatio eccleſiarum, eſt prohibita. c. ſanctorũ. 10. quæſt. 1. c.fin. diſtin. 17. in d.c. ſanctorum. eſt tex. quod Eccleſia à laicis incaſtellari non debet. dicit gloſ. ibi, vt inde fiant propugnacula. Dicit Hoſtien. in ſumma iſtius tit. in. §. inquantum. in prin. quod eccleſia incaſtellari non debet:



nec ibi debẽt ædificari propugnacula, vt inde fiat guerra, vel ibi recipiantur ij, qui guerram faciunt, præcipue prædones, quàm ius autoritate epiſcopi tempore, iuſtæ neceſsitatis, hoc fieri poſsit ad tempus: puta propter metum paganorum, piratarum, latronum, & pro defendendo iura eccleſiæ, cum forte non inueniatur locus. Ita congruus, ad hoc ceſſante tamen neceſsitate, ceſſat caſtellatio, vt latius per Hoſt. vbi ſupra. Innoc. in c. cum eccleſia. eod. tit. dicit, quod eccleſia non debet caſtellari ad offenſionem alicuius: ſed ad hoc, vt ibi fugiant & defendãtur Chriſtiani, vel alias boni à malis, ſatis licite poteſt incaſtellari. Idẽ Hoſt. Ioan. And. ibi, & Henr. Bohic, in d.c. cum eccleſia, in princ.
2 quærit, † an eccleſia poſsit in caſtellari. dicit, quod non ad offenſionem alicuius. c. ſanctorum. 10. q. 1. Sed ad defenſionem bonorum eorum, qui in caſu licito ad eam cõfugiũt, tunc poteſt incaſtellari. per d.c. cum eccleſia. Sed à clericis bene poteſt incaſtellari, ſi laici vellent facere inſultum cõtra eccleſiam, vel propter oblationes, vel propter aliud: vt ipſis laicis reſiſtatur. ſecundum Henricum. in d.c. cum eccleſia. & Arch. in c. ſanctorum. 10. q. 1. Idem etiam tenet, quod Henricus Bohic. Card. Anton. Ancha. Panorm. in d. Cle. cum eccl. quod ad offenſionem alicuius non debet incaſtellari, ſed vt defendantur Chriſtiani, & boni viri à malis poteſt incaſtellari. Idem tenet Ancha. conſ. *96.* colu. 2. quod eccleſia poteſt incaſtellari pro tuitione fideliũ. Claua. in ſumma. in ver. immunitas. quæſt. 13. quærit. vtrum fugientes ad eccleſiam tempore belli ſint capiendi. dicit quod non. ſi ipſi non incaſtellauerunt, aut inde pugnauerunt. ar. c. fi. eod. tit. Idem tenet Syluestrius. in ſumma. in ver. immunitas. 3. q. 2. ver. 4. Sequitur ergo, quod caſtellantes eccleſiã, aut inde pugnãtes, nõ gaudẽt immunitate, intellige de incaſtellãtibus, ſine cauſa iuſta. vt ſupra dictũ eſt, & quoad pugnantes, de eccle. dic vt ſup. dixi in. 3. fallent.

An eccleſia poſsit incaſtellari. Ad defenſionẽ poteſt, ad offenſionem nõ poteſt.

Signoro de Homo.in rep.l.nemo.de ſacroſanct.eccle. C.num.10.fol.24.col.2.ver.& primo quæro,quærit an tẽpore guerræ,per laicos poſsit eccleſia occupari:vt ibi fiant forte aliqua fortalicia ad defenſionem Reip.arg.pro,& cõtra.& concludit,quod ſic:quia cum hoc fiat ad vtilitatem Reipu.præferẽdum eſt priuatæ.l. vtilitas de primi pilo.C. Item non eſt abſurdum eccleſias opprimi.ob publicã vtilitatem.l.vnicus nullum.de ſacroſanctis eccl.C. cum ſimi.

# Quando datur carcerato licentia ad audiendam miſſam. Fallent. XXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Incarcerato ſi detur licentia miſſam audiendi in eccleſia, inde extrahi poteſt.*

Fallent.23 in eo qui ex licentia audit miſſam in eccleſia,

FALLIT, 23. quando † datur carcerato licẽtia ad audiendam miſſam.Nam iſte talis non debet gaudere immunitate:imo ſi non vult redire ad carcerem,poteſt extrahi ab eccleſia, & reduci ad carcerem.Ioan.And.in additionibus ad Speculato.ſuper Rubr.de iureiurando.col.pen.quærit de iſta quæſtione,quando dimiſſus de carcere, vt vadat ad audiendã miſſam cum iuramento de redeundo,& vadit ad eccleſiã, & nõ vult redire.Ioan.Andre.refert plura dicta aliorum: & concludit,quod ſi iniuſte detinebatur,vel à non habente poteſtatem, non tenetur redire per gloſſ. ſingularem. in Clement.paſtoralis.in verbo per violentum.de re iudi. Si vero iuſte detinebatur, tenetur redire,non debet tamẽ pati illum extrahi,niſi præſtita impunitate, de membro, 1



vel morte.Idem Panormit.in c.inter alia.in fine.eod.titul. & Henricus Bohic.in c.pe.eo.tit.in fin.Ioan.de Bichis. in d.tractat.eod.titul.col.26.ver.quæro aliquis.fol.77. col. 4. in paruo volum.ibi refert Ioan.And.& Panorm.vbi ſupra & idem in deciſ. Capellæ Tholo. deciſ. 422. col.1.& Bartho.Brixien.in quæſtionibus dominicalibus.q.37.in.2 .volum.tractatuum.fol.54.col.3.quærit carceratus iurauit cũ ſtodi carceris,quod rediret ad carcerem,ſi permitteret eũ die aliqua ſolemni audire miſſam,cuſtos recepto iuramento: permiſit eum intrare eccleſiam carceratus, non vult exire allegans immunitatem eccleſiæ, quæritur, an compellatur exire. Primo dicit,quod poſſet compelli: poſt arguit,quod non,tandem concludit,quod ſi iniuſte detinebatur non tenetur redire,& ſi iuſte detinebatur, debet redire:veruntamen eccleſia non debet eum reddere, nec debet extrahi per violentiam de eccleſia, niſi prius fuerit ad vitam,& membra ſecuratus.dicta deciſ.Toloſ.eum refert, & ſequitur.allegat etiam Panor.vbi ſupra.& Clauaſium in ſumma.in ver.immunitas.ver.19.idem tenet, quod Barto. Brixien.& allegat Bart.in l.relegati.ff.de pœn. & Ioan.Andr.vbi ſupr.retuli Sozi.Andr.Bart.non loquitur in noſtris terminis Caſſa.in conſuetu. Burg.fol.57.col.2.in fin.refert Panorm.in d.c.inter alia.Barto.Brixien.refert, & ſequitur. Guillielm.Mayne.in l.nemo.de regu.iu.ff.fol.250.col.2.in prin.num.24.& dicit,quod iſta fuit opinio Tancredi. & hoc ſequitur Alberic.in l.fideli.C.de his qui ad eccleſ. confugi.

Capella Toloſſana.

# Faciens mala ſacrificia,ſeu blaſphem. Fallent. XXIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacrificia reprobata facientes,non habent immuni.*

2 *Nec blaſphemantes.*

Fallét.24. in faciente reprobata ſacrificia.

FALLIT, 24. in facientibus † mala ſacriſi- 1
cia. Nam tales ſi fugiant ad eccleſiam, nõ gaudent immunitate. Hippo. de Marſ. in l. ex Senatuſconſulto. ff. de ſicar. col. 3. in fin. mala ſacrificia ſunt, ſacrificantes more paganico, vel ille, qui offendit maieſtatem diuinam: idem de percutiente imaginem Dei, vel ſanctorum, vel ſcindente maieſtatem Dei, ligneã, vel ſanctorum. ſecundum Ange. de Peruſio. in d. l. ex ſenatuſconſulto. & ibi Hippol. vel iurans per capillos, vel aliter verecundè. Nam iſti tales non gaudent immunitate. ſecundum Hippo. vbi ſupra. ver. quæro etiam fol. 40. col.

Blaſphemãtes nõ gaudẽt immunitate.

3. & ſequent. Iſtam quæſtionem an † blaſphemator Dei, 2
& virginis Mariæ, gaudeat immunitate. Ponit Nicola. Boeri. in deciſ. quæſtione. 100. in prima parte. fol. 116. & concludit, quod non gaudent, per rationem c. fi. eod. titul. quia fruſtra legis implorat auxilium, & c. c. quia fruſtra. de vſu. cum ſimili. Nam qui delictum in eccleſia, vel contra Dei ſponſam commiſſerit, non debet gaudere immunitate. d. cap. fin. eod. titul. c. conquæſt. c. cum proca. de ſentent. excomm. Ioan. Fab. in d. l. 1. C. de his, qui ad eccleſiás confugiunt. & Doctores, quos ſupra retuli. in princ. à fortiori gaudere non debet, ſi contra Deum ſponſum eccleſiæ, & caput, ac diuinã commiſſerit maieſtatem, quam lõge grauius eſt offendere, quam temporalem. c. vergentes. de hæretic. cum ſimili. Nam ſi læditur per hæreſim, vt ibi ſic etiam per blaſphemiam, quam tolerare non debet eccleſia. Cum Chriſtus noſtra pertulerit crimina. c. in nonnullis. de Iudæis. tenet Calde. conſ. 2. in titul. de Iudæis col. 1. in princ. dicens, quod hoc crimen ſapit hæreſim ſi ſcienter, & appenſate fiat, & maximè ſi ſæpius reiteretur, vt latius. per Calderi. vbi ſupra. ergo ſi quis delinquit in eccleſia non gaudet, vt dictũ eſt: ergo, nec qui in Deũ ex quo propter honorẽ Dei defertur eccleſiæ, multo fortius deferendũ

eſt



eſt Deo iuxta illud propter vnumquodq; tale. & illud magis auten. multo magis de ſacroſanct. eccle. C. iniuria quæ fit Deo, cenſetur eccleſiæ facta, & èontra: & hoc eſt clarũ: vt latius. per d. Nicol. Boe. vbi ſupra. refert etiam Archidi. in c. quid ergo. 23. q. 5. vbi dicit, quod Dominus dixit ad Moyſen; Educ de carcere blaſphemũ: & ponant omnes, qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius, vt lapidet eum vniuerſus populus. Sic factum eſt. dicit vlterius Archidiac. in d. c. quid ergo. 23. q. 5. peccatum blaſphemiæ, quæ ponit in cœlo os ſuum omni peccato, horribilius eſt. vt latius ibi, per eundem Archidia. & per Nicol. Boeri. vbi ſupra.

# In delinquente prope eccle- ſiam animo confugiendi ad eam. Fallent. XXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Delinquens prope eccleſiam animo confugiendi ad eam, quando gaudere poſſit immunitate.*

Fallét. 25. in delinquẽte prope eccleſiã animo ad eã fugiẽdũ.

1 FALLIT, 25. in delinquente † prope eccleſiam animo confugiendi ad eam. Nam talis nõ gaudet immunitate. ſecundũ Hoſt. in ſumma eo. ti. §. inquantum. col. 2. & in addi. ad Panor. in d. c. fi. eo. tit. vbi dicitur, quod diſpoſitio illius. c. habet etiam locum in eo qui delinquit extra eccleſiam. ſ. prope eccleſiam animo confugiendi ad eam, alias non. allegat Hoſt. & plures alios Doctores. Idem tenet Ioan. Fab. in. l. 1. C. de his, qui ad eccle. conf. & Mari. Sozi. in tractat. de citatione. in. 5. quæſtione. fol. 22. col. 3. ver. & quid ſi nõ delinquit in eccleſia, nec longe ab eccleſia, ſed prope eccle



ſiam

ſiam,non tamen infra circuitum,infra quem eccleſia gaudet dicta immunitate diſtinguitur,an ex ꝓpoſito, ibi prope eccleſiam deliquerit, vt citius poſſet ad eccleſiam habere refugium,traditur per Hoſti.in ſumma eod.titu.§.cum quis.& per Hugo.in.d.c.pen.eod.titu.in hoc reſidet. Marian.Socin.vbi ſupra.Hoſtien.vbi ſupra.in.d.§. inquantũ. col.2.ver.Si vero maleficiũ cõmiſerit intra eccleſiam, aut prope intendens per eccleſiam liberari, alias non cõmiſſurus,puta interfecit hominem in cimiterio,vel prope eccleſiam,& intrauit eccleſiam incõtinenti, talem nõ defendet eccleſia.c.fin.eod.tit.& ſic poteſt intelligi authen. de manda.princ.§.ſed neque.colla.3.ver.homicidas,adulteros, raptores virginũ,non gaudere imunitate:alij dicũt, quod d. authen.corrigitur.Nam tales defendit eccleſia, nõ habita, dicta diſtinctione:& hoc dicunt magiſtri cõmuniter.ſecũdum Hoſti.ſed poteſt intelligi,vt dictũ eſt,ſcilicet, quãdo rapina prope eccleſiam facta eſſet: & ſic loquitur lex. ſed c.fin.quãdo à longe venit, & inſequebatur, & ideo ad eccleſiam confugit.hæc Hoſtienſis vbi ſup.facit, quod ſtatutum puniens vulnerantem in eccleſia vt habeat locum in vulnerante iuxta eccleſiam.Ioan.And.in titu.de immuni. eccleſi.in additionib.ad Specul.in fi.ver.ex practicis.eum refert Marcus de Mantua conſil.211.in fine.

# Qui blãdis verbis facit quem extrahere ab Eccleſia.

## Fallent. XXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui blãdis,et doloſis verbis ab eccleſia eximũtur,an reſtitui debeãt.*
2 *Quis locus ſpectetur quando in platea exiſtens alium extra plateam conſtitutum percuſſit?*





3 *Teſtamentum quo per blanditias inſtituitur hæres num valeat?*
4 *Matrimonium dolo contractum, an valeat?*
5 *Ingreſſus monaſterij, aut profeſſio dolo facta, an vitietur.*
6 *Diſtinctio circa dolum bonum,& malum notanda.*
7 *In principali quæſtione pulchra ponitur hic diſtinctio,& variè opiniones referuntur.*
8 *Iudex malefactori, fidem præſtitam, an ſeruare teneatur.*

1 FALLIT XXVI. In illo qui blandis † verbis & doloſis facit, quem exire ab eccleſiam. & iſte caſus poteſt exemplificari duobus modis. Primo,quando delinquens eſt in eccleſia, ſeu in loco immunitatis, & verbis blandis, & doloſis alterius exit ab eccleſia,& capitur extra eccleſiã:an debeat gaudere immunitate iſte talis, qui exiuit ab eccleſia blandis verbis. Secũdo poteſt exemplificari quãdo quis verbis blandis, & doloſis extrahit,quem ab eccleſia,& ſic extractum interficit, ſeu occidit, vel vulnerauit eũ, & poſt fugit ad eccleſiã, an debeat iſte talis gaudere immunitate.

Fallentia XXVI. Extrahente aliũ ab eccleſia ꝑ blãditias.

Expoſitio caſus.

Quoad primum, & ſecundum exemplum Sylueſt.in ſumm.in ver.immunitas.3.q.6.dicit, quod extrahens quẽ violẽter per partem clamidis ab eccleſia, ſeu cimiterio, violat eccleſiam, dixi ſupra.in 10.fallentia. Secus ſecundum Goffredum,Si quis de loco immunitatis, trahat violenter, quia canon ſolam violentiam condemnat,quæ non ſit volenti, dixi ſupra in fallen. 12. adde etiam ſi dolo decipiatur, ſecundum Sylueſt. vult ergo, quod ſi dolo quis extrahitur ab eccleſia, & capitur extra eam non videtur violata eccleſia, & ſic non gaudebit taliter extractus immunitate.

Petrus de Ancha.in c.fi.de immu.eccle.quærit,quid iuris ſi ſtantem intus per partem mantelli, quæ manet exterius ipſum trahit, vel blandis, & doloſis verbis de eccleſia exire facit, & occidit: an habeat immunitatem poſtea

confugiens ad eccleſiã.Iſte ſunt pulchrè quæſtiones,& dubitales.dicit Ancha.vbi ſupra.& refert Ioan.And.tangẽtem iſtam quæſtionem de mantello,& de illo,qui trahit volentem:& eum ad mortem,vel detruncationem alicuius mẽbri condemnat.& de iſtis duabus quæſtionibus, dixi ſupr. in fallent.10.&12.dicit Anch.ego de prædictis quæſtionibus me remitto ad notata in ſimili.per Bart.in l.libellorum de accuſationibus.ff.hæc Ancha.vbi ſupra.Bart.in d.l.libellorũ.ver.Sed quæro aliquis percuſsit Titium,in platea,qui poſtea moritur in alio loco,quis locus debeat inſeri, dicit, q̃d locus percuſsionis,& nõ locus vbi moritur,quia ibi videtur interfectus,vbi eſt percuſſus.Et Bar.ibi.ver. vlterius

Alia quæſtio.

quæro,quid † ſi aliquis exiſtens in platea, cum balliſta percuſsit aliquem extra plateam,quis locus inſpicitur? Cõcludit,quod inſpicitur locus,vbi quis percutitur. Verba tamẽ ſtatuti,ſunt inſpicienda.vt ibi per Bart.dixi plenius in quarta fallent.& in ſequent.fallent.quinta.maxime in quinta,& decima fallent.quo ad noſtram fallẽt.eſſet dicendũ, quod ſi doloſe,ſeu blandis verbis,quis extrahitur ab eccleſia, & extra eam capitur,vulneratur,ſeu occiditur, debet attendi locus percuſsionis:& ſic in primo exemplo. Ille, qui blandis verbis,ſeu doloſis,exiuit ab eccleſia,non gaudebit immunitate.& in ſecundo exemplo.Ille,qui aufugit ad eccleſiam,gaudebit immunitate. 2

Pro iſta opinione,facit text.in l.fi.C.ſi quis aliquem teſta.prohi.vbi text.dicit.Iudicium † vxoris poſthumum in ſe prouocare maritali ſermone,non eſt criminoſum. dicit gl.ibi,maritali,ideſt, blando mariti ſermone.l.ſi.ff.eod.& dicit Bart.in. d. l. fi. C.licere blanditijs prouocare teſtantem,vt ſibi prouideat.& omnes,in dicta l.fina. C. dicunt, inſtituiionem blando ſermone factam, non eſſe vitioſam. & ibi Iaſo ponit regulã,cum tribus fallent. & etiam ponit iſtam regulam cum fallẽt. Bernardus de Luco Hiſpanus, in 3



in regulis Socin. in litera V. eſt regul.498.& Palat. Rub. in repe.rubri.de donat.inter vir.& vxor.col.360.ver. ſecus tamen.dicit,quod ſi blandis verbis vxoris,vir inductus eſt ad donandum,valet donatio.arg.l. non eum.ff. de inoffic. teſtam.& dicta.l.fin.C.ſi quis aliquem teſt. prohi. vt latius per eum.& Bened.in repeti.cap. Raynutius. de teſtamen. in verb.condidit.2.fol.168.col.1.num.25. vbi etiam refert latius prædicta.

Donatio etiam per blanditias facta valet.

Item ad prædicta,facit glo.ſingularis in.c.penult. quod
4 metus cauſa.in gloſ.fin. vbi dicit gloſ. quod † matrimoniũ dolo contractum,eſt validum.Panor.ibi.Iaſ.in.l. pacta nouiſsima.col.pen.ver. & nota.quod matrimoniũ. C. de pactis.vbi dicit,quod ſi matrimonium contrahitur dolo, nedum valet mero iure:imo & in effectu,quia non poteſt reſcindi actione de dolo.allegat d.glo.d.c.pen.quàm Panor. bis multum exclamat pro ſingulari.& eſt glo.ſimilis. in.c. fin.2.quæſt.3.quæ dicit,quod matrimonium contractum, non reſcindit dolus, & Iacob.vbi ſupra.refert Imol.in.d.c. pen.quod metus cauſa.vbi dicit, quod ſi mulier dolo perſuaſit ſe habere amplas facultates, & ita dolo circunuenit iuuenem,vt eam accipiat in vxorem, & poſtea reperiatur nihil habere,iſte dolus nihil officit matrimonio, & eſt ſimile quod determinat Bald.in.l. Arthemidoram. C. vt in poſſe lega.de Socero,qui promiſit inſtituere generum hæredem,vt capiat filiam ſuam in vxorem: & poſtea eũ decipit,quia nihil ſibi reliquit in teſtamento non officit matrimonio.& allegat etiam glo.in.l.à Diuo. ff. de ritu nuptiarum.ibi gl.dicit, quod matrimonium non diſſoluitur propter dolum.Iaſ.in.§.actionum.col.7.in fin.nu.38.Inſtit. de action. refert quaſi ſupradicta. & allegat.c. dilecti.de emptio.& vendit.& Iaſ.in dictis locis refert Caſſan.in conſue. Burgund.fol.132.col.1.ver.tertio.dic. & ibi refert prædicta, & idem videtur ſentire Innoc.in.c. ex parte.de reſtitu. ſpoliat.

ſpoliatorum.in finalibus verbis.Imo.in d.l.pen.in gloſ. fina.dicit,quod licet Doctores tranſeant cum d.gloſ. tamen reuera iura,quæ allegantur per gloſ.non probant dictum gloſſæ,ſed loquuntur quando alter coniugum doloſe inducitur ad conſentiendum alteri tranſeunti in religionem. gloſ.prædicta poteſt dicere verum quia licet doloſe induxerit aliquẽ ad contrahendum matrimonium forte dicendo ſe valde diuitẽ cũ eis fuerit,nõ per hoc retrictabitur matrimoniũ.hæc Imo.vbi ſupr.Ioan.de Nebiſanis in ſilua nuptiali.fo.88.co.2.in fine dicit,quod dolus nõ annullat matrimonium.allegat Iacob.& alios.Purpuratus in.l.pactum quod dotali. columna. 3. ver. 5. ampliatur. poſt Alexandrum, ibi refert dict.gloſſ.fina.cap.penultim.quod metus cauſa,& Panorm. Imol. & Bald.& Iaſ.vbi ſupra, & ſumma Angelica in ver. matrimonium.in. §.impedimẽtum. quartum.vbi dicit.

Philippus Decius in l.pactum,quod dotali.C.de pactis. num.8.cum ſequent.co.3.in princip.ver.10.& vltimo ampliatur.fo.128.co.2.in princip.cõcludit matrimoniũ dolo contractũ valere.allegat Bald.in d.l.cum Arthemidoram. c.fin.C.vt in poſſe lega.

In matrimonio requiritur libera volũtas.

Seruiunt iſta ad probandum,quod voluntarie exiuit ab eccleſia,& ſic nõ gaudebit.vt ſupra dixi in.12.fallen.Nã in matrimonio libera requiritur voluntas.c.cum locũ.cum ſimilibus de ſponſalibus.ſi matrimoniũ dolo contractũ tenet:ergo eſt ibi libera voluntas.

In teſtamẽto requiritur libera voluntas.

In teſtamento etiam requiritur libera voluntas. Si ergo teſtamentũ doloſe cũ verbis blãdis, tenet,ergo eſt ibi libera volũtas.videtur per prędicta,quod ſi blãdis verbis & doloſis exeat quis ab eccleſia,nõ eſt eccleſia violata, quoad primũ caſum,nec quoad ſecundum vt fugiens ad eã,nõ debeat gaudere immunitate.

Item pro iſta opinione,facit tex.in d.c.inter alia.vbi text. dicit



dicit quod nõ poteſt quis de eccleſia extrahi violẽter. ponderatur ibi verbum violenter,quia ſine violentia poteſt extrahi.vt dixi ſupra in 12.fallẽn.

Profeſſio.

Item facit gl.in c.ex parte 2.& in c.dudũ de conuer.coniu.quæ gloſſæ dicunt,quod † ingreſſus monaſterij,vel profeſsio,per dolum vel fraudem facta,tenet.c.cõſtitutus. 20. q.3.Feli.in.c.in præſentia. c.6. & Decius ibi. colum.5.ver. 8.nota de proba.

Contra prædicta,facit lex elegãter.ff. de dolo malo ,cũ pluribus ſimilibus,vbi contractus dolo factus eſt nullus,ſi conſtat de dolo.videtur,quod omnia mala,ſecuta ſunt per dolum.capit.ex literis.de dolo, & contuma. cum ſimilibus.

Dolus duplex bonꝰ & malus.

Eſt dicendum,quod aut † dolus eſt bonus,aut malus,ſi bonus actus valet:& ita intelliguntur iura,quæ loquuntur in teſtamento,matrimonio,& ingreſſu religionis, aut dolus eſt malus:& tunc talis dolus nulli patrocinari debet.In caſu noſtro,eſt videndum, an ille dolus,per quem delinquens exiſtens in eccleſia extrahitur & capitur, ſit dolus bonus.Iacob.de Bello viſ. in auten.de manda. princip. §. nec autem.colla.3. in fine.dicit, quod eſt dolus bonus.Vnde ſi Iudex,dat fidantiam delinquenti in eccleſia. & cum iſta fidantia exit delinquens, iudex non debet eam ſeruare: quia eſt bonus dolus, & hoc procedit. dico inferius.

Quæſtio an in caſu noſtro ſit dolus bonus vel malus.

1. Opinio.

Cynus, in dict.l.final. C.de his,qui ad eccleſ. confug. in fin. quærit, pœne quidem interfecit hominem, & fugit ad eccleſiam tandem aſſecuratus per iudicem, exiuit, iudex nihilominus eum capit, & punit capitaliter ad mortẽ,nũquid bene fecit? Refert Iaco.de Rauena, qui videtur ſentire,quod bene fecit.Sed Petrus cõtra,quia ſecuratio debet ſeruari.& in iſtã opinionẽ videtur Cynus inclinare cum diſtinctione,aut extraxit ab eccleſia in caſu, in quo

2. Opinio.

in quo debeat gaudere immunitate, tunc eum punire non poteſt, aut extraxit in caſu, in quo non debeat gaudere, tũc non obſtante fide, poteſt eum iudicare, quia in hoc verſatur ius commune & publicum, cui renuntiare non poteſt. l.relegati.ff.de pœnis. male tamen facit, frangendo fidem: quia in frangenda fide, nihil boni, nec dolus bonus eſſe poteſt. Plenius per Fortunum Garſiam, in.l.conuentionum. col.8.in fi.ver.infertur.ff.de pactis.refero eum latius infra eodem.

Diſtinctio. 7 Aduerte † in iſta quæſtione, quod aut iſte qui verbis blandis & doloſis extrahit, quem ab eccleſia, eſt priuata perſona, aut eſt iudex, aut eius officialis.

Si eſt priuata perſona, & extraxit verbis blandis, & doloſis exiſtentem in eccleſia extra eam, & ibidem eum interfecit, ſeu vulnerauit: tunc clarum eſt, quod iſte qui occidit, ſeu percuſſit, eſt inſidioſus, ſeu proditor. per glo. in c. clericus.1.41.diſtin. qui dicit, quod qui malitioſe circunuenerit alium, & callide ſeducit, vt in periculum ſalutis tradat, dicitur proditor. Idem eſt interficere per dolum, & interficere per induſtriam.c.1.de homi.& ibi collecta, qui exponit per induſtriam.l.per dolum. vt ſupra. dixi in fallen. 14.& iſte talis: ſi confugiat ad eccleſiam, non gaudebit. vt dixi in d.fallentia.xiiij.

Si vero iſte talis priuatus non occidit, nec percutit illũ, quem verbis blandis & doloſis extraxit ab eccleſia: ſed detinet eum ad fines, vt officialis iudicis eum capiat, vel ipſe tradit, iſtum extractum iudici: tunc eſt videndum, an iſte ſic extractus ab eccleſia debeat gaudere immunitate eccleſiæ, & videtur quod non, per ſupradicta.

Alia diſtinctio. Aut iſte, qui extraxit ab eccleſia exiſtentem in ea, verbis blandis & doloſis, eſt ipſe iudex, vel eius officialis: tunc eſt quærendum, an eccleſia ſit violata.

Baldus mouet quæ- 8 Bald. in.l.1.§.non fuit.ff.de dolo quærit, quid ſi iudex vult



8 vult † punire malefactorem, & promittit ſibi fiduciam: & poſtea non vult ſeruare fidem, vtrum hoc poſſit legimè facere, videtur quod ſic, quia eſt bonus dolus, vt in d.§. non fuit. ècõtra videtur, quod etiam hoſtibus eſt ſeruãda fides, in treuga ꝓmiſſa per ducem belli. l. cõmercium.ff.de pactis. dicit Guilliel. de Cuno, quod ſi eſt talis, quod poteſt extrahi inuitus ab eccleſia, vel alio loco exempto, tunc nõ debet ſeruari fides ſecundũ eum. Sed Petrus dicit, quod ſemper debet ſeruari fides: & hæc eſt æquior opinio. ſecũdum Cynum, in l. præſenti. de his, qui ad eccle. confug. C. Bal. cõcludit, quod aut iudex dedit licentiã cauſa cognita: & tunc eſt ſeruanda fides: per notata in l. his qui reus. ff. de publi. iudi. aut ſine cauſæ cognitione: & tunc non eſt ſeruanda in præiudicium Reipub. l. relegati. ff. de pœnis. Hæc Bald. vbi ſupra.

ſtionem de ſeruãda fiducia à iudice vel nõ delinquẽti præſtita.

Cynus ait ſemper ſeruandam fidem.

Angelus. Angel. in d.l.1.§.non fuit. quærit de iſta quæſt. & refert Guill. & Petrum, & Bal. & dicit, quod ſibi placet dictum Bald. Ange. de male. in ver. quod fama publica. q.5. fol.73. col.3. in paruo volu. refert Guill. Cy. Bal. & Ang. vbi ſup. & Ludo. Ro. in l. 3. §. ſi quis ſeruum. ff. de acqui. poſſeſſ. Iaco. de Bell. in auten. de man. prin. §. ſed neque. coll. 3. loquitur latius, quàm aliquis, quomodo ſit danda fidantia: & dicit, quod regulariter non eſt danda: tamen ſi detur, an ſit ſeruãda? arguit pro & contra, & diſtinguit, aut datur hoſtibus, aut ſubdito, aut aliquo non ſubdito, vt ibi late per eum. ſed quoad propoſitum noſtrum in finalibus verbis, quærit dictus Iacob. quid ſi fidantia data eſt homicidæ vel alteri, & à iudice nõ eſt ſeruata, & decapitatus eſt: an iudex bene fecerit. glo. in d.§. ſed neque. dicit quod ſic. & eſt bonus dolus per l.1.§.non fuit.ff. de dolo. Sed quidam dicunt, quod malefecerit, & iſtum.§. ſed neque. aliter intelligunt, quàm nos, & male, & diſtingue, vt ſupra dixi. Sunt verba d. Iaco. & diſtinct. ſua quoad caſum noſtrum eſt, quod ſi fides da-

 tur

tur ſubdito,ſi à lege datur,ſeruari debet.l.2.& l.preſenti.cũ ſimilibus.C.de his,qui ad eccle.confug. Nam lex dat ſecuritatem exiſtẽti in eccleſia.Si autem datur ab homine,autoritate legis,ſeruanda eſt.vt in d.§.ſed neq;.de mãda.prin. colla.3.vbi tex.dicit,quod in cauſis ciuilibus,cauſa cognita poteſt dare Iudex ſecuritatem.& facit lex Quiſquis. C. ad l.Iuli.Maieſta.Si autẽ ſine autoritate legis,datur fides ſubdito,ſeruari non debet.vt in d.§.nec autẽ.& ratio eſt, quia eam non dat ſecundũ legem,nec ad vtilitatẽ Reipub.ergo poteſt contrauenire.Iaco.vbi ſupra.

Felinus. Felin.in c.accedens vt lite nõ cõteſta.col.2.ver.an autẽ liceat aliquo caſu rumpere fidẽ datam in ſaluũ conductũ. refert Imo.in.l.is qui reus.col.pen.& vltima.§.de publi.iudi.vbi vult,quod quãdo eſſet iniuſte cõceſſus,& reus eſſet in loco,in quo alias de iure capi poſsit, licite ſibi frangitur ſaluus conductus,qui fuit impetratus,ſolum,vt delictũ eſſet impunitum,& infert ad iudices maleficiorum promittentes impunitatem reo,ſi cõfiteatur. Qui non tenentur ſeruare promiſsionẽ,in foro contentioſo, per id quod habetur in l.ius publicum.C.de pactis.Tamen in foro conſcientiæ,putat oppoſitum,quia non licet mentiri.c.1.22.q.1.ſecundum Imo.vbi ſupra.& dicit Felin.quod ad hoc facit mirabile verbum Archid.in c. vtilem.22.q.2.vbi dicit, quod Alexã. Papa III. promiſit immunitatem cuidam Epiſcopo ſimoniaco ei ſecretè confeſſo,ſi idem confiteretur coram Cardinalibus,quod cum feciſſet depoſuit eum. Nam excuſatur à dolo,ſecundum Archid.per illum text. vbi vtilis ſimulatio laudatur.Hæc Felin.vbi ſupr. & idem in c.afferte.in.1.notabili.Refert Archi.ind.c.vtilẽ.22.q.2. refert etiã Domi.in c.nos quemquam.2.q.1.col.3.in princ. ver.ad tertium.vbi dicit,quod iudex promittens delinquẽti remittere ſibi delictũ,ſi confitetur,ex tali confeſsione poteſt eum damnare,& excuſatur iudex. ex tali ſimulatione rofe-



referunt Alexandrum Papam.III.quem ſupra retuli. Feli. vbi ſupra.

Ioan.de Imo,in d.l.is qui reus.col.pen.ver. item aduertendum,& col. fin.quærit de iſta quæſtione prædicta.ſ.an promittẽs impunitatem reo,teneatur eam ſeruare. Refert Cyn.Iaco.de Bello vi.& Guill.de Cu.& concludit, quod aut poteſtas dat ſaluum conductum ex cauſa,puta propter inueſtigandam veritatem alicuius rei,& tunc debet ſeruare:aut dat abſq; alia cauſa,& tunc ſi dat exiſtenti in loco,de qua poterat extrahi,ſeu vbi poterat capi, videtur quod nõ teneatur ſeruare.ex hoc ſentit Bart.in d.l.is qui reus. & Iaco.de Bello vi.licet Cyn.ſentiat contrarium in d.l.præſenti,de his qui ad eccle.confug.C.aut ille,cui datur ſaluus cõductus,eſt in loco,vbi non poterat capi: & eſt maius dubium propter dictum Guilliel.in d.l.1.§.non fuit.de dolo.ff.videtur, quod cum ſit permiſſum ſine cauſa iudici dare ſaluum conductum homicidæ,non videtur tutum ſe tunc committere literis ſalui conducti.per c.accedens.42. vt lite non conteſtata,& faciunt,ad id quod quotidie faciunt iudices maleficiorum. quia dicunt capto pro maleficio, quod permittunt ſibi quod ſi dicat veritatem non patietur aliquod malum.Nam talis promiſsio videtur nulla per ſupradicta.&per l. ius publicum. de pactis.ff.& hoc in foro contentioſo.in foro autem conſcientiæ, forte non eſt licitum mentiri cap.1.22.quæſtione.2. & pro latiori concluſione dicit, quod poſſunt conſiderari tres caſus prout tetigit Iaco.de Bello viſu. in. §. neque autem.de manda. princip. colla.3.retuli ſupra ſcilicet, aut fiducia datur hoſti, aut datur ſubdito, aut datur alij non ſubdito. vt latius per eum. vult Imo.vbi ſupra.quod ſi fiducia datur ſine legis autoritate non eſt ſeruanda.Hippolytus de Marſil.in practica cauſarum criminalium in ver.poſtquam.folio.19.columna prima. dicit,quod quando iudex dixiſſet, Hippolyt. de Marſil.

 reo

reo, confitearis delictũ libere, quia promitto tibi parcere; vel promitto, quod nullam pœnam patieris hoc caſu. Si ipſe reus confiteatur delictum, non poteſt ex tali confeſsione condemnari. allegat Imo. conſ. 109. nam Imo. in d. conſi. dicit, quod confeſsio extorta per dolum, ex quo fuit inductus ad d. confeſsionem faciendam proteſtationem gratiæ ſibi faciendæ, non debet nocere. allegat multa ſimilia, vt ibi per eum. allegat Hippol. vbi ſupr. Nico. Milis. in repertorio. in verbo confeſsio. ver. confeſsionis perſuaſione. fol. 25. col. 3. vbi dicit, quod ſi confeſsio eſt perſuaſione facta, poteſt probata perſuaſione reuocari. allegat etiam Iaſ. in. l. error. de iur. & facti igno. C. col. 4. ver. capio glo. fin. quod quando quis inducitur dolo, ſeu perſuaſionibus ad confitendum, poteſt iſte talis reuocare talem confeſsionem. vt latius per Iaſ. vbi ſupra. allegat etiam Paris de Put. in tractatu de ſyndicatu. §. Sequitur quæſtio. fo. 295. col. 2. in paruo volum. vbi dicit, quod quidam inquiſitus de crimine, fuit confeſſus crimen ſine tortura ad perſuaſionem officialis, an poſsit eam reuocare, dicit, quod ſic. ſecundum Dig. in tractatu de quæſtionibus qui admonet iudices, quod non faciãt iſtas perſuaſiones in ſpecie, vt latius per Paridem de Puteo, vbi ſupra. & idem etiam Hippol. in l. ſiquis obrepſerit. de falſis. ff. vbi etiam refert prædictos Doctores. fol. 86. col. 3. & Hippol. in l. 1. §. quæſtioni. col. pen. de quæſtio. ff. & in ſingulari. 202. Rubr. de proba. C. fol. 16. in paruo volu. col. 2.

Idem Hippol. conſ. 32. nu. 2. cum ſequent. fol. 54. dicit, ibi Hip. quod ſi reus eſt confeſſus delictum perſuaſione iudicis, qui ſibi promiſit, quod ſi ſibi confiteretur delictum, eum liberaret, & ei faceret gratiam, non poteſt ex tali confeſsione condemnari, nec talis confeſsio ei præiudicat. allegat Imo. conſi. 109. retuli ſupr. & Hippol. vbi ſupr. allegat aliqua motiua Imo. 1. c. cum contingat. de iureiuran. c.





quamuis. de pact. vbi iuramentum per dolum extortum, non nocet iuranti, eadem ratione confeſsio dolo extorta, non debet nocere confiteri. Item adducit. c. ſane. de renũc. vbi dicit text quod non valet renunciatio illius, qui fraudulenter inductus fuit ad renunciandum. ad idem gloſ. in. l. item ſi pretio loca. ff. in glo. fin. & facit glo. in l. 2. in glo. pe. quando. actio de pecu. eſt annalis. ff. quæ dicit, quod confeſsio facta perſuaſione aduerſarij poteſt reuocari. Item hoſti eſt fides ſeruanda ſecundũ æquitatem, & bonos mores. text. cum glo. in can. Noli. 22. q. 1. & in ca. Innocens. 22. q. 4 glo. in ca. Dñs autem. 23. q. 2. glo. in l. cõuentionẽ de pactis. vt latius per Hippol. vbi ſupra.

Philip. Dec. in l. vni. de ſen. quæ pro eo quod intereſt pro Phil. Dec.
fer. c. in. 2. lectura in. 7. not. num. 23. dicit, quod propter veritatem inueſtigandam iudex fingere, & ſimulare poteſt. c. afferte de præſu. c. ſi quilibet. 22. q. 2. c. vtilẽ. 22. q. 2. vbi dicit, quod etiam iuſti viri quandoq; ſimulare poſſunt, & per illum text. dicit Arch. poſt Hug. quod iudex poteſt delinquenti impunitatem promittere, ſi delictum confiteatur, & poſtea ex tali confeſsione illum punire nõ obſtãte eius promiſsione. Sequitur Felin. c. afferte. ſed adde dicit Dec. vbi ſup. quod contrarium tenet in terminis Imo. conſ. 109. quia fides hoſti ſeruari debet c. noli æſtimare. 22. q. 1. Refert etiam Paridem de Puteo. in tractatu de Sindicatu. retu Iaſon.
li ſupra. Iaſo. in. l. ſi mora. ff. ſolut. matr. in. 3. nota. ponderat ibi text. quod ſic reperire dolum bonum, & circa hoc dicit eſſe mirabilem deciſionem. Archidia. in c. vtilem. 22. q. 2. Nam dicit, quod Alexand. Papa, III. alias obſeruauit vnum dolum. De quo fuit valde laudatus. Quidam Epiſ- Nota caſũ.
copus confeſſus fuit, ſoli Papæ totam ſimoniam, quam fecit in acquirendo Epiſcopatum Papa dixit ei, volo tibi parcere, ſi hoc corã Cardinalibus dixeris, ita fecit Epiſcopus. dicit Archid. vbi ſup. quod Papa poſtea eum priuauit Epiſ

copatu.eodem modo dicit Arch.quod ſiquis diceret Sarracenis,quod vult ſequi eorum ſectam, vt eam cognoſceret,& eam cognitam poſtea confunderet, quod non peccat,imo meretur.ita etiam dicit Dom.in c.non in quemq; 2.q.1.hæc Iaſo.vbi ſupr.vult ergo Iaſo.quod talis promiſſio non eſt ſeruanda.

Idẽ Decius

Philippus Decius.in reg.ea eſt natura de reg. iu. ff. fol. 83.dicit,quod iudex ad veritatem inueſtigandam poteſt vti cauillationibus,& etiam ſimulare,prout in c. afferte de præſumptionibus.Nam propter vtilitatem publicã ad finẽ bonum,permiſſa eſt ſimulatio c.vtilem.22.q.2. & per illũ text.dicit Arch. & ibi,& Domini.in c.nos in quenquam.2. quæſt.1.quod iudex poteſt delinquenti promittere impunitatem,& liberationem ſi confitetur delictum,& poterit iudex ex tali confeſſione ipſum condemnare, & iudex excuſatur,ſecundum Archidiac.in c.vtile.& refert Alexand. Papam III. ita feciſſe cum quodam epiſcopo ſimoniaco. & ſequitur Felin.in d.c.afferte, de præſump. adde tamen quod contrarium tenet Imo.in iſtis terminis conſ.109.vbi concludit ex pluribus quod virtute illius confeſsionis extorta per dolum reus condemnari nõ poteſt. Retuli Imo. ſupra. & dicit Decius ſupra,in dicta regula ea eſt natura. quod iſta videtur verior opinio,quia fides data ſeruari debet.l.1.in princip.de conſtit.pec.ff.& etiam hoſti fides ſeruanda eſt.c.noli æſtimare.23.q.1.& ideo iudex præſertim qui publicam perſonam gerit fidem ſeruare debet per notata,per Bar.in.l.1.§.non fuit.de dolo.ff.nõ obſtat,id quod Bart.dicit.in d.§.non fuit,quod à priuato non ſit fides ſeruanda hoſti dictum Bart.non eſt verum quia etiam priuato debet ſeruari fides.per dicta iura,quæ loquuntur generaliter.non obſtat d.§.non fuit,quia non videtur probare illud,quod Barto.dicit ibi.quia ibi de fide data nullum eſt verbum,ſed ſolum dicit, quod quis poteſt vti ſolertia,& machi



machinatione contra hoſtem,& iſta ſunt notanda,quia ſæpe eueniunt.dicit Decius vbi ſupra.

Fortu Garſia.

FortunusGarſia.in.l.conuentionum de pact.ff.col.4.in fin.ver.infertur declarat Cyn.in l.fi.de his,qui ad eccleſ.cõfugi.C.retuli ſupra.Cyn.ibi dicit,quod aut extraxit in caſu permiſſo,tunc non eſt ſeruanda fides,aut in caſu non permiſſo.tunc eſt ſeruãda fides.ſecundum Cyn. ibi Fortunus Garſia concludit,quod etiam in caſu in quo poterat ab eccleſia extrahi,ſi iudex dedit fidem,iterum eum ad eccleſiam daturum debet fidem ſeruare,& eum ad eccleſiam ducere,licet fides de non condemnando ad mortem,vel ad cruciatus non poſsit ſeruari,quia tenetur eum condemnare,tamen fides data,eum iterum reponendi eſt ſeruanda, quia poterit eum ſalua fide deducere ad eccleſiam, & poſtea eũ extrahere,in caſu,quo debet, extrahi. facit c. debitores. & nota ibi de iur.iur.& refert dictus Garſia. quendam Comitem Hiſpaniæ,qui præerat prouinciæ cuidam fidem dediſſe,& quidam acceſſor dicto comiti, vt eum retineret, non obſtante fide,at ipſe comes (inquit) tu leges alias me doceas,contrariam ego legem à fidei ratione didici, itaq; inſtinctu quodam naturali ipſe comes fidem in illo caſu ſeruauit.hæc Fortunus Garſia.vbi ſupra.dic. Fortunus Garſia vult innuere quod fides de non condemnando ad mortem,vel cruciatur non debet ſeruari.

Nota caſũ.

Ioan. de Rip.

Ioan.de Rip.in c.de iu.col.43.ver.huic iudex, qui non poteſt aliter veritatem habere, poteſt vti ſimulationibus, & multa reo promittere,& nihil obſeruare ſecũdum Arc. in d.c.vtilem.22.q.2.allegat Felin.in c.afferte de præſump. in.1.notabili.& Iaſo.in d.l.ſi mora.3.notabili.ff.ſolut. matrimo.

Angelus.

Angel.in auten.de lenonibus.colla.3.in fi.dicit, quod ſi ſtatuto caueatur,quod quicunq; mulierem inuitam adulterauerit, puniatur pœnã capitis, tamen ſi volentem

O 4 pœna.

pœna. 100. librarum, accuſatur Titius, quod adulterauit ſe iam ipſam decipiendo, cum auridatione, an puniatur tanquam inuitam adulterantem, an tanquam volentem, dicit Angel. quod in dict. authen. videtur caſus tanquam inuitam, nam propter deceptionem videtur adulterium committere. hæc Angel. vbi ſupra, facit ergo quoad propoſitũ noſtrum, quod extractus ab eccleſia per deceptionem, videtur inuitus extrahi, ergo eſt reſtituendus.

Salicetus. Salic. in l. vni. de raptu virgin. C. col. fin. num. 39. dicit quod perſuaſio doloſa, plus eſt quam violenta coactio. allegat. l. ſi quis ſeruo. de fur. C. & l. 1. §. perſuadere. de ſer. corrup. ff. & l. 2. §. ſi quis volentem. de libe. homic. extra. ff. dict. l. ſi quis ſeruo. dicit, quod ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit, vt aliquam rem domini ſui ſurripiat, ipſe furti actione propter dolum ſuum tenetur, & etiam actione ſerui corrupti, dict. §. perſuadere. dicit, perſuadere autem eſt pluſquam compelli atque cogi ſibi parere, dict. §. ſi quis volentem. dicit, quod ſi quis volentem retineat, non videtur dolo malo retinere. Sed quid ſi volentem quidem retineat, non tamen ſuę calliditate circumuentum, vel seductum, vel ſollicitatum, neque bona, vel probabili ratione hoc facit, rectè dicitur dolo malo retinere, & dicit Alber. de Roſa. in §. perſuadere. per illum text. quod plus eſt perſuadere, quam cogere. allegat. c. tanta nequitia. 86. diſtin.

Petrus Rauen. Petrus Rauenatis in alphabeto aureo in ver. in verſ. fol. 117. col. 4. in fin. quærit: an ſtuprans aliquam iuuenculam cum auridatione videatur inuitam, & nolentem ſtuprare: concludit, quod ſic. allegat Angel. in dict. authen. de lenonibus, retuli ſupra. allegat etiam dict. l. vni. de raptu. l. 2.

Seuerinus. Ioan. Baptiſta Seuerinus in repet. l. cunctos populos. de ſumma Trinit. C. num. 61. & 62. refert tex. dict. authen. de lenonibus, & ea quæ ibi dicit Angel. ſupra.

Hippolyt. Hippol. de Marſil. in repe. d. l. vni. de rap. virg. col. 10. in prin.



prin. refert Angel. vbi ſup. & dicit, quod pro dicto Angeli facit. d. l. vni. ante fin. & dict. §. perſuadere. l. 1. de ſer. corru. allegat etiam Philip. Decium conſil. 170. paulò poſt principium. refert Angel. vbi ſupra.

Item dicit Bar. in l. 1. in prin. ver. & per hoc dico. de eo per quem fur erit. ff. quod perſuaſio aduerſarij eſt iuſta cauſa concedendæ reſtitutionis in integrum, & ille dicitur perſuaſor, qui aliquid perſuadet ad ſui commodum. Bald. in l. non ſolum. §. ſi mandato. col. 1. de iureiurando. ff. & perſuaſio nimia per quam inducitur quis ad aliquid faciendum habetur loco coactionis, & compulſionis. l. eum qui. de apoſtatis. C. l. 1. ante fin. de rap. virg. C. Paul. de Caſtro allegat dictos tex. ad iſtud propoſitum conſil. 164. cõſil. 75. in antiquis col. 1. Socin. conſi. 263. col. 2. lib. 2. Refert eum Curtius Iunior conſi. 141. nu. 7. & ſequen. ver. ad primum, & Calcaneus conſil. 25. col. 13. in prin. & conſi. 123. col. 6. & dicit Oldra. conſil. 36. col. 1. ver. ad primum quod perſuaſio ad malum plus eſt, quam compulſio. per. d. §. perſuadere. l. 1. de ſeruo corrupto. ff. per diſtinct. & multa alia in materia perſuaſiua. Refert Crauet. con. 122. colum. 6. nu. 12. cum ſequen. vide eum in iſta materia perſuaſionis, qui latè loquitur. Bartol.

De ſecuritate multa loquitur Bartol. in l. illicita. §. ne potentiores. ff. de offic. præſi. & in fine dicit, quod eſt quędam alia ſecuritas, quæ petitur à iudice, & eam poteſt ex cauſa concedere, de qua in. §. ſed neque. de mandat. princ. collat. 3. & ex cauſa etiam bannito poteſt dari ſicut relegato, vt in dict. §. ſed neque. & in l. is qui reus. ff. de publicis iudicijs, ſed quærit Bartol. in dict. §. ne potentiores. Nunquid tenetur eam ſeruare iudex. gloſſ. in dicto. §. ſed neque. dicit quod non. dicit Bart. tu dic, vt notatur per Cyn. in dict. l. præſenti. C. de his, qui ad eccle. confug. retuli ſupra Cyn.

Guillielm.

Guillielm. Mayn. in regula probatorum pactionibus. ff. de regul. iur. fol. 56. col. 4. in dict. reg. num. 9. dicit, quod dicta regula facit ad quæſtionem, vtrum iudex malefactori fugienti ad eccleſiam teneatur ſeruare fiduciam datam, vel ſaluum conductum, dict. regu. facit quod non teneatur ſeruare, quia iudici non licet donare ius publicum. l. 3. §. penul. quod vi, aut clam. ff. facit. 1. §. non fuit. de dolo. ff. vbi mouetur hæc quæſtio, & dict. Guilliel. vbi ſupra refert opiniones. Prima fuit aliquorum doctorum, dicentium cautelam eſſe, quod iudex ſeruet fidem datam, ſed ſuperior puniat malefactorem.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Secunda opinio fuit Guillielm. de Cun. in d. §. nō fuit. quam recitat Bald. & Alber. ibi, quod illis quos aliàs inuitos poterat extrahere, fiducia ſeruanda non eſt: vt in. §. neque autem homicidas. in authen. de manda. princi. collat. alias ſecus.

Tertia opinio.

Tertia opinio fuit Petri, cuius opinionem ſecutus fuerat Cyn. in. l. præſenti. de his, qui ad eccle. confug. C. qui tenet ſemper fiduciam datam eſſe ſeruandam: Oldra. vt refert Alberi. in. §. non fuit. dict. l. 1. de dolo. ff. iſtam quæſtionem diſputauit Paduæ, & poſt multa tenuit indiſtinctè fiduciam debere ſeruari mouebatur, quia talis fuga facta videtur contemplatione eccleſiæ, quia in hoc videtur priuilegiata, alias eccleſia læderetur, & poſſet reſtitui. l. iuraſſe. de mino. ff.

Quarta opinio.

Quarta opinio fuit Bal. quem ſequitur Angel. de Peruſio in dict. §. non fuit. fatetur fiduciam datam eſſe ſeruandam, ſi cum cauſæ cognitione fuit data. per. l. is qui reus. de public. iudicibus. ff. vbi per Bartol. & Imol. ſecus ſi ſine cauſæ cognitione: quia tunc illam non potuit iudex concedere in præiudiciū Reipub. l. relegari. de pœnis. ff. & hoc ſequitur Angel. Areti. in ſua inquiſitione, de maleſi. in ver. quod fama publica, in. 5. quæſt. fol. 73. in paruo volum.

Quinta



Quinta opinio.

Quinta opinio, eſt glo. in dict. authen. de manda. prin. §. neque. quæ tenet fiduciam datam, non eſſe ſeruandam. & eam ſequitur ibi Iacob. de Bellouiſu dicens, quod non obſtante tali ſaluo conductu, poterit decapitari de iure, cum non teneatur, vt in dict. c. accedens. 2. vt lite non conteſtandæ. vbi text. quod quis non debet ſe committere fidei inimici capitalis, etiam cum ſaluo conductu: & ſic non debet credi iudici maleficiorum, dum dicit ipſi capto pro maleficio, quod confiteatur veritatem, quia non patietur aliquod malum, nam talis promiſſio eſt nulla, cum ſit contra ius publicum, vt. l. ius publicum. de pact. & pro iſta opinione facit glo. ſingularis in. c. cupientes. in ver. malignantium de electis. lib. 6. vbi dicit, quod fouens iuſtā cauſam, in principali, cauillationes, & malitias aduerſarij, poteſt per alias repellere. Idem glo. in. c. diuiſim. 23. q. 2. & contra dict. glo. eſt gl. in. c. exceptionē obijciens. de reg. iur. lib. 6. & nō inſiſto in iſtis glo. & in varijs locis doctores loquuntur de ma. d. glo. non refero eos, ſed refero me ad Barba. in c. 1. col. 34. & ſeq. de mutui petitione. & ad dicta per Præpoſi. in. c. per tuas. qui ſi ſunt legi. col. 2. not. 11. ibi dicit, qđ contra dict. glo. c. cupientes. tenent Theologi, quia non eſt licitum mentiri. & Imol. in. l. decem. de verb. oblig. ff. allegat. d. glo. exceptionē. licet Bal. in. d. l. data, qui accuſa. poſſunt. c. dicat, quod per fas vel nefas, licitum eſt defendere.

Dictus Guill. vbi ſup. dicit, quod quidam moderni ſequuntur Guilliel. de Cun. dicentes, quod ſi detur fiducia reſidenti in loco, in quo poterat capi de iure, non tenetur ſecuritas. ſecus, ſi in loco, de quo non poterat extrahi inuitus, vt in dict. l. præſenti. §. ſanè. de his, qui ad eccle. confug. C. vnde ſi iudex dat ſaluum conductum pro homicidio homicidæ exiſtenti in territorio ſuæ iuriſdictionis, in quo poterat capi, non tenetur ſeruare ſecuritatem: ſecus ſi in alieno territorio: nam captum in eccleſia vel in alieno

territorio,

territorio,iudex loci,poterit eum repetere.per gloſ. ſingu. in l. ſi quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.&.§.idem Celſus.de ædil.edict.ff.& tali capto Iudex capiens vim facere videtur.l.plerique.de in ius vocan.ff.poteſt etiam dici ille ſpoliatus ſua libertate,& per conſequens ante omnia reſtituendus in priſtinum ſtatum.l.1.&.2. de liber. homi. exhi.ff.

Idē Guill. Dictus Guilliel.vbi ſupra.col.penul. refert Imo.in d.l.is qui reus,de publi.iudi.ff.qui refert tres caſus.non refero cū poteſt videri. & dictus Guillielm.vbi ſupra. refert ſupradicta.

Felin. Felin.in c.accedens.2. refert Imo.in d.l.is qui reus, col. 2.ver.an autem liceat,&.ver.2.vt lite non conteſtata.& an iſta fiducia ſeu permiſsio, quæ datur delinquenti ſit ſeruanda. Hippolyt. Hippoly.de Marſ.in practica cauſarum criminalium, in ver.poſtquam.columna.7. fol.19. col.1. in paruo volum.refert plures Doctores.&.in l.ſi quis obrepſerit.de falſis.ff.col.3.& plene per Ioann.Igneum in l.3.§.ſi ex ſtipulatu. ad Sillanianū.ff.252.cum ſequen.&aliquid per Felin.in c.2.col.1.de præſcript.in c.1.col.3.verbo,fallit tertio. de officio delega.

Matth. Afflictis. Matthæus de Affli.in tit.de pace iura.firman.§.item ſacramenta.ver.in glo.4.num.65.col.fi.fol.152.col.3. in vſibus feu.in 2.parte.2.libri,dicit,quod Bal.quærit ibi , an ſecuritas data hoſti,bannito vel alij delinquenti per iudicem & cum iuramento ſit ei ſeruanda.dicit,quod non.per l.iuncta glo.in auten.de man.prin.§.ſed neque.hæc refert Imo. in l.is qui reus.de publi.iudi.ff.Lucas de Penna.in.l.1.de Palatijs,& domibus dominicis.lib.11.Refert d.Affli.vbi ſupra plures Doctores,hoc tenentes.

IdēMatth. Et dictus Matthæus vbi ſupra.ver.3.not.num.13.fo.148 columna. 1. numero. 22. quærit, Si minor iurauit ſuper contractu , ſed conſtat quod ſit inductus blanditijs alte-



alterius partis ad iurandum,an iuramentum obliget. Refert Andre.de Iſernia ibi quod ſic. Nam ſecundum eum, eſt differentia inter dolum & blanditias,in dolo eſt deceptio,in blanditijs non eſt deceptio:quia ſic,& ſeipſum decipit. dict. Matth.dicit, quod ſuaſiones, ſiue blanditiæ æquiparantur dolo,& dolus æquiparatur errori.vt latius ibi per eum.

Et quod Iudex non teneatur ſeruare hanc ſecuritatem, nec ſub eius prætextu, eum cui hæc eſt conceſſa ſecuritas impunitum ferre delinquentem.tenet gloſ. inſtitutionum forenſium Galliæ.lib.3.§.vbi reus eſt.c.6. in ver. violetur. eſt in litera C. pag.382.allegat Bart.in l. illicitas.§. ne potentiores.Retuli Barto.ſupr. ibi non reſidet in iſta opinione.

Idem gloſ.inſtitutionum forenſium in.§. nunc demonſtremus.eſt c.9.in fi.pagin.402.in princ. Nam text. in d.§. in fin.vult innuere pollicitatione immunitatis ſeruandam fore.dicit gloſ.vbi ſupr. Huic opinioni aſſentitur Philipp.Dec.in l.ea eſt natura.de regul.iur.ff. Tamen ſi poſt detectum pollicitationis huiuſce dolum reus in priori perſeuerat confeſsione ex ea poteſt condemnari.ſecundū Alciat.in l.natura.de verbo.ſignific.ff.hæc gloſ.in d.§. nunc demonſtremus.

Alciatus. Alciatus in d.l.natura cauillationis de verb.ſignificat.ff. fol.27.loquitur de cauillatione,& col.2.quærit, an huiuſmodi cauillationibus vti aduocatum deceat,& dicit graui viro cōuenit,nunquam vti cum lationibus. ca.dominus. 23.quæſtio.2.neque enim debet quis de victoria magis quam de veritate ſollicitus eſſe,quoniam id vitium refert etiam licere aduocato bonam cauſam falſis rationibus tueri, & dicit, neſcio cuius pontificis factum laudatur qui nocenti impunitatem promiſſerat, vt delicti confeſsionem extorqueret, huiuſmodi: ergo dolum probare non poſſum,

ſum, nec ex ſimili confeßione damnari reum arbitror, cũ ea fiducia fateri potuerit, vt quamprimum litium, carceriſve moleſtiam euitaret cum crederet fore, vt ſibi fidem iudex ſeruaret, niſi ergo ſpe huiuſmodi deceptus reus priorem confeßionem ratam habeat liberabitur. Ita Imol. & Deci. ſcripſerunt in. l. ea eſt. de regul. iur. ff. licet in contrariam ſententiam itum ſit, ſunt verba Alciati, vbi ſupra: vult ergo, quod promißio eſt ſeruanda.

Ioan. Igne. Ioannes Igneus, in tractatu, an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. col. 57. ver. 7. numer. 115. fol. 75. Refert Honorium Papam IIII. qui induxit, quendam epiſcopum, vt confiteretur ſimoniam coram cardinalibus pollicitus ei veniam, ſi peccatum detegeret, qui confeſſus iuxta promißionem Papæ, poſtea priuatus eſt epiſcopatu, & inhabilis ad obtinendum beneficia, tamque ſimoniacus, aliqui laudauerunt: tamen tex. in. l. quiſquis. ad. l. Iul. maieſt. C. vult pœnam remitti detegentibus ſimilia: & hæc forſan melius. hæc Ioan. Igne. vbi ſupra. vult ergo quod promißio eſt ſeruanda. Nouißimo Andreas ab ex ea, in libro pactorum. fol. 269. cum ſimil. ver. quinquageſimo principalia fallent. quærit de iſta quęſtione, quando iudex promittit delinquenti impunitatem, ſi delictum confiteatur, an iudex teneatur promißionem adimplere. Refert Dec. in l. ea eſt natura. & Doctores pro & contra, & quod teneatur promißionem adimplere, refert Decium in. l. ea eſt natura. de regul. iur. ff. Hippoly. in. l. 1. de quæſtio. ff. §. quæſtio. & inſuper Rub. de probat. C. & in. l. ſi quis obrepſerit. de falſis. ff.

Et quod non teneatur promißionem adimplere, refert Dominicus poſt alios, in. c. nos in quemquam. 2. q. 1. Feli. in. c. afferte. de præſumptio. & gloſſ. inſtitutionum forenſium Galliæ, refert Honorium Epiſcopum, qui dixit, quidam epiſcopo, &c. & Archid. in. c. vtilem. 22. q. 2. & Iaſo in. l.



in. l. ſi mora. in tertio nota. ſolut. matrim. ff. & Ioan. Igne. in tract. an Rex Franciæ. & Felin. in. c. accedens. 2. vt lite non conteſtata. Omnes iſtos, & plures alios Doctores pro & contra, retuli ſupra.

Quatuor caſus. Dictus Andreas ab ex ea, in hac materia, facit quatuor caſus.

Primus caſus. PRIMVS, quando agitur de delicto vnius ſolus, & Iudex per illam promißionem, nullis præcedentibus inditijs extorquet à delinquente confeßionem: & tunc aut volumus quærere, vtrum iudex ex ſola illa confeßione poßit illum punire: & credit ſine dubio, quod non: quia talis cõfeßio videtur extorta per dolum: & ideo non præiudicat cõfitenti. Et hoc caſu, bene militant rationes Imol. in dict. conſil. 109. nec in ciuilibus confeßio per dolum extorta non præiudicat. Specul. in titul. de confeſſ. §. ſequitur. ver. ſecundo. Sozin. conſil. 92. col. 3. vt plenius per dict. Andream, vbi ſup.

Secundus caſus. SECVNDVS, quando præcedebant indicia ad torturam ſufficientia, nec poteſt haberi alia probatio, quàm per confeßionem, & indicia præcedentia. Iſte caſus videtur dubius ſecundùm Cun. & dicit, ideo propter difficultatem, nunquam conſulerem iudici, quod per iſtum modum promittendi extorqueret confeßionem, ſed potius deueniret ad torturam. Si tamen delinquens eſſet talis, quod veriſimiliter pateretur torturam, poteſt iudex ex cauſa prædicta torturam omittere, & in promittendo impunitatem delicti, veritatem extorquere. Sed hoc caſu non debet puniri pœna ordinaria, ſed potius alia extraordinaria, & mitiori pœna. Hæc tamen intelligit dict. Andreas, ſi in ſua confeßione perſeuerat. In hoc reſidet in iſto ſecundo caſu. & inquantum dicit, ſi in ſua confeßione perſeuerat, vide Alciat. in. l. natura. de verbor. ſignific. ff. retuli ſupra.

TERTIVS

Tertius caſus. TERTIVS eſt, quando vltra confeſsionem, delictum plenè probatur: nam tunc venit puniendus: nam nõ eſt hoc in poteſtate iudicis. Reatus enim indulgeri non poteſt. Bal. in c. innotuit. de electio. & Purpuratus in. l. 1. col. 3. in prin. de iuriſdict. omnium iudicum. ff.

Quartus caſus. QVARTVS, quando ſunt plures delinquentes, & Iudex vni ex delinquentibus promiſit veniam, ſi alios detegeret: & aliter veritas criminis haberi non poteſt, dicit dict. Andreas ab ex ea, quod credit, quod iudex tenetur obſeruare promiſſum, per tex. in l. penul. ff. de custo. reorum. Iacob. de Bellouiſu, in ſua practica criminali. in tit. de quæſtionibus. num. 139. fol. 86. col. 1. in fin. & ſequen. concludit eſſe ſeruandum promiſſum. vt plenius per eum, & per eundem Andream, vbi ſupra.

Iſti quatuor caſus, videntur mihi fore multum & æquitati, & iuri conformes.

Concluſio tenenda. Vnde quo ad caſum noſtrum, tutior opinio eſt, quod fides eſt ſeruanda, tam per publicam perſonam quàm per priuatam, ex quo patet, quod ſi aliquis verbis blandis & doloſis perſuaſione, ſeu promiſsione de non capiendo, vel alia quacunque cauſa extrahit aliquem de eccleſia, ſeu de loco priuilegiato, debet talis extractus reſtitui ad eccleſiã.

Corolariũ. Et vltra caſum eccleſiæ, dico per præmiſſa, quod promiſsio eſt ſemper ſeruanda: & iſta eſt communis opinio per ſupradicta.

# Fugiens propter debitum.
## Fallentia XXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fugiens ad eccleſiam propter debitum, quãdo gaudeat immunitate.*
2 *Quid in debito ciuili.*

3 Quid



3 *Quid ſi pro tributo principis debitum contractum ſit.*
4 *Modus procedendi in caſu propoſito.*
5 *Qui iurauit tenere obſtagium pro debito, ſi aufugit ad eccleſiam, an compelli poſsit vt redeat ad obſtagium.*
6 *Debitor obligans ſua bona, & perſonam ad ſoluendum debitum, ſi aufugiat ad eccleſiam, an gaudeat immunitate.*
7 *Diuerſas opiniones in hac materia hic legito.*

1 FALLIT 27. in fugiente † ad eccleſiam propter debitum. Iſtam quæſtionem, an fugiens pro debito ad eccleſiam, debeat inde extrahi, format Oldra. con. 54. & concludit, quod inſpecto iure communi, ſecundum quod liber homo nõ capitur pro debito, nec debet creditori ſeruire. c. lator de pigno. l. ob æs. de actio. & obligat. C. non debet inde extrahi: quia etiam ſi eſſet extra eccleſiam, non extraheretur, ſi velit cedere bonis. Sed inſpecto iure municipali, ſecundum quod liber homo pro debito capitur, & traditur in ſeruitium creditoris, tunc debet extrahi. vt latius per Oldra. vbi ſupra. Fallẽt. 27. an fugiens ad eccleſiã pro debito poſsit ab ea extrahi. Nota Old.

Archi. in c. id conſtituimus. 17. q. 4. dicit, quod in debito re debet ſeruari l. præſenti. de his, qui ad eccl. confug. C. & c. inter alia. de immu. eccle. Archidiac.

Cynus in l. præſenti. de his, qui ad eccl. confug. C. dicit, quod ſi fugit propter debitum tributorum, tunc extraheretur ab eccleſia. in auten. de mand. prin. §. publicorũ. ver. tributorum. col. 3. licet Petrus dicat, quod debitores tributorum, non debent extrahi de eccleſia, ſed ibi citantur, & ſe defendunt: vere quidem alioquin proceditur ad miſsionẽ in poſſeſsionẽ bonorum. & ita intelligitur d. §. publicorũ. aut fugit propter aliud debitum, tunc dantur ſibi 30. dies, in quibus ſecure exeat, & ſi ſententia fertur intra illos dies, Iudex exequitur ſententiam. Si autem poſt illos dies, ſugiat ad eccleſiam, Iudex exequitur eo modo, quo melius Cynus.

P poterit.

poterit.ſecundum Pe.licet glo.in d.auten.de mand.princ. §.ſed neque.aliter ſentiat,quod debetur ſibi ſecuritas exeũdi,& extandi extra eccleſiam per.30.dies,intra quos reſpõdebit vocatus ad iudicium. Et ſi Iudex ferat ſententiam intra illos dies,tunc Iudex dabit ſibi electionem,aut impleat iudicata,vel renunciet ſecuritati,vel redeat in eccleſiã.Hęc Cyn.vbi ſupra.

Iacob. Bel. Iac.de Bel.vi.in ſua practica,in ti.de fuga reorũ in prin. fol.47.col.2.cũ ſequẽt.vbi dicit,quod ſi liber homo fugiat ad eccleſiã propter terrorẽ creditorẽ,tunc aut erat debitor publicus,& tunc eccleſia eũ non tuetur,vt in.§.publicorũ. col.3.aut eſt debitor priuatus,& tunc habent locum, quæ dicuntur in l.præſenti.§.2.

Hoſtienſis. Hoſtienſis in ſumma eod.tit.§.inquantum.colu. 2. ver. aut liber indiſtinctè tenet,quod infra fines eccleſiæ nõ eſt aliqua violentia inferenda,& eſt tunc infra fines præſentãdus iudici,vt poſſit defendi per ſe,vel alium ſicut elegerit: alias, contra ipſum procedetur,& diſtrahẽtur bona,ſi qua habet.

Hẽr. Bohi. Henric.Bohic.in c.pen.eod.tit.colu.2. in fine.ver.ſi fugiens ad eccleſiam, dicit,quod ſi propter debitum tributorum fugiat ad eccleſiam,tũc extrahetur de eccleſia, in aut. de manda.prin.§.pe.& §.nec autem.ver.publicorum colla.3.& §.volumus,& §.neceſſitatẽ. in aut. vt iud. ſine quoquo ſuffragio.col.2.refert Lamber.& Cyn. in d.l.præſenti. Refert etiam Petrum de Bella Perti.dicentem, quod non extrahetur de eccleſia,ſed ibi citabitur, & ſi ſe defendat bene,alias procedetur in miſsionem, in poſſeſsionem bonorum.Si eſt propter aliud debitum,dabuntur ſibi 30.dies in quibus ſecure exeat,& ſi feratur ſentẽtia infra illos 30.dies, iudex exequitur ſententiam. Si autem poſt illos dies fugiat ad eccleſiam, inde exequitur eo modo, quo melius poterit. Intellige ſecundum Iacob.de Rauena, quod dabitur ſibi ſecuritas exeundi, & extandi extra eccleſiam per 30.dies infra quos reſpondeat,vocatus ad iudicium,& ſic iudex dabit ſibi electionem,vt impleat iudicata,& renunciet ſecuritati. & redeat in eccleſiam.hæc Henricus.vbi ſupra.



Anchar. Anchar.in c.inter alia. eod.tit.col.fin.in prin.ver. nunquid ergo pro debito.dicit,quod de iure cõmuni, pro debito non debet quis capi.l.ob æs.de action.& obligat.C.c. lator.de pigno.& ideo non debet extrahi. l. præſenti. §. 1. de his,qui ad eccle.confug.C.Sed quia de iure municipali,vt plurimum homines capiuntur pro debitis,tunc dicendum eſt,quod poteſt extrahi. Idem in caſibus, in quibus, quis de iure communi poteſt capi pro debito,vt in debito re tributorum,vt in §.tributorũ.& l.nemo de exacti.tributorum.C.cum ergo ius municipale permittit capi:ergo extrahitur præcipuè ſi hoc habeat conſuetudo,quæ attenditur in illa extractione.ſecundũ Inno.in d.c.inter alia.in fin. vbi dicit,qđ in iſtis exactionibus attenditur cõſuetudo.Aduerte tamen dicit Archid.quia in caſibus,in quibus ad eccleſiã debitor,vel delinquens confugit,debet prælatus, in eo caſu,quo non poſsit extrahi,eum cuſtodire, ne fugiat,& in eo caſu,quo poſsit extrahi, debet pati,& ſi in iſtis in culpa depræhenditur,tenebitur,vt in c.diffiniuit. 17. q.4. per Archi.hæc Anch.vbi ſupra.

Ioan. And. Ioan.And.in addi.ad Spec.eo.ti.quærit de iſta quęſt.an fugiens pro debito ad eccleſiã debeat inde extrahi, & dicit,quod cum de iure communi,homo liber, non capitur pro debito,nec cogitur creditori ſeruire d.c.lator. ergo nõ debet extrahi,quia ſi extra eccleſiam eſſet non caperetur, ſatis eſſet ſibi cedere bonis.l.1.qui bo.ce.po.C.Sed in multis locis liber homo capitur pro debito,per ius municipale & etiã in quibuſdã ſeruiturus creditori,tũc pręſtita ſecuritate extrahi debet,ne fraudetur eũ ſeruitio creditor ſicut de



ſeruo,

ſeruo, nec immunitas conceſſa eccleſiæ, quoad vitam, vel mẽbrum debet lædere ius vniuerſale partis, & dicit, quod exactores tributorum, fugientes ad eccleſiam ſoluere compelluntur. hæc Ioan. vbi ſup. & eum refert ad literam Pan. in c. inter alia. col. 7. in fine. ver. aut quæritur. quærit ibi de homine fugiente ad eccleſiam. Si eſt propter debitum tributorum principi tũc extrahitur ab eccleſia. §. publicorũ. & ibi glo. de mandat. princip. colla. 5. Sed Petrus de Bella Pertica, vt refert Cyn. in l. præſenti, quod debitores tributorum non extrahuntur, ſed ibi citabuntur ſi ſe defendunt, bene, alias procedetur ad miſsionem bonorum, quod ſatis placet, dicit Panormitan. Nam in dubijs fauendum eſt eccleſiæ, & non potuit Imperator per ius ſuum nouiſsimũ præiudicare immunitati eccleſiæ, per legem ſeu canonem conceſſæ, aut aufugit propter aliud debitum, tunc ſecundum omnes non debet extrahi inuitus. per d. l. præſenti. ſed in modo procedendi, ſunt opiniones: nam quidam dicunt, quod debent ſibi dari. 30. dies in quibus ſecure exeat, & ſi ſententia fertur in illis. 30. diebus iudex eam exequitur. Si autem poſt illos dies fugiat ad eccleſiam, iudex exequitur ſententiam, meliori modo, quo poterit. refert Petrum in d. l. præſenti. Sed gloſ. ibi. & Iacobus de Rauena aliter intelligunt, & melius. dicit enim Iacob. quod dabitur ſibi ſecuritas exeundi, & ſtandi extra eccleſiã per 30. dies. infra quos reſpondebit, vocatus ad iudicium, & ſi iudex fert ſententiã infra illos dies, tunc iudex dabit ſibi electionẽ. vt impleat iudicatum, & renunciet ſecuritati, vel redeat ad eccleſiam, & cum iſta opinione tranſit Cyn. in l. præſenti. hæc Panor. vbi ſupra.

Clauaſius. Clauaſi. in ſumma. in tit. de immunitate eccleſiæ. q. 26. quærit fugiens ad eccleſiam propter debitum: an gaudeat iſto priuilegio. Refert Panormit. in d. c. inter alia. & legiſtas in l. præſenti, qui diſtinguunt, aut eſt debitum propter tributum, debitum Cæſari, ſeu principi, tunc extrahitur, in authen. de manda. princip. §. publicorum. colla. 3. Sed Cyn. in l. præſenti. dicit, quod non extrahitur, ſed ibi citabitur, & ſi ſe defendat, bene, ſin autem procedetur ad miſſionem, in poſſeſsionem bonorum, & placet Panor. Si vero debitum eſt propter aliud, tunc non extrahitur inuitus, ſecundum omnes. in l. præſenti. ſed in modo procedendi, ſunt opiniones. placet dicto Clau. opinio Iac. de Raue. qui dicit, quod dabitur ſibi ſecuritas ſtandi, & exeundi extra eccleſiam per 30. dies intra quos reſpondebit vocatus ad iudicium, & ſi iudex det ſententiam contra eum condemnabit, quod aut redeat ad eccleſiam, aut pareat ſententiæ: & cum iſta opinione tranſit Cyn. in l. præſenti. hæc Clauaſi. vbi ſupra.

Syluester. Syluest. in ſumma iſtius tituli. in ver. immunitas. infra in. 3. quæſtione. ver. ſextum fugiens, refert ad literam Clauaſi. & addit, quod ſi nullo modo vult exire, conſtituat procuratorem.

Ioan. Bichi. docet fugiens ad eccleſiam pro debito ciuili immunitate gaudet, ſubaudi data cautione. Ioan. Bichis in tractatu de immunitate eccle. ver. no. 5. fol. 76. in paruo volum. numer. 54. vbi dicit, nota ex iſto text. in ver. abſtrahere, quod fugiens ad eccleſiam generaliter prohibetur, extrahi ab eccleſia inuitus: per quod pa-
2 tet, quod fugiens ad † eccleſiam pro debito ciuili gaudet immunitate, vt non poſsit inde extrahi. allegat Oldr. conſilio 54. & Panor. in capit. inter alia niſi in caſu, quem ponit Panormita. ibi retuli ſupra, & iſtum caſum intelligit Ioan. Bichis vbi ſupra: præſtita cautione de impunitate, vt in ſeruo diximus.

Maria. Soci. dicit q̃d fugiẽs pro debito principis extrahi poteſt. Marianus Socin. in tracta. de citatione arti. 17. quæſt. 5. fol. 22. col. 2. & ſeq. vbi concludit, quod quando quis fugit
3 propter debitum principis, vt † tributorum, vel ſimile debitum, tunc poteſt realiter citari, & extrahi de eccleſia, vt in authen. de mandat. princip. §. pen. & §. neque. & §. publico-

blicorum. colla. 3. Salyc. in. l. præſenti. Sed Petrus de Bella Pertica, videtur velle, quod tales debitores tributorum nõ debent citari realiter, & ſic non debent extrahi inuiti de eccleſia, ſed bene poſſunt ibi verbaliter citari, & ſi citatus ſe defendat ſatis eſt, alias procedetur contra citatum, tanquã contra contumacem admiſsionem in poſſeſsionem bonorum. & iſta opinio Petri, quam recitat Cyn. in. l. præſenti. magis placet Panor. in. c. inter alia. Item facit, quia Imperator, per ſuum ius nouiſsimum illorum authenticorum non potuit præiudicare immunitati eccleſiæ per canones, & leges conceſſæ: & iſta opinio communiter ſeruatur. ſecundum Socin. vbi ſupra.

Pro nullo alio debito quam fiſcali põt quis in eccleſia citari nec ab ea inuitus extrahi.

Aut quis fugit ad eccleſiam propter aliud debitũ, quã fiſcale: & tunc, ſecundum omnes non debet pro tali debitó in eccleſia realiter citari, & ſic inuitus extrahi de eccleſia, ita tenent doctores in. l. præſenti. & in. c. inter alia probantur per c. miror. C. ſi quis contumax. 17. quæſt. 4. Bart. & Bald. in. l. plerique. de in ius vocan. ff. Bald. in. l. 2. de ſacroſanct. eccleſ.

Mari. Socin⁹ circa modum procedendi.

In modo procedendi † ſunt opiniones. refert Mar. So- 4
cin. vbi ſupra opinionem Petri, & Iacob. de Raue. quos refert, & Panor. in. c. inter alia. & Clauaſ. vbi ſupra. retuli ſupra. ſed tamen aduerte dicit Socin. vbi ſupra. quia Oldra. in. d. conſil. 54. voluit, quod in omnibus caſibus, in quibus quis de iure communi poteſt capi pro debito ciuili, poteſt etiam citari realiter, & de ea extrahi. l. nemo. de exaction. tributorum. C. libr. 10. tamen ſi ex forma ſtatuti poteſt quis capi pro debito ciuili, tunc poteſt, quis realiter in eccleſia citari: & de ea extrahi, retuli Oldradum ſupra. in princ. & dicit Socin. vbi ſupra, quia ex forma ſtatuti quodammodo perſona eſt affecta, & conditionata ad ſeruitium. Ideo debet præſtita ſecuritate extrahi de eccleſia: vt creditor qui quodam modo eſt dominus eius, ſeruitio nõ frau-



fraudetur in. d. l. præſenti. §. ſané. Nam princeps qui immunitatem eccleſiæ conceſsit, licet potuerit remittere pœnã quæ reſpicit in publicum ius: tamen priuatum ius non intelligitur remittere. Facit etiam quia eccleſia ſolum liberat fugientem à pœna corporali. c. inter alia. c. diffiniuit. c. reum. ibi Archid. 17. quæſt. 4. non tamen tollit, quod non puniatur alia pœna. Item quia in caſibus, in quibus de iure communi, quis poteſt perſonaliter capi, in eiſdem poteſt extrahi de eccleſia, vt pro debito tributario, vt ſupra eſt dictum. Et circa hoc eſt attendenda conſuetudo. ſecundum Innoc. in cap. inter. de conſuet. & ideo de iure cõmuni, propter debitum non extrahitur de eccleſia, quia regulariter de iure communi, quis pro debito ciuili capi non poteſt. l. ob æs. de action. & obligatio. C. & ita debet intelligi. d. l. præſenti. §. 1. & in authen. de iudic. in princi. §. ſed neque. quia ſi eſſet extra eccleſiam caperetur, niſi cederet bonis. l. 1. qui bon. ce. poſ. C. ſecundum Oldrad. in dict. conſil. 54. iſta conſideratio fuit multum rigoroſa, & communiter in practica non ſeruatur. ſecundum Socin. vbi ſupra. qui prædicta refert.

Placentin⁹.

Placentinus ſuper rubri. de his qui ad eccleſ. confug. C. dicit, quod propter debitum non debent extrahi ab eccleſia, tamen poſſunt citari, vt cõpareant, per ſe, vel per ſuos procuratores. Et ſi ſe latent in finibus eccleſiæ ſine vllo incommodo, vt reſpondeant ab œconomis, deducantur ad fores eccleſiæ, & ſi venire nolint, nec ſe patiantur abduci, ſeruetur ordo iudiciarius, ſcilicet, quod primo mobilia, ſecundo immobilia, tertia incorporalia, eorum bona occupabuntur, vt creditoribus ſatisfiat. Placenti. vbi ſupra.

Bartho. Socin.

Barth. Socin. in. l. pleriq;. de in ius vocan. ff. col. 11. ver. circa. 18. quæſt. ver. refert Bartol. & Bald. ibi concludentes quam pro debito in eccleſia capi non poſſe. per d. l. præſenti. & per totum, de his, qui ad eccleſi. confugi. C. refert

P 4 Bald.

Bald. in alijs locis. Refert Oldra. conſil. 54. contrarium tenentem. Dicit Socin. quod iſte articulus eſt ſatis tritus, ſed pro veritate. vide Socin. Cyn. in d. l. præſenti. & ibi Canoniſtas in cap. decet. de immuni. eccleſ. libr. 6. & in capit. inter alia. communis opinio eſt ſecundum eum, quod capi non poſsit. Eſt text. arguendo ſpeciali. in l. 1. de his, qui ad eccleſi. confug. C. vbi pro debito permittitur captura Iudæi in eccleſia, odio eius. Ergo in contrarium eſt ius commune. l. ius ſingulare. de legib. ff. in hoc reſidet Bartho. Socin. vbi ſupra.

Iaſo. Iaſo. in l. vinum. ſi certum petatur. ff. col. 4. verſi. 2. 1. ſecundo dicit, quod pro debito priuato quiſque in eccleſia capi nõ poteſt. l. 1. & 2. & per totum de his, qui ad eccleſi. confugi. C. & licet quis non poſsit capi, & extrahi de eccleſia, tamen non eſſet ponere os in cælum, quod debitor ſuſpectus, poſsit extrahi, de eccleſia arguendo de tempore ſacro ad locum ſacrum. vt latius per eum vbi ſupra. Dicit tamen Iaſo. cogita tamen ex quo nullus iſta non tangit. Idem Iaſo. in l. plerique. in 10. limitatione. de in ius vocando. ff. & in l. 1. §. fin. de ſeru. ff.

Philip. Decius. Philippus Decius in l. vinum. col. 3. ver. 2. nota. cum ſequen. tenet, quod debitor ſuſpectus de fuga non poteſt extrahi, & ita quotidie, obſeruatur ſecundum eum. Nam ſecuri ſunt in eccleſia non obſtante ſuſpitione fugæ.

Purpuratus. Purpuratus in l. vinum. col. 2. num. 9. refert Iaſo, & dicit, quod illatio Iaſo. dicentis, quod ſuſpectus de fuga poteſt capi, & in eccleſia eſt periculoſa, quia argumentum de tempore ad locum non valet, vbi ratio eſt diuerſa, facit quia criminoſi, quolibet tempore capi poſſunt. l. die feſto. de ferijs. C. tamen non poſſunt, in quolibet loco. c. inter alia. cum ſimilibus. Ideo ſtrictior videtur prohibitio loci ſacri: reſpectu quam temporis, & illud eſt clarũ quod debitor ad eccleſiam fugiens, capi non poteſt. allegat. d. c. inter



inter alia. & ſummam Angel. in ver. immunitas. §. 15. Roma. conſi. 227. vt latius per Purpuratum vbi ſupra.

Ripa. Ripa in c. 1. de iudic. col. 41. ver. Secundus caſus. dicit ibi, quod debitor fugitiuus, poteſt capi: ampliatur etiam in eccleſia, poteſt capi. allegat Iaſo. in l. vinum. Sed dicit Ripa, quod iſta ampliatio non videtur ſibi vera, vt plene per Ripam vbi ſupra.

Boerius. Boeri. in conſuetud. Bitur. in titu. de iur. omn. iud. §. 13. in apoſti. incipiente. cũ pro debito. fol. 22. col. 4. & ſeq. vbi ponit plures remiſsiones in iſta quæſtione, an debitor fugiens ad eccleſiã gaudeat immunitate. Idem Boeri. in deciſi. q. 215. nu. 7. dicit, quod fugiẽs ad eccleſiã pro debito ciuili nõ poteſt ab ea extrahi, niſi ex ſtatuto municipali, vel cõſuetudine. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſi. cõfug. vnde regula eſt, quod in caſibns, in quibus quis ꝓ debito licitè capitur, extrahitur ab eccleſia. ſecundũ Oldrad. conſil. 54. Alberic. in prima parte ſtatutorum. quæſt. 39. & in d. rubri. de his, qui ad eccleſ. confug. C.

Hippol. de Marſil. Hippol. de Marſil. in repet. l. vni. de raptu virgin. C. dicit, quod in ciuilibus nomini dubium, quod captus in eccleſia pro ciuili debito eſt malè captus, & debet relaxari, vt in toto titu. de his qui ad eccl. conf. C. & hoc ſeruat etiã cõſuetudo pro debito: tamen fiſcali poteſt debitor extrahi ab eccleſia, ſecundũ eum. Caſſa. in cõſue. Burg. fol. 57. col. 1. diſtinguit prout Cyn. in l. præſenti. retuli ſupra.

Lex regni. In regno Caſtellæ, eſt forus, qui de hoc diſponit, in tit. De las deudas. l. 15. fol. 129. lib. 3. titul. 20. non refero: quia poteſt videri, & quia ſeruit duntaxat in regnis Caſtellæ. & Montal. gloſſator illius fori, & l. 15. in glo. 2. quærit. An fugiens ad eccl. propter debitum, poſsit extrahi. & refert diſtinctioeem Cyn. in l. præſenti. de his qui ad eccl. conf. C. Etiã Io. And. in additio. ad Spec. in tit. de immu. eccl. retuli ſup. Cyn. & Io. And. & d. Montal. ſuper d. l. 15. ſuper glo.

 fin.

fin.quod iure communi inſpecto liber homo, non capitur pro debito, nec debet creditori ſeruire. per.l. ob æs. de actio.& obligatio.ff.cap.lator.de pigno.nec debet ab eccleſia extrahi: & ſic loquitur dict.l.præſenti. §. 1. &.§.ſed neque.in authen.de mand. princ. quia etiam ſi extra eccleſiã eſſet, non caperetur, ſi vellet bonis cedere.l.1.qui bo.ce.po. C.ſed inſpecto iure municipali, quod liber homo poſsit ꝑ debito incarcerari, poteſt extrahi: ſed.l.2.&.l.5.in.1.part. tit.11.cõtrariũ tenet, quod nõ debet extrahi: refert prędicta Montal.vbi ſup.in gl.fi. retuli ſup.dictas leges in.4.pręſup.

Mouetur alia quæſtio.

Aufre.in deciſ.capel.Tolo.q.422.quærit de quęſtione, an ille qui iurauit tenere † obſtagium pro debito, ſi aufu- 5
giat ad eccl.an poſsit compelli, vt redeat ad obſtagium.refert ſimilem quæſtionẽ Bar.Briſien. in quæſt. dominicali 37.de illo qui die ſolenni per cuſtodem fuit dimiſſus, audire miſſam cum ſacramẽto de redeundo, qui poſtea de eccleſia nolebat redire. Dicit Aufre.vbi ſup.quod ſi iuſtè detinetur ab habente poteſtatem, tenetur redire: Si vero iniuſtè, & à poteſtatem non habente, ſecus glo.in Clem. paſtoralis de re iud.latius per eum. Si vero talis tenens, obſtagiũ non iurauit, ſic propter debitum tributi publicè, tunc extrahitur de eccle.in authen.de man.prin. §. tributorũ.coll. 3. ſed Cyn.aliter dicit, quem ſequitur Panor.retuli ſup.& ſequitur eum dict.Aufre.per rationes per ipſum allegatas.refert & Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de immu.eccle. & Oldra.conſi.54.qui cõcludunt, quod in caſibus in quibus de iure capitur, in illis poteſt extrahi.latius per Aufrer. vbi ſup.refert etiam Ioan.Fab.in.§.fina.de actio. inſtitu. quod de conſuetudine Franciæ, nemo poteſt capi pro debito ciuili, niſi ad hoc ſit obligatus, ergo non poterit extrahi: refert etiam plures alios Doctores, in fine concludit, quod communis opinio eſt, quod debitor fugiens ad eccleſiam non debet extrahi.

Nota Galliæ conſuetudinem.

Diximus



Diximus ſupra, quod ſi ſtatuto municipali, vel conſuetudine poteſt debitor capi pro debito ciuili: poteſt ſecundùm aliquos extrahi ab eccleſia, quæ tu opinio, non eſt communis.vt ſup.retuli.

Queſtiuncula.

6 Sed quid † ſi ceſſante tali ſtatuto, vel conſuetudine, debitor obligat bona ſua & perſonam, ad ſoluendum debitum: vt quotidie fit, & iſte debitor fugit ad eccleſiam, an poſsit extrahi. Dico per rationes communis opinionis, vt ſupra retuli, quod talis nõ debet extrahi, nec ſtatutum municipale, nec conſuetudo, nec minus prædicta obligatio perſonalis, permittens dictam capturam extenditur, nec debet extendi ad eccleſiam, vt ibi capiatur: nam ſequeretur, quod ſtatutum municipale, ſeu conſuetudo, vel obligatio perſonalis, poſsit tollere immunitatem, ſeu libertatẽ eccleſiæ, cum ſit de iure diuino (vt ſupr.dixi) in prin.& poſito quod eſſet de iure poſitiuo, laicis nulla eſt attributa poteſtas, &c.cap.cum eccleſia.de conſtit.cum multis ſimilibus, nec valeret talis conſuetudo, quia grauoſa eſſet & contra libertatem eccleſiæ.c.1.de conſuet. cum ſimil. & quia ſunt vulgaria non refero.

Solutio quæſtiunculæ.

Optima ratio.

Rodericus Suarez Hiſpanus, doctiſsimus vir, & eius operæ in tota Hiſpania tenentur in magna conſideratione, in declaratione.l.2.fori.ll.lib.2.in quæſt.5.fol.182.quærit, vtrùm clericus fugiens ad eccleſiam, poſsit extrahi ab eccleſia: refert Panor.in.d.c.inter alia.de immunit. eccleſi. retuli ſup. Vult Panor.quod de iure communi non poteſt extrahi per iura per eum allegata. Sed ſi ſtatutum haberetur, vt debitor poſsit compelli ad ſeruiendum pro debito, tunc bene poſſet extrahi ab eccleſia. Ratio eſt, quia non videtur cõceſſa immunitas in præiudicio illius, qui eſt quaſi dominus.arg.eius, quod de ſeruo dicitur in dict. cap. inter alia.ſecundùm Panor.vbi ſup.dicit dict.Roder. quod hoc dictum Pan.hucuſq; non vidit obtentum in practica, imo

Roder.Suarez quærit de clerico fugiẽte ad eccleſiam.

Opinio Panorm.

vidit

vidit debitores ad eccleſ.fugientes ibi eſſe ſecuros,& ab ea non extrahi.& dicit,quod ex opin.Panorm.eſt lex fori caſtellæ. titulo. 3. De las deudas.l. 15.fol. 129. vbi text. quod debitor qui aufugit ad eccle. roget clericum ipſius eccleſiæ,vt petat à creditore maiorem dilationem pro ipſo debitore,& ſi creditor noluerit dare dilationem,roget ipſum creditorem ne lædat,ſeu vulneret ipſum debitorem, & tradat eum,ſeu permittat ipſum extrahere: iſta lex facit pro dicto Panor.& dicit Roder.Suarez,vbi ſup. quod iſta lex eſt terribilis in materia:ſed dicit,quod nec iſta lex, nec dictum Panorm.ſeruatur in practica: imo contrarium vidit ſemper obtentum & obſeruatum: pro qua practica allegat.l.ſingularem in.l.2.titul.11. in part.1. vbi lex diſponit, quod fugiens ad eccle.pro debito,non debet inde extrahi ad ſeruiendum creditori, nec alio modo carcerandus eſt, quod eſt menti tenendum ſecundum eum. Dixit vlterius dict.Suarez,quod ſi familia poteſtatis currit poſt aliquem cauſa capiendi eum pro debito,& ipſe velocitate fugæ præuenit,& ingreſſus eſt eccleſiam, quod non poteſt extrahi ab ea.ſecundum Bald.in.l.plerique.de in ius vocan. ff. per tex.in.l.ſi quis fugitiuus.§.idem Celſus.de ædil.edict. licet cõtrarium ſibi videatur conſiderato principio,per.l.quod ait.§.fin.de adult.ff.Idem tenent ſequentes Bal. Alexan.& Roma.in dict.l.plerique.& Bal.in.l.cunctos populos. col. tenent,quod poteſt extrahi.per dict.§.fin. dict. l. quod ait. nam ſatis eſt quod initium ſit licitum, ſi nullum interuallum interceſsit,& reſpondet ad.§. idem Celſus, quod loquitur ibi,quando vel abſtentionem fieret iniuria, aut per iudicium tertio. Dicit dictus Suarez, quod prima opinio eſt verior, ſcilicet, quod non poſsit extrahi, & ſic practicatur,& ſatis probatur in.d.l.plerique.& non ob.l.quod ait.§.fin.regula ibi poſita habet verum, niſi alia ſit ratio in fine, quàm fuit in principio, ſecundùm Bald. in. l. ſi quis non

Opinio Roderici Suarez,



non dicam capere.de Epiſco.& cleri.C.col.5.per d.§.idem Celſus.Alexan.in d.l.pleriq;. in noſtro propoſito bene eſt alia ratio in fine.hoc eſt in eccleſia,ad quam confugit,quæ debet eſſe refugium tutiſsimum ad eam confugientibus. vt in d.c.inter alia,& d.l.præſenti.quod ab initio,à quo incepit fuga qui erat locus prophanus.

¶ Ex omnibus prædictis,reſultant plures Opiniones.

PRIMA eſt Oldradi, quod debitor non eſt extrahẽdus ab eccleſia,niſi ſtatuto caueatur, quod debitor poſsit capi. Opinio. 1.

Secũda opinio eſt,quod non extrahitur niſi ſit debitor Cæſaris. Opinio. 2.

Tertia opinio eſt,quod in iſtis extractionibus ſtatur cõſuetudini. Opinio. 3.

Quarta opinio eſt,quod debitor nõ debet extrahi inuitus ab eccleſia,niſi ſit ſuſpectus de fuga, & fuit opinio ſolius Iaſonis. Opinio. 4.

Quinta opinio eſt,quod indiſtinctè fugiens ad eccleſiam,non debet extrahi inuitus.

Et iſta eſt communis & verior opinio: & ita ſeruatur non obſtante ſtatuto municipali,vel conſuetudine, quod quis pro debito poſsit capi:nam tale ſtatutum,vel conſuetudo,non poteſt præiudicare immunitati eccleſiæ,nec minus obligatio perſonalis.vt ſupra dictum eſt. Concluſio.

# In delicto enormi. Fallent. XXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Committens enorme delictum,indignus immunitate, & priuilegionum exiſtat?*

Fallét. 28. in delicto enormi.

VIgeſimooctauo fallit, in delicto enormi.vt
eſt raptus virginum, adulterium, homici-
dium,& ſimilia,nam committentes talia cri
mina,in nullo loco ſunt ſecuri.eſt text. in.l.
vni.de raptu virg.C.& melior text.in auten.
de man.princ.§.quod ſi delinquentes.coll.5.vbi tex.quod
homicidæ,adulteri,& raptores virginum,nõ gaudent im-
munitate.& per c.1.de homici.&c.Felin.de pœnis.lib.6.§.
pen.& Hippol.de Marſil.in d.l.vnica.fol.14.col.2. in fi.&
cum ſeq.fol.vbi plene quærit de iſta queſtione,& ſequitur
iſtam fallent.in criminibus enormibus. Iſtam opinionem

Cynus.

tenet Cyn.in l.præſenti.de his,qui ad eccle.confu.& Anto.
de Butr.in c.inter alia.in fin.de immu.eccle.dicit, quod ſi
delictum eſt atrox,non habebit immunitatem:ſi tamẽ mi
nimum ſic,per.l.2.de his,qui ad eccle.confu.C.glo.tamen
ibi ſentit idem in quolibet delicto.Ange.de Maleficijs. in
ver.quod fama publica.q.4.fol.62.col.4.in paruo volu.te-
net idem.& ibi in additioni.ad Ange.in ver.pro quibus de
lictis quis poſsit capi in eccleſia,dicit in princ.quod nõ po
teſt,quis capi niſi in duobus caſibus.vt in d.c.inter alia, &
quantumcunq; delicta ſint grauia.allegat c.reum.c.frater.
c.ſicut.c.diffiniuit.17.q.4.In contrariũ, allegat aliquos Do
ctores,& concludit, quod in grauibus delictis confugiens
non gaudet,maximè in terris imperij,debet ſeruari ius ci-
uile.allegat Ancha.in c.inter alia.Hoc tamen non dicit An
cha.refero eum infra.

Panormit.

An iſta fallẽtia procedat,plene diſcutitur per Pan. in d.
c.inter alia.col.8.vbi dicit,quod cõmuniter tenetur & ve-
rius,quod illa auten.de man. prin.& d.l.vnica.ſunt corre-
ctæ,per ius canonicũ:Nam de iure canonico, quantumcũ
que maleficium ſit graue,gaudet immunitate eccleſiæ. &
iſtam opinionẽ tenuit glo.in c.frater.17.q.4.& glo.in c.in-
ter alia.in ver.latro.Ioan.Fab.in d.l.1.in prin.de his, qui ad
eccle.



eccle.confu.C.dicit,quod raptores & homicidæ, non gau
dent immunitate de iure ciuili:ſed de iure canonico gau-
dent.Iſtam opinionem tenuit Paul.de Caſtro. conſ. 68. & Paul.Caſt.
Caſſa.conſue.Burg.fol.57.col.1.dicit,quod in hoc non eſt
multum inſiſtendũ,quia diſpoſitioni iuris canonici in hoc
ſtandum eſt.per c.1.de noui ope.nunt. & Alex.conſ.36.in
4.volum.

Et iſtam quæſtionem diſputat plene Ioan.de Bichis,in Ioan.Bich. cum alijs.
d.tract.eo.tit.fo.74.col.2.cum ſeq.in paruo vol.& refert Pa
nor.& alios.fol.75.in princ. dicit, quod iſta eſt communis
opinio Canoniſtarum.& id fatetur Hoſti.in ſumma.eo.ti.
§.inquantum.col.2.ver.alias.Henri.Bohic.in c.pen.eo.tit.
co.3.d.quod gaudeat immunitate:& iſtam ſequitur.Idem
Ioan.de Bichis,vbi ſupra.Anchar.in d.c.inter alia. col.1.in Ancharra.
princ.ver.aufugit,d.quod de iure noſtro quantumcunque
graue fuerit delictum,gaudebit immunitate, niſi in caſi-
bus exceptis:& in hoc iura ciuilia aliter diſponentia ſuccũ
bunt canonibus.per c.1.de noui ope. nunt. ſecundum An
char.vbi ſupra.Hoſtienſ. in c.inter alia.in ver.ſi liber,dicit, Hoſtienſis.
quod in hoc leges corriguntur.& ſe refert ad dicta per eũ,
in c.fi.eod.tit.vbi dicit,quod non ſolum homicidam, ſed
adulterum,raptorem virginum,eccleſia non defendit. &
in hoc concordant canones,& leges.loquitur Hoſti. quan
do delictum committitur in eccleſia.vt in d.c. fi. ſecus eſ-
ſet,ſi extra eccleſiam committatur.

Concluſio eſt ius canonicũ eſſe ſeruãdũ in hoc caſu.

Concluſio eſt,quod in iſto caſu,ius canonicum eſt ſer-
uandum,& non ius ciuile.

# Effractor Carceris.Fallentia. XXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Effractor Carceris,an iuuetur hoc priuilegio?*

Fallen 29. in effractore carceris

FALLIT 29. in effractore carceris. Nam ſi effractor carceris, fugiat ad eccleſiam, poteſt ab ea extrahi. Iſtam quæſtionem ponit in iſtis terminis Ioan. Igne. in l. 3. §. ſubuenitur. num. 102. fol. 222. col. 1. in fine. vbi quærit in ver. nunc alius articulus noſtræ diſputationi ſe offert, An carceris effractor ab eccleſia poſsit extrahi, vt ſi vi, vel alias extractus ſit, debeat eccleſiæ reſtitui, an vero beneficio eccleſiaſticæ immunitatis priuari poterit, & videtur priuandus eſſe arg. ca. inter alia. eod. tit. dum dilatione & agrorum depopulatore loquitur cum carceris effractor inſtar depopulatoris eſſe videatur. Nam non tantum domus priuatæ effractor eſt: ſed & domus publicæ, præſertim ſi per vim, vel cum armis, ſeu præmeditata conſpiratione effregerit, potiſsime ſi de nocte fractura fiat: nam effractura vis publicæ appellatione venit, & atrocis. l. fi. de effractore carce. ff. lege Iuli. 2. ad l. Iuliam. de vi publi. ff. Nam quemadmodum fur, & effractor, nocturnus impune, occidi poteſt. l. furem. ad l. Cornel. de Sica. ff. c. interfeciſti. de homicid. multo magis carceris effractor, occidi poteſt impune. cum per l. 1. & fi. de effracto. ff. Pari iudicio condemnantur nocturni fures, & effractores carcerum, maxime qui per inſidias carcerem effregerunt. allegat alias rationes pro iſta parte. Tandem concludit cõtrarium, ſcilicet, quod effractor carceris ſi fugiat ad eccleſiam, debet gaudere immunitate. per d. ca. inter alia. quia ille text. ſolum loquitur in latrone, & depopulatore, qui ad hoc vt indigni fiant immunitate eccleſiæ, oportet eos in ſtrata publica, & frequentata paratis inſidijs, obſediſſe, vt homines offendant, aut agros popularentur, & non alias. ſecundum Ioann. Igne. vbi ſupra. fol. 222. col. 4. in princ. & ibi allegat alias rationes pro iſta parte.

Ioan. Igne. tenet contrarium fallentiæ.

Nicol. Boerius contra Falléntiam.

Nicolaus Boer. in deciſio. quæſt. 110. colum. 2. in fin. fo. 126. num. 8. vbi quærit, fuit dubitatum de homicida incarcerato, qui rupto, & fracto carcere aufugit ad eccleſiam, an debeat gaudere: & videtur quod non, quia erat inter manus iuſtitiæ, & fugiendo de manibus iuſtitiæ de eccleſiam, & inde ſeductus per eccleſiam, aut cimiterium debet gaudere immunitate per ea quæ dixi in fallentijs præcedentibus: dicit dictus Nicola. de iſto caſu de homicida carcerato ad eccleſiam fugiente, & illo rupto concluſum fuit, ipſum gaudere debere: & refert duo arreſta, quæ fuerant in iſto caſu data, & refert Caſſan. in conſuetud. Burg. fol. 54. col. 4. ver. quod ſi carceris innouiter impreſsis.



Idem de arreſtatis fugientibus ad eccleſiam: Nam debent gaudere. Nicol. Boeri. in deciſi. quæſt. 110. col. 3. in ver. & idem de arreſtatis.

Caſſan. pro fallentia.

Caſſan. in conſuetud. Burg. in nouis. in titu. des iuſtices. fol. 54. col. 4. in additione, quid ſi carceres, in quibus erat detentus, fregit, vel alias aliter violauerit, & ad eccleſiam confugerit, an ab illa extrahi poterit: & ſi extractus fuerit, an debeat gaudere immunitate dicit prædictus doctor, quod reperitur in iure quod effractor carceris, & aufugiens habetur pro conuicto, & confeſſo. per l. in eos. de cuſto. & exhi. reorum. ff. vt plenius per Iaſo. in repetitione. l. admonendi. quæſt. 1. de iure iurand. ff. & per d. Caſſan. dicit, quod curia obſeruat, & de hoc ſunt arreſta, quod incarceratus pro delicto, pro quo debet puniri, & imponi pœna mortis, in caſu in quo non debet priuari immunitate. Si cum fractura aufugit à carceribus: & aufugiat ad eccleſiam, quod non debet gaudere immunitate. Dicit dict. Caſſan. vbi ſupra. quod non videt hoc bene fundatum à iure, niſi ex quo eſt in manibus iuſtitiæ non poteſt ab illa effugere, & ſi effugiat eſt extrahendus. ſecundum Archi. in d. c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. refero eum.

Alexan. defendit. fall.

Imo quod plus eſt, dixit Alexand. conſil. 23. in 17. col. in 2. volum. quod etiam ſi non fuerit apprehenſus per iuſtitiam,

ſtitiam,ſed fuerit ſolum in proſequutione,& ad eccleſiam aufugiat,quod poteſt extrahi,& non gaudet immunitate. Dicit Caſſan.vbi ſupra, quod non credit has duas deciſio, fore veras,nec illis ſtandum.

Alij dicunt,quod iuſtitia ſecularis per effractionem eſt violata,ſeu per vim ſpoliata, & quod debet reſtitui, & ex hoc fundat arreſta ſua. Et ita fuit iudicatum,vt latius per Caſſan. vbi ſupra.

Concluſio Authoris.

Tene quod ſuperius dixi, quod talis effractor, qualiſcunque ſit,debet gaudere immunitate: & iſta eſt vera opinio.vt ſupra retuli.

# Quando captus ducitur per Eccleſiam. Fallent. XXX.

*SVMMARIVM.*

1 *An extrahi debeat extra Eccleſiam per quam captus ducitur.*

Fallent.30. In eo qui p Eccleſiam ducit & ab ea extrahitur.

FALLIT XXX. in eo, qui † ducitur captus 1 per eccleſiam,quando aliquis à iuſtitiario capitur extra cimiterium,vel eccleſiam, & deducitur per eccleſiam,vel cimiterium,& inde violenter extrahitur, non videtur dictus iuſtitiarius violare immunitatem eccleſiæ. ſecundum Archidiaco. in capit. ſicut.17.quæſt.4. Oldrad. conſil.54. gloſſ. pragma. ſanct. in titul. de interd. indifferenter non ponendis in verbo. inde.colum.3.in fin.fol.198.colũ.1. in fin.& in addition. ad Salycet. in.l.2.de his,qui ad eccleſ.confug. Palat. Rube. in repeti.rubri.de donat.inter virum.eod. fol.157. Refert,& ſequitur Archid.in cap.ſicut.Ioan.Bichis in dict.tracta. eodem titul.col.23.nume.63.fol.77. col.1. in paruo volumi. ver.quid ſi aliquis.Refert Archid.in dict.cap.ſicut.

Io. Bichis.

Ioan. Bichis in dict. tractat. eodem titul. col. 24. num. 63.fol.



63.fol.72.colum.1.in paruo volumi.ver.quid ſi aliquis. refert Archid.in.d.cap.ſicut. & cõcludit contra iſtam fallentiam.& adducit text.in cap. ſi quis contumax.17.quæſt.4. vbi text.loquitur quomodolibet,& hoc eſt verum, ſecundum eum,& *iſtam opinionem* tenet Bald.in.l. pleriq;. de in ius vocando.ff.in fin. & ibi Iaſo.col.2. ver.nouo.& ver. ſequen.refert,& id Ludoui.ibi hoc tenentem.Idem etiam tenet Marcus de Mantua conſil.70.num.17.allegat Ludo. & Iaſo. vbi ſupra,& vide,quæ dico in fallent.ſequen.

Bartho. Socin.

Barthol.Socin.in dict.l.plerique.col.fin. quæſt. 24. tenet,quod talis gaudet immunitate. Et dicit hoc tenere Ioãnem de monte ſic. in dict. l. plerique. & genitor ſuus, eſt Marianus Socinus in tractatu de citatione artic. 17. membro ſecundo. & quod Archidiaco. & Oldrad. hoc tenent, ſi bene conſideretur.

Hippol de Marſil.

Hippolyt. de Marſil. in d. repeti.l.vnicæ. de rapto. C. fol.15.col.4.num.115. quærit de iſta quæſtione,ſcilicet de eo,qui ducitur captus per eccleſiam:an gaudeat immunitate eccleſiæ:dicit,quod non.Sed extrahatur de ipſa eccleſia.allegat Oldrad.conſil.54.& Hoſti.in.d.c. ſicut antiquitus.17.q.4.Idem tenet etiam.d.Hippol. in practi.cauſ. crimin.in ver.vlterius.fol.95.nu.4. Ratio eſt, quia principiũ fuit licitum, & ſic attenditur initium, & non finis.l. quod ait lex.§. quod ait.de adulte.ff.cum ſimil. quas refert Hippol.in.d.l.fol.15.col.2.Caſſan.in conſuet.Burg.fol.57.col. 3.ver.19.caſus *ibi quærit*,quid de eo, qui ducitur ad ſupplicium fortè per ambitum eccleſiæ, vel per cimiterium, an hoc caſu debeat gaudere immunitate videtur quod non, quia non iuit eo animo, vt gauderet immunitate. in. l. ſi quis poſt.de ædifi.priua.C.& l.debitor. in fin. de pigno. cum dicit eos dũtaxat, qui hoc animo inducti eſſent dicit Caſſa.cõtrariũ credo: obſeruaret, & ita de facto vidiſſe ſemel,pictauis in cõdemnatõ à Parlamẽto Pariſienſi, trãſeũ

 te per

te per immunitatem eccleſiæ. vt ibi, per eum: & eum & alios refert Nico. Boer. in deciſi. q. 110. fo. 116. col. 3. in princip. ibi id dicit, quod idem eſt de arreſtatis fugientibus ad eccleſiam, licet in quæſt. 178. nu. 13. referat ſimpliciter Archid. & Palatium Rubeum.

Communis opin. cõtra fallentiã.

Communis opinio eſt contra fallentiam, ſcilicet, quod non poſsit extrahi.

# Si in ſequendo ingrediatur Eccleſiam. Fallent. XXXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus quem iudicis familia inſequitur quando gaudere debeat immunitate.*

Fallent. 31. In eo qui inſequitur à iudice & intrat eccleſiam.

FALLIT XXXI. quando † reus inſecutus à familia iudicis fugit ad eccleſiam, tunc non gaudet immunitate: & familia poteſt ipſum extrahere. ſecundum Cyn. in authenti. ſi quis. de adulte. C. vbi dicit, quod ſi aliquis delinquit extra eccleſiam, & in eccleſiam fugit, tũc ſecularis iudex poteſt eum ſequi, & extrahere. Alex. conſil. 24. in. 2. volumi. col. 8. refert Cyn. & eum ſequitur. & idem tenet Bald. in. l. cunctos populos. de ſum. trinit. C. vbi Bald. dicit in repetitione magna. d. l. cunctos populos. Caſſan. in cõſuetu. Burg. fol. 57. col. 2. ver. aduerte. Refert Alexan. quod ſi iudex ſecularis perſequitur, quem extra eccleſiam, qui ad eccleſiã in perſecutione aufugiat, poterit eum extrahere ab eccleſia. Alex. conſil. 24. in. 2. volu. Hippol. in. l. vnica. de rapto. C. fol. 15. col. 2. & 3. cum ſeq. & idem in practica cauſarum criminalium fol. 95. nu. 15. vbi dicit, quod ſi reus fuerit repertus poſt delictum extra eccleſiam, & inſecutus à familia, vel ab alijs, eum volentibus capere, & aufugit ad eccleſiam 1



ſiam tunc non gaudebit immunitate eccleſiæ, ſed poterit extrahi de eccleſia, & puniri. Allegat Cyn. vbi ſupra. & alios doctores, hoc tenentes, & eum refert Nicola. Boeri. in deciſi. quæſt. 110. col. 3. in prin. & dicit, quod Hippol. vtrobique loquitur in capto euadente manus iuſtitiæ, vel poſt delictum inſecuto à familia, vel ab alijs eum volentibus capere, & ad eccleſiam fugiente. Hippol. loquitur, vt retuli ſupra. & non vt refert Nicola. Boeri.

Iacob. de Bello viſu in tit. de fuga reorum. in ſua practica fol. 52. col. 1. ver. ſed perſequendo, quærit, an ſeruientes inſequendo criminoſum poſsint capere ipſum extra territorium. Refert pro, & contra. Concludit diſtinguendo, quod ſi erat timor amittendi criminoſum, ſi tunc nõ poſſet de facili haberi recurſus ad iudicem illius territorij, poteſt capi in aliena iuriſdictione nulla requiſitione facta: ſi autem poterit, de facili capi, quia poterat de facili haberi copia iudicis: vel non erat timor amittendi, tunc teneretur requirere iudicem loci, ne turbentur eorum officia, vt latius per eum vbi ſupra.

Ioan. And. tenet cõtra fallentiã.

Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de accuſ. §. ſequitur. in addit. ad Spec. quæ incipit, vt intra certum tempus. col. 5. ver. allegans Oldra. quid quærit de fugiente de vno territorio ad aliud, & concludit, quod non poteſt capi extra territorium, licet iudex, ſeu officialis inſequendo eum extra territorium capiat. Idem tenet Nelus de ſancto Geminiano in tractatu de bannitis. in ſecunda parte. 2. temporis. quæſt. 29. volu. fol.

Ange. cum alijs cõtra fallentiã.

Idẽ tenet Ang. in. l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſerui vend. ff. & in cõſuet. Burg. fol. 386. col. 2. in prin. & idem tenet Feli. in. c. fin. col. 7. ver. cõſidera duo. de foro cõpetẽ. vbi dicit, quod fugiens etiã inſequẽdo ad eccleſiã, vel ad alienũ territoriũ non poteſt extrahi, quia læditur aliena iuriſd. vt latius per eum. Maria. Soci. in tracta. de citatione arti. 17. ver. 5. procedit,

dit, concludit, quod ſi reus inſecutus à familia fugiat ad eccleſiam, vel ad alienum territorium gaudet immunitate, & familia iudicis non poteſt ipſum extrahere. & iſtam opinionem tenet Bald. Ludoui. Alex. Iaſo. in l. plerique. de in ius vocand. vbi Iaſo. colum. ſecunda. ver. nono procedit. dicit ita teneas, quicquid dicat. Bald. in l. cunctos populos. Idem etiam tenet Iacob. de ſancto Georgio. in l. plerique. in fin. vt dicit, quod ſi familia poteſtatis currit poſt Titium, & ipſe velocitate fugæ præuenit, & ingreſſus eſt domum ſuam, an poſsit extrahi: videtur, quod ſic conſiderato initio. l. quod ait. §. primo. de adulterijs. ff. contrarium eſt verum, ſcilicet, quod non poſsit extrahi. Idem in eccleſia, & plenius per Barthol. Socin. in l. plerique. colum. 11. in fin. quæſt. 23. vbi dicit, quod Bald. in l. cunctos populos. etiam tenet iſtam opinionem quoad fugientem ad eccleſiam: licet ſecus, quoad fugientem ad domum. Ioan. Igne. in l. prima. in princip. colum. 123. cum ſequentib. ad Syllanianum. ff. quærit de iſta quæſtione, & arguit pro, & contra, latius quam aliquis, & concludit, quod non debet extrahi. Nicola. Boeri. in deciſio. quæſt. 110. colũ. 3. fol. 116. colum. tertia. refert Hippolyt. & alios, Guilielm. Mayner. in l. nemo. de regulis iuris. ff. fol. 249. col. prima. quærit de iſta quæſtione, & refert Bald. in l. plerique. & concludit cum Bald. quod non debet extrahi, quod notate, quia ſæpe contingit in facto. ſecundum Mayne. vbi ſupra.

Ang. alibi. Angel. in tractatu de maleficijs in ver. quod fama quæſtione. 6. fol. 73. col. 4. quærit an officialis, qui incipit perſequi malefactorem in ſuo territorio, & inſequendo illũ capit in alieno territorio: an hoc poſsit, allegat pro, & contra: & concludit, quod non licet ibi Auguſt. in additionibus teneat contrarium contra eum. Sequendo Ange. tenet ibi additiona. in litera A. fol. 73. quæſt. 3. in princ. & contra iſtam fallentiam facit, quæ dixi ſupra fallen. præceden. Author cõtra fallent.

Com-



# Communis opinio eſt contra Fallentiam. Fallent. XXXII.

## SVMMARIVM.

1 *Interficiens, aut mutilans clericum priuantur omni iuris beneficio.*

1 FALLIT XXXII. in interficiente, vel mutilante clericum interficiens, vel mutilans clericum & aufugit ad eccleſiam. Talis non gaudet immunitate. tenet hoc expreſsè Ioan. de Bichis in tracta. de immunit. eccleſ. colum. 14. in paruo volumi. ver. 7. & col. penult. ver. 7. 9. allegat Archidia. in cap. frater. 17. quæſt. 4. vbi idem ſentit. Fallen. 32.

Secundum eum per cap. fina. eodem titulo. Nam ſi delinquens in eccleſia non gaudet. per dict. capit. fina. à fortiori non gaudebit delinquens in perſona eccleſiaſtica. ſecundum Ioannem de Bichis. vbi ſupra qui allegat capit. nullus. 17. quæſtione quarta. ſecundum vnum intellectũ, ſcilicet, quod ſi clericus percutiat clericum, & fugit ad eccleſiam debet per epiſcopum puniri: & ſic videtur, quod non gaudet immunitate. allegat gloſſ. & ibi Laurent. & Archidiaco. in dict. capit. frater. allegat etiam gloſſ. & ibi Innocent. in dict. cap. inter alia. allegat etiam Gofredum in ſumma eod. titul. §. ſed quæritur. & in hoc reſidet dict. Ioan. Bichis vbi ſupra.

Aduerte, ego non reperio gloſſ. nec Archidiac. in dict. capit. frater hoc ſentientem neque gloſſ. & Innocent. in capit. inter alia. nec obſtat dict. capit. nullus. nam ibi loquitur in clerico percutiente clericum, nam clericus non gaudet immunitate (vt dixi ſupra) in 21. fallentia, & nos loquimur in laico percutiente clericum.

Ioannes Barberij in viatorio iuris, in tit. de violatoribus

Q 4 immu-

Ioan. Barbe. ſeptem caſus ponit.

immunitatũ.fol.17.col.4.ponit.7.caſus in quibus quis non gaudet immunitate. Secundus caſus eſt in interficiente clericum:nihil allegat,& eum refert Nicol. Boeri.in deciſio. quæſt.190.in prima parte.fol.19.nume.3.

# Qui delinquit in eccleſiã, ſcilicet, frangendo eam, vel comburendo, vel ſpoliendo. Fallent.XXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Qui delinquit in eccleſiam eam frangendo, vel comburendo non gaudet immunitate.*

Fallen.33. De offendẽte eccleſiã.

FALLIT in illo, qui frangit † eccleſiam, vel comburit eam.ſecundum Ioan.Fab.in.l.1.de his.qui ad eccleſ.confug.C. Nam ibi quod de iure Canonico, omnes gaudent immunitate 1
niſi inſidiatores itinerum,& depopulatores agrorum, vel homicidę penſatis inſidiis, vel delinquens in eccleſia, vel prope:dixi de iſtis,ſupra, vel delinquens in ipſam qui frangit,vel comburit eam,allegat cap.conqueſti.de ſenten. excõ.& c.canonica.11.quæſt.3.Ioan.Igne.in.l.1.§.ſi dominus.ad Syllan.ff.col.3.fol.156.col.4.ponit concluſionem. Nullum eccleſiæ immunitate eſſe priuandum, præterquã in caſibus.c.inter alia.& c.fina.iſto titul.& c.1.de homici.& libr.6.ſecundum Ioan. Fab.in.d.l.1.niſi quis eccleſiam fregerit,& poſtea combuſit,per d.c.conqueſti.& c.canonica. Vult Ioan.Igne.quod duo requirantur, ad hoc quod non gaudeat immunitate,quod frãgat & comburat,quod ſecus ſecundum Ioan.Fab.qui innuit, quod delinquentes in ipſam eccleſiam eam frangendo, vel eam comburendo non gaudebunt immunitate. Idem tenet Guido Papa in quæſtionibus Delphinatus quæſt.121. vbi dicit, quod





depopulatores agrorum,&c.non gaudent immunitate. dict.c.inter alia.nec delinquentes in eccleſia dict.cap.fina. eod.tit.nec delinquentes contra eccleſiam.c.conqueſti.de ſenten.excom.

Nota duos intellectus cap. cõqueſti.

Aduerte.Nam.c.conqueſti habet duos intellectus.Primus eſt quod ille qui cum effractione ſpoliat eccleſia,& ſic duo requiruntur,ſcilicet;effractio,& ſpoliatio, alius intellectus eſt,quod ſufficiat vnum ex prædictis, ſcilicet effractio,vel ſpoliatio,effractores Eccleſiarum ſunt excommunicati,& ſpoliatores etiam ſunt excommunicati.Communis opinio eſt, quod illa duo ſimul requiritur, ad hoc quod ille text. habeat locum.

Autoris ſententia.

Quoad propoſitum noſtrum,ego crederem, quod delinquentes in ipſam eccleſiam.ſ.frangendo eam vel comburendo eam,non gaudebunt immunitate eccleſię. Nam quoad iſtum effectum, ſufficit, quod delinquat in ipſam eccleſiam: & iſta fuit intentio Ioan.Fab.

# Sacrilegus. Fallentia.34.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacrilegus immunitate non donatur.*
2 *Quis ſacrilegus dicatur.*

Fallen.34. De ſacrilego.

1 SACRILEGVS † non gaudet immunitate.c.frater.17.q.4.cum duobus ſequen.Nicol.Boer.in ſuis deciſ.q.110.fol.116.in prima parte.d.quis dicatur ſacrilegus.text.in.c.quiſquis.&.c.ſi quis contumax.17.quæſt.4.tollens ſacrum de non ſacro, ſacrum de ſacro, de multiplici ſacrilegio. Cardin.in Clem.1.quæſt.1.de pœnit.Felin.poſt Maria.in cap.cum ſit.de foro competenti.pleniſsimè per Ludou.Mon-

tal.in tract.de reprobatione ſententiæ Pilati. fol.180.in.10. volum.

Quis dicatur ſacrilegus.

Sacrilegus † etiam dicitur, qui extrahit perſonam ab 2
eccleſia: Nam ſicut auferendo rem non ſacram de loco ſacro, eſt ſacrilegus, vt ſupra dixi: ita auferendo perſonam, vt cum liber ad eam venit eadem libertate tueri omnimodo debet. Hoſtien.in ſumm.de immun.eccle.col.6. cum ſeq. & talis non gaudet immun. Marcus de Mantua conſil.211. nu.9. Collecta.in.d.c.fin.eod.tit. & de iſto ſacrilegio dixi ſupra in.1.& 2.ampliatione.2.fallen.& ibi refero Collecta.

# De violante Eccleſiam. Fallentia XXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Violans eccleſiam, illius immunitate non gaudet.*

2 *Violatores eccleſiarum, qui dicantur, hic tractatur remiſſiuè.*

Fallen. 35. In violante eccleſiá,

TRigeſimoquinto fallit, In quolibet delicto † 1
violante eccleſiam, ſecundum Sali.in.l.autem ſi quis. de adulte.C.in fine ver.de iure, vbi dicit, quod de iure canonico eccleſia habet immunitatem: præterquam in caſu.c.fina.eod.tit. quod fortè per rationem ibi poſitam ad quodlibet delictũ: per quod eccleſia violetur, extendi poteſt: & quod violatores eccleſiarum non gaudeant immunitate. Innoc.in.d.c.inter alia. in fine. vbi dicit, quod is, qui in eccleſia aliquem occidit, eccleſia eum non defendit, quia eccleſiam violat. Idem Card.in cap.inter alia.quæſt.10.

Petrus Bellug.in ſpecul.princi.fol.51.col.1.ver.reſtat videre, vbi dicit, quod violans eccleſiam non gaudet immunitate. retuli Innoc. Card. & Petrum Bellu.in.3.fallen.ſup.

Item



Item violans immunitatem dicitur ſacrilegus, ſecundũ Panor.in.c.fin.col.1.ver.credo tamen poſſe dici.eod.titul. vbi dicit, quod negari non poteſt, quin commiſerit ſacrilegium delinquẽdo in eccleſia, cum per hoc violauerit eius immunitatem: & ideo ſacrilegus non debet gaudere immunitate.c.frater.17.q.4.cum duobus ſequentibus. Nicol. Boer.in ſuis deciſi.quæſt.110.fol.116. num.3. & nume.9.in 1.parte.vbi prædicta refert.

Quis dicatur violator eccleſiarum.

2 Qui dicantur † violatores eccleſiarum, & qua pœna puniantur, vide infra quæſtio.11.

# In Bannito. Fallentia XXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Banniti diffinitiuè delictum non habet immunitatem.*

2 *Secus, ſi interlocutoria iudicis ſententia, bannitus ſit.*

Fallen.36. In Bannito

FALLIT trigeſimoſexto, Stante ſtatuto de bannito impunè, occidendo occidens bannitum in eccleſia, non eſt puniendus vt homicida, ſed vt violator eccleſiæ, & poſſet probabili
1 ter dici, quod bannitus † diffinitiuè pro delicto confugiẽs ad eccleſiam, non gaudet immunitate. Nam bannum inhæret oſsibus, ſicut lepra vbicunque moretur, remanet bannitus. per glo. quę prędicta latius refert in pragm.ſanct. in tit.de interdict.indifferenter non ponendis.in ver. inde. col.2.& ſeq.fol.196.coll.4. in fine & conſequen. Si tamen
2 bannitus † interlocutoriè propter cõtumaciã, aut diffinitiuè propter delictũ poſt bannũ cõmiſſum, cõfugit ad eccleſiam, tuendus erit ab eccleſia, per.d.glo.quæ hoc dicit in fi.

pri.

pri.col.fol.197.Iaco.de Bellouiſ.in auth.de manda.princi. §.ſed neque.colla.3.dicit.col.2.ver.argumētum eſt, quod bannitus impunè poſsit offendi in eccleſia, cum per ſtatutum ciuitatis impunè poſsit offendi.argumentum eſt contra:quia Princeps hodie poteſtatem non videtur habere in eccleſia,& ſic Iacob.de Bellouiſ.vult innuere, quod bannitus debet gaudere immunitate.

Marcus de Mantua conſil.91. vult, quod bannitus, qui ex forma ſtatuti poteſt occidi, ſi fugiat ad eccleſiam, non gaudet immunitate. Tene Fallentiam,non poteſt extrahi ab eccleſia,nec minus occidi,per ſupradicta.

# In obligato ad ratiocinia.

## Fallentia XXXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ad ratiocinia,an iuuari poßit noſtro priuilegio.*

Fallen.37. In obligato ad ratiocinia.

TRigeſimoſeptimo fallit, Obligatus ad ratiocinia,an poſsit extrahi? quærit Ioan. Igne. in.l.1. fol.14.in prin.ad Syllan.ff.& ſe remittit ad not. per Hoſtien.Ioan.And.& alios,in cap.vni. de oblig.ad ratiocinia.& etiam text.& gloſſ.in.§.ſancimus.in authen.de monachis.colla.1.& ibi per Iacob. de Bellouiſu & Bar.& Archi.in.c.ſi quis incognitus.17.q.2.& Lucas de Pen.in.l.vni.C.de palatijs,& domi.lib.10.& moder.in.l.1. de ſeruit.fugi.C. 1

## Fallentia XXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Mercator fallitus.ſi ad eccleſiam cōfugerit, inde eximere licet eum.*

Trige-



Fallen.38. In mercatore fallito.

1 TRigeſimooctauo fallit, † In mercatorum, ſcilicet, En los mercaderes que ſe leuantan con la hazienda agena. Nam iſti ſi aufugiant ad eccleſiam,non debent gaudere immunitate. Tenet hoc expreſsè Nicol.Boerij in deciſi. quæſt. 215. numer.7. fol.28.arg.§. publicorum vero tributorum, ibi quoniam Fiſcalium ratio, & militibus, & priuatis, ipſiſque templis, & cunctis Reipub.vtilis, & neceſſaria.in auth. de mandat. princip.collat.3.&.l.pœnæ.de exactionibus tribu.6.lib.10.

## Fallentia XXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Transfuga ſi.ad eccleſiam confugiat,non gaudet immunitate.*

Fallen.39. In transfuga.

1 FALLIT 39. in † transfuga. Nam ipſe,ſi aufugit ad eccleſiam, non gaudet immunitate, quoniam iſte talis æquiparatur publico latroni: ſecundùm Marcum de Mantua. conſil. 91. nam ſecundùm eum, ille qui eſt rebellis & proditor patriæ, eſt transfuga.l.qui omiſsione.§.qui deſerant.de capi.dimi. ff.Refert Anchar.in cap.1.de conſtit.co.& Bart. in quæſt. incipiente,Lucanæ ciuitatis.Bar.ibi loquitur de transfuga, & dicit num.18.in paruo volum. quod illi dicuntur transfugæ, qui ab his, ſub quorum imperio ſunt, deſiſtunt, & in numero hoſtium ſe transferunt. dict. l. omiſsione. §. qui deficiunt. & æquiparantur bannito, quia ſicut bannitus ex forma ſtatuti, poteſt impune occidi: ita transfuga: & ſic talis transfuga non gaudet immunitate, & interficientes eum, gaudent immunitate, ſecundum Marcum vbi ſupra.

Interficiētes transfugā gaudēt immunitate.

VENIO

# Venio ad Quæſtiones.

## Extrahere propria autoritate.

### Quæſtio Prima.

*SVMMARIVM.*

1 *An iudex ſecularis, poßit aliquem eijcere ab eccleſia.*

Quæſtio Prima.

AN iudex ſecularis poſſit propria autoritate extrahere illum, qui non gaudet immunitate.

Iacob. de Bellouiſu.

Iacob. de Bellouiſu in ſua practica in titul. de fuga reorum, & immunitate eccleſiarum. fol. 47. col. 2. & 3. dicit, quod ſi aliquis delinquit in eccleſia, tunc † iudex ſecularis non poteſt eum extrahere de eccleſia, ſed epiſcopus loci, & eum tradet iudici ſeculari, ſi eſt 1 laicus. authen. ſi quis. de adulte. C. ratio eſt, quia iſte talis non delinquit in ſuo territorio. Ideo non poteſt manus mittere, ſed vbi aliquis delinquit extra eccleſiam, puta quia commiſerat homicidium, & fugerat ad eccleſiam, tunc iudex ſecularis poteſt eum extrahere. ratio eſt, quia in ſuo territorio deliquit. l. quod ait. in princ. de adult. ff. in authen. de mand. princ. §. ſed neque. colla. 3.

Cynus.

Cynus in. l. præſenti. de his qui ad eccle. confug. col. 2. ver. 2. quæro. vbi quærit, nunquid iudex ſecularis, poteſt extrahere delinquentem ab eccleſia, in caſu, in quo non debet gaudere immunitate, dicit aut deliquit in eccleſia, tunc eſt de iuriſdictione eccleſiæ, & punitur per iudicem eccleſiæ, & non per ſecularem. in authen. vt liceat mar. §. quia vero. col. 8. aut deliquit extra eccleſiam, tunc extrahitur per iudicem laicum. in authen. de mand. princ. §. neq; homicidas. collat. 3.

Cyn. alibi.

Cyn. in authen. ſi quis. de adult. C. idem tenent, quod in dict.



dict. l. præſenti. & dicit id quod Iacob. de Bellouiſu, quem retuli in principio iſtius quæſtionis.

Albericus.

Alberi. de Roſa. in dict. authen. ſi quis. tenet etiam id quod Iacob. de Bellouiſu.

Ioan. Fab.

Ioan. Fab. in. §. fina. de his qui ſunt ſui, vel alieni. inſtit. ver. ſed quæro. dicit, per quem extrahetur malefactor de eccleſia in caſibus, quibus poteſt extrahi, videtur per laicos & rectores eccleſiarum. authen. ſi quis. de adulte. C. ſed forte hoc non procedet de iure canonico, quia fieret irregularis. vnde poteſt dici, quod Iudex poſſit extrahere, vt patet in dict. §. neque homicidas. de mandat. princip. colla. 3. Hæc Ioan. Fab. vbi ſupra.

Ioan. Fab. alibi.

Ioan. Fab. in dict. authen. ſi quis. de adulte. C. dicit, quod eccleſia non tuetur eum, qui in eccleſia deliquit. cap. fina. eod. tit. Sed cur iudex ſecularis, eum non extrahit. vt in. §. ſed neque. de mand. princ. col. 3. dicas, quod maritus non poteſt extrahere. vt in dict. §. ſed forte iudex poteſt. Hæc Ioan. Fab. vbi ſup.

Angel. de Aretio.

Angel. de Aretio in tractatu maleficiorum, in ver. fama publica. q. 4. fol. 21. col. 1. ver. Quarto quæro, dicit, quod propter crimina atrocia vt propter homicidium, raptum virginum, & ſimilia poteſt capi in eccleſia, & de ea eximi. per tex. & ibi gl. in. §. neque autem. in dict. authen. de mandа. princip. Intellige dummodo prius requiratur epiſcopus, vt eum tradi faciat. Itaq; iudex ſecularis requirat epiſcopũ vt ſibi tradi faciat. Ipſo autem annuente poterit poſtea extrahere. allegat Salic. in. d. authen. ſi quis. refero Sali. infra. & idem Angel. in tracta. maleficiorum. in ver. in ſcalis. fol. 102. col. 4. & ſequent. Ange. de Peruſio in authen. ſi quis. de adulte. C. dicit, quod ſi ex forma ſtatuti, vel iuris malefactor poteſt capi propria autoritate, poteſt capi etiã in eccleſia, ſed non debet extrahi ab eccleſia, ſed recommendandus apud prælatum eccleſiæ, vel clericos eius, nec poterit

poterit extrahi inde per iudicem ſecularem, ſed debet tradi per prælatum eccleſiæ iudici ſeculari ad eius requiſitionem,& hoc ideo,quia deliquit in eccleſia, ſi autem ad eccleſiam confugiſſet,poſſet extrahi extrahendus eſt tamen ſine tumultu, ne diuina turbentur officia. §. ſed neque. in authen.de manda.princi.colla.3.iuncta.l.ſi quis in hoc genus.de epiſc.& cler.& dicit Ang. quod hoc etiam fuit de mente Petri.& Cyn.in dict.authen.ſi quis.

Angel. de Peruſio.

Angel.de Peruſio in.§.fina.in authen. vt liceat matri & auiæ,colla.8.in fine.dicit not. text. quod maleficio commiſſo extra eccleſiam,exiſtens in eccleſia non poteſt extrahi. l. 1. de his, qui ad eccleſi.confug.C.ſed pro maleficio commiſſo in eccleſia poteſt extrahi.vt in dict.§.fina.

Salicetus.

Salic.in.l.ſi quis adul.C.in.6.not.notat ex tex. quod iudex ibi per ſe,vel eius familiam non extrahit delinquentem de eccleſia,ſed ad epiſcopum loci mittit,vt delinquẽs ſibi tradatur.Oppo.Petri,& Cyn.§.ſed neque homicid. in authen.de mandat.princi.colla.3.Solu.Petr.& Cyn. quod in dict.authen.delinquit in eccleſia,& in.d.§. ſed nec extra eccleſiam.Vnde tunc poteſt autoritate propria extrahi.retuli Cyn.ſup.Salic.vbi ſup.non credit hoc eſſe verũ, quod ſiue intra,ſiue extra deliquerit,& ad eccleſiam confugiat, non debet defendi per eccleſiam, intellige vt prius requirat epiſcopum,qui ſibi tradi faciat, eo autem non annuente iudex extrahat,& dicit Salic.vbi ſupra,nota quod hodie epiſcopus incurreret irregularitatem tradendo poteſtati. Ideo dict.authen.ſi quis non ſeruatur in clericis.hæc Salic. vbi ſupra.

Marian.Socin.

Marianus Socin.in tract.de citatione in.17.artic.q.5.fol. 30.col.2.ver.& an iudex ſecularis vel eccleſiaſticus, ſit ille, qui in dictis caſibus exceptis poſsit extrahere de eccleſia. Refert ſe ad Cyn.& alios.in.d.l.præſenti.& ad Panor. in.d. c.inter alia.refero Panor.infra nihil aliud dicit.

Signo-



Signorolus de Homodeis in repetitione.l.nemo. de ſacroſanct.eccleſ.C.nu.13.fol.24.col.2.ver.5.nunquid. quærit ibi:an poteſtas poſsit confugientem capere in eccleſia, & antequam decidat, quærit in quibus caſibus eccleſia eſt tutela,& in quibus non dixi ego ſupra in fallent. Vnde cõcludit, quod in caſibus,in quibus eccleſia eſt tutela, planũ eſt,quod non,aut loquimur in his, in quibus eccleſia non eſt tutela,& tunc ſi delictum eſt commiſſum in ipſa eccleſia poteſtas non poteſt manus inijcere, nec per ſe, nec per breuiarios ſuos,ſed notificetur epiſcopo, vel defenſori eccleſiæ,vt ipſum delinquentem tradat in manibus poteſtatis puniendum,ſecundũ leges ſuas.authent.ſi quis.de adulter.C.Si vero deliquit extra eccleſiam, in poteſtatis territorio,& non in loco exempto, vnde macula delicti in eius territorio fuit affectus,& cum ipſa macula in eccleſiã confugit,& ſic quaſi ante affectum poterit poteſtas manus inijcere. Sed cum deliquit in eccleſia videtur deliquiſſe, quo ad quid in loco exempto,& ſic nõ videtur macula delictæ affectus in territorio poteſtatis, & tunc manus nõ inijcit, ſed notificat Epiſcopo,vel defenſori (vt ſupra dictum eſt) dictus Signorolus,opponit contra hoc, ſi locus eccleſię eſt exemptus,& non cenſetur in territorio, & tunc nullo caſu poterit poteſtas in confugam ad illum locum manus inijcere.l.cum vnius.§.fin.de bon.autor.iudi.poſsi. ff. Item nemo debet falcem in alienam meſſem immittere.l.3.de acquirend.rer.domin. ff. ratione licet locus eccleſiæ dicatur exemptus ab humanis vſibus.d.l.nemo. de ſacroſanct. eccle.C.cum ſimilib. tamen ſecundum quid inhæret territorio temporali,& quoad quid trãſit,cum vniuerſitate, licet non per omnia.l.in modicis.de contrahen.emptio.ff.ergo ex his determinatur quæſtio: an poteſtas confugam poſsit extrahere de eccleſia.hæc Signorolus vbi ſupra.

Practica Ferrarien.in forma inquiſitionis fol.221. col.1. Ferrarieñ.

R indi-

indiſtinctè tenet, quod poteſt per ſecularem extrahi. dixi ſupra in 2. præſup.

Ioã.Igne. Ioan.Igne in l.1.in princi. ad Syllani.ff.fol.14.col.1. dicit, quod iura canonica permittunt reos ab eccleſia extrahi, etiam vi in caſibus, in quibus non gaudent immunitate per cap. inter alia.eod.tit.cap.1. de homicid. cum ſimilib. & legitur Regum 3. cap. 2. de Ioab. quia in Regem conſpirauit, & duos viros prodicioſe occidit, fuit à templo extractus. Chriſtus etiam numularios à templo eiecit, quia in Deum, & in eccleſiam in templo peccauerunt. vt latius per Ioan.Igne.vbi ſupra.

Guillelm⁹ Benedict. Guillielmus Benedicti, in repetitione.c.Raynuntius.de teſtamentis in ver.& vxor.nume.444.ver. pariter vbi delinquens.fol.89.in antiqua impreſsione, dicit, quod in caſu in quo gaudere nõ debet eccleſiaſtica immunitate. iuxta cap.1.de homicid.& dict.c.inter alia. Officiarij regij eos capiunt, & ab eccleſia eos extrahunt, ſine alia declaratione per eccleſiam fienda, & dicit, quod ita vidit pluries ſeruari. Narrat factum & arreſtum, quod vidit Toloſæ. vt ibi latius per eum, & in noua impreſsione eſt fol. 446.3. in ſecunda deciſione nume.152.

Archidiaconus. Archidia.in.c.diffiniuit.17.q.4.in ver.non abſtraxit.dicit argumentum huius literæ dicunt quidam. Idem in publico latrone, de quo habetur in cap. ſicut ea cauſa, ſcilicet, quod extrahẽdus eſt per ſacerdotem. vt in.c.diffiniuit.nec in hoc caſu dicitur eum tradere morti, ſed lex c. cũ homo iuſtè.23.q.5.& ſic videtur Archid. ſentire, quod in caſibus, in quibus non gaudet, debet extrahi per ſacerdotem.

Cardinalis. Cardin. in.d.c.inter alia. col.2. ver. ſed ſecundum Petrum, loquens de caſu.c.1.de homicid. ſcilicet, de homicida inſidioſo, quod talis de iure nõ eſt defendẽdus, & quod non puniretur, qui talem extraheret.

Ioan. And. Ioan.And.in.d.c.inter alia.ſuper ver.poteſt.dicit à quo libet,



libet, & ſic vult, quod quilibet poteſt extrahere illum, qui non gaudet immunitate.

Marian Socin. Marian.Socin.in. c.poſtulaſti. de foro compe.col.6.q.16.fol.93.col.3.ver. & aduerte. dicit quod ſi delictum eſt commiſſum in eccleſia laicus non poteſt capere, & extrahere malefactorem, ſed epiſcopus debet eum capere, & dare iudici ſeculari, vt in authent.ſi quis ei de adulte. C. ſecus autem ſi deliquit extra eccleſiam, & poſtea fugit in eccleſiam, quia tunc poteſt capi, & extrahi per laicum. idem ibi in additio.ad Socin. in litera A.

Guid.Papa Guido Papa in quæſtionib. Dalphi.q.121.col.2.in fine. dicit, quod extrahens ab immunitate illum, qui non debet gaudere immunitate, non dicitur infringere immunitatẽ. Allegat Card.in.d.c.inter alia.retuli Card.ſup. licet Salyc. in.d.authen.ſi quis. dicat quod prius debeat requiri licẽtia ab epiſcopo: licẽt nõ obtentu.retuli ſup. Salyc. quod tamẽ nõ ſeruatur in hac curia Parlamenti. dicit Guid. vbi ſupra. quia Card.in Clem.1. de officio ordinario tenet indiſtinctè, quod debet ab epiſcopo extrahi, vbi delatus non gaudet immunitate, & Guid. vbi ſup. in finalib.verbis, quærit an officialis poſsit extrahere clericum de immunitate. Refert Ioan.Fab.Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. quod ſic retuli ſup.& Guid. ſe refert ad Card.in Clem.1. de pœnit.& remiſ.& dicit, quod ipſe Card.in Clem.1. de offi.ordin.tenet, quod delatus debet extrahi per epiſcopum. vbi delatus non gaudet immunitate hæc Guido vbi ſupra.

Aduertentia. Aduerte tamen, quod Cardin. in dict. Clemen.1. de offic.ordin. nihil loquitur in iſto caſu, & Clemen. 1. de pœnit.& remiſs. Cardi. non loquitur, nec dicit, quod delatus, debeat extrahi per epiſcopum.

Vide gloſſ. Gloſſ.pragma.ſanct.in titul.de interd.differen.non ponendis in ver.inde.col.fin.in princip.fol.198. col.2.in prin. dicit, quod iudex ſecularis poteſt extrahere delinquentes

 ab ec-

ab eccleſia in caſu, vbi non habet immunitatem. allegat c. 1. de homicid. ibi auelles, in ſenſu literali. & Cyn. in l. præſenti. & doctores in c. inter alia.

Panormit.

Panor. in c. inter alia. eod. ti. col. penul. ver. vlterius quęritur, quærit, quis extrahet iſtos de eccleſia violenter in caſibus in quibus poſſunt extrahi. Refert diſtinctio. Cyn. in l. præſenti. retuli ſupra. & refert etiam Bart. in l. ſi cui. de accuſa. ff. vbi dicit, quod punitio delictorum in eccleſia commiſſorum, pertinet ad iudicem ſecularem, & non ad iudicem eccleſiaſticum ex quo delinquentes ſunt laici. Idem Angel. de maleficijs in gloſ. in ſchalis ſancti Petro. & hoc eſt contra Cyn. & alios, quos ſupra retuli.

Panormit. ibidem.

Panorm. in c. inter alia. col. penul. quoad iſtud dictum Bar. in d. l. ſi cui. quærit, nunquid eccleſiaſticus poſsit punire delinquentem in eccleſia de ſacrilegio, dicit quod ſic quia videtur violare immunitatem eccleſiæ, aut quęritur: an poſsit eum punire directè de crimine ſeculari ibidem commiſſo. dicit quod non, quia eccleſia non habet territorium, niſi reſpectu eorum, quæ ſunt, ſeu pertinent ad forũ eccleſiaſticum. c. poſtulaſti, & notata ibi de foro compet.

Petrus Anchar.

Petrus de Anchar. in d. c. inter alia. col. fin. ver. aduerte. dicit, quod in caſibus, in quibus ad eccleſiam, quis confugit, debet prælatus in caſu, in quo non poſsit extrahi, eum cuſtodire, ne fugiat, & in caſu, in quo poteſt extrahi, debet hoc pati. & ibi col. 2. ver. ſed nunquid. Iudex dicit, quod ſi quis deliquerit extra eccleſiam, & ad eam confugit, poterit inde extrahi per iudicem ſecularem.

Steph. Aufreri.

Stepha. Aufrer. in reper. Clem. 1. de offic. ordi. 14. regu. Fallen. 18. ver. ſed quis extrahet delinquentem in eccleſia, vel alibi delinquentem & ad eam fugientem in caſibus, in quibus immunitate gaudere nõ debet. Breuiter dic, quod laicus extrahitur, per iudicem ſecularẽ. allegat Ioan. Fab. 1. §. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. & ita videtur velle Panor. in



dict. c. inter alia. licet aliter ſentiant Petrus, & Cyn. in l. præſenti. & Angel. in authen. ſi quis. Opinio Ioan. Fab. ſeruatur de facto. hæc Stephanus vbi ſupra. fol. 35. col. 3.

Io. Bichis.

Ioan. Bichis in dict. tractat. de immunitate eccleſia. col. 6. ver. fallit quinto. dicit, quod criminoſi qui non debent gaudere, ſunt extrahendi ab eccleſia per iudicem eccleſiaſticum. Allegat Archidia. in d. c. diffiniuit. retuli ſupra. in hoc reſidet.

Guil. Mayner.

Guilielm. Mayne. in regula non eſt figu. de regu. iuris. ff. fol. 322. col. 1. nu. 2. dicit, quod ille, qui in caſu permiſſo à iure poteſt extrahi de eccleſia, poteſt extrahi, per quemcunque priuatum. allegat Ioan. And. in d. c. inter alia. ſuper ver. poſſunt. retuli ſup. licet Petrus de Bella Pertica, & poſt eum Cyn. diſtinguunt in l. præſenti. de his qui ad eccleſ. cõfug. C. retuli ſupra. Cyn. & dicit Guiliel. §. videtur, quod per quemcunque laicum poteſt extrahi, quia epiſcopus, vel clericus extrahens eſſent irregularis. ſecundum Ioan. Fab. in authen. ſi quis. de adulte. C. retuli ſupra. & nõ loquitur de irregularitate. Neque requiritur declaratio iudicis eccleſiaſtici, ex quo per quemlibet poſsit extrahi, quod tenet Petrus de Vic. in ſuo Alphabeto ſuper ver. immunitas. §. quinto. ver. quod etiam ſine declaratione. & nota. in ſumma confeſſorum lib. 1. titul. de immunita. eccleſ. quæſtione. 2. Hæc Guilielm. vbi ſupra. & refert ſe ad dicta per eum in l. nemo. de domo ſua. ff. ge regu. iur. fol. 250. col. 2. numer. 25. ver. ſecundum eſt. Refert Salyce. in authenti. ſi quis. de adulter. C. retuli ſupra. & refert etiam Ang. Areti. in tractat. de malefic. quem ſupra retuli.

In additionibus ad Barto. in l. ſi cui. §. final. de accuſa. ff. in litera A. dicitur, quod ſi delictum eſt commiſſum in eccleſia, iudex laicus non poteſt ibi capere, ſed Epiſcopus: & debent eum tradere iudici ſeculari. Allegat Cyn. in d. authenti. ſi quis ei. dicitur tamen ibi; quod Roman. conſil.

227. & 234. ſentit, quod nec epiſcopus poteſt facere capere in eccleſia clericum propter delictum. Ludouicus in dictis conſilijs loquitur generaliter, ſcilicet, quod nullus extrahitur ab eccleſia.

¶ Ex prædictis reſultant opiniones ſequentes.

**Prima opinio.** PRIMA eſt, quod laicus delictum committens in eccleſia, licet ſit caſus, in quo quis non gaudet immunitate, non poteſt extrahi per iudicem ſecularem: ſed epiſcopus loci, tradet eum iudici ſeculari.

**Secūda opinio.** SECVNDA opinio eſt, quod ſi delinquens extra eccleſiam fugerit ad eam, & ſit caſus in quo nō debet gaudere immunitate, non poteſt extrahi per iudicem ſecularem. Iſtas duas opiniones tenet Iacob. de Bellouiſ. Cyn. Alberi. Signo. retuli ſupra. & Marian. Socin.

**Tertia opinio.** TERTIA opinio eſt, quod in caſibus, in quibus, quis non debet gaudere immunitate, non eſt extrahendus per ſecularem, niſi prius requiſito epiſcopo, vel ſacerdote. Iſta fuit opinio Salycet. & Angel. de Aretio. & Angel. de Peruſio. retuli ſupra.

**Quarta opinio.** QVARTA opinio, eſt quod in caſibus, in quibus quis non debet gaudere immunitate, debet extrahi per ſacerdotum. Iſta fuit opin. Archid. & Ioan. Bichis. retuli ſup.

**Quinta opinio.** QVINTA opinio, eſt quod vbicunque quis deliquerit, ſiue in eccleſia, ſiue extra eccleſiam, poteſt extrahi per Iudicem ſecularem in caſibus, in quibus nō debet gaudere immunitas. Iſta fuit opinio Ferrarij, Cardin. Igne. Guido. Papæ. Pragma. ſanct. Anchar. Benedicti, Stephani Aufrerij. Et iſta communis opinio, & ſeruatur in practica.

**Concluſio.** Tam communis opinio, quàm aliæ opiniones, loquuntur, quando verè conſtat de caſu, in quo quis non debet gaudere immunitate; & iſto præſuppoſito pro vero, procedunt prædictæ opiniones, & ſic procedit prędicta Quæſtio,



ſtio, quando notoriè conſtat delinquentem non debere gaudere, vel eſt declaratum non debere gaudere. Nam tunc poteſt extrahi per ſecularem, & in iſto caſu, quo quis non debet gaudere loquuntur Doctores ſupradicti. Vnde dicit Ioan. Bichis in dict. tractatu de immunitate eccleſ. fol. 73. col. 2. in fine, quod ſi publicus latro, confugit ad eccleſiam, & Iudex eum repetat, ipſe vero negat ſe eſſe publicum latronem, propter manifeſtum, & notorium factū, non adhibetur ſolennitas declarationis. vt ibi per eum.

# Quæſtio ſecunda.

*SVMMARIVM.*

1 *Si quis immunitate gaudere non debere aſſeratur, quis de hoc cognoſcet, num Iudex eccleſiaſticus, an vero ſecularis.*
2 *In hanc rationem, plures opiniones Doctorum, hic legito.*
3 *Quid iuris, ſi iudex laicus, & eccleſiaſticus non conueniant. nu. 7. 8.*
4 *Quæſtio facti, per quem iudicem examinanda ſit.*
5 *Ex alieno territorio, delinquens extrahendus non eſt.*
6 *Quis cognoſcet, an latro captus ſit in territorio eccleſiæ.*
7 *Quando ſecularis, & eccleſiaſticus diſcordant, quem ſuperiorem adire poterunt, & quis eorum ſuperior dicetur.*
8 *Quid iuris, ſi plures iudices æquales ſint.*
9 *Quando delinquens fugit in Eccleſia loci, vbi non eſt Iudex eccleſiaſticus, quid ſtatuendi.*
10 *Quatuor opin. Doct. in hac quæſtione principali.*
11 *An ſummatim Iudex cognoſcere quando quis immunitate gaudere debeat.*

**Secunda quæſtio.**
SECVNDA quæſtio, quando dubitatur an
1 ſit caſus, in quo debeat gaudere †, vel non: quis
cognoſcit an debeat gaudere: an eccleſiaſticus
vel ſecularis. Pluries vidi iſtam quæſtionem
in facto, & non vidi eam declaratā. ¶ Refero opiniones.

**Prima opinio. Petri de Belluga.** Prima eſt Petri de Belluga, ciuis Valentiæ, Conſiliarius Regis Alphonſi Aragoniæ, qui iſtam quæſtionem in terminis ſequentibus ponit in tractatu, qui intitulatur Speculum

culum principis,in rubri. 11. & in.§.ſed quia loquitur. fol. 49.nume.19.fol.51.col.1.in fin.ver.ſed pone, quod homicidium: & refero eum ad literam eo:quia forte non reperitur apud omnes,& eſt vt ſequitur. Sed pone quod homicidium, vel vulnus factum eſt,& dicitur, quod intra 30. paſſus,vel intra eccleſiã,vel in caſibus exceptionis:& ſic dicitur criminoſus,nõ gaudere immunitate, quis erit Iudex cõpetens cognoſcendi de hoc.Et primo videamus, cũ allegatur quod ſit publicus latro,vel depopulator,quis cognoſcit Iudex ſecularis,vel eccleſiaſticus: dic quod quilibet Iudex,põt de hoc inquirere,& agnoſcere ad ſuos effectus,Iudex ſecularis,ad hoc,vt poſſit eum extrahere, vt non gaudentem immunitate:& ſic taliter punire,tanquã hominẽ ſui fori: maximè data regula,quàm ponit Barto.in.l.Titia. ſolu.matri.ff.& in.l.omni nouatione.de ſacroſanct. eccleſ. C.& in.l.quoties.de iudicijs.C. quia ex quo ſuper facto eſt dubitatio Iudex ſecularis,poteſt de eo cognoſcere: maximè de foro huius regni Valentiæ.Iudex etiam eccleſiaſticus cognoſcet ad effectum defendendi immunitatem,vel remittendi,ſine cautione.de qua in.c.diffiniuit. 17.q.4. & poteſt de illis qualitatibus cognoſcere. per not. per Archi. in.c.ſequens.l.diſtinct.& per Ant.in.c.tuam. de ordine cogni.& interim is qui ad immunitatẽ cõfugit, ibi cuſtodietur,& ponetur in cõpedibus & cathenis, per vtrunq; iudicem,quia immunitas ſtante dubio non ſpoliatur.argu.c.ſi Iudex laicus.de ſent.excom.libr.6. Sunt verba dict.Pet.

Alia quæſtiuncula. Sed maior dubitatio eſt,cum altercatio,ſi infra immunitatẽ deliquit,vel non: & ſi gaudet immunitate, quis erit Iudex competens,ſecularis vel eccleſiaſticus. Non refero hic Petrum de Belluga ad literam,ſed refero in ſumma dicta per eum, & arguit pro & contra,& refert opinionem Cyn.in.d.l.præſenti.& in authen.ſi quis retuli ſupra. Nam ſecundũ opinionem Cyn.eccleſiaſticus erit Iudex,tamen dictus



dictus Petrus de Belluga.in fin. ver.dicas ergo, concludit, quod cognitio an debeat gaudere, vel non, ille qui deliquit infra immunitatem, vel extra, vterque iudex de illis qualitatibus poterit ſe informare & cognoſcere, vnus ad effectum puniendi ſacrilegium contra immunitatem inſligentem:& iſte eſt eccleſiaſticus iudex, alius ad effectum condemnandi de crimine principaliter cõmiſſo,& ſic quilibet pro ſuo intereſſe poteſt cognoſcere,vt ſuccedant:quę ſupra diximus in quęſtione proxima,quando negatur eſſe latro,vel populator,& interim,vt diximus,criminoſus ſtat captus. hæc ſunt verba Petri de Bellug. vbi ſupra. d. §. ſed quia.fol.52. dicam de hoc in quarta opinione infra in fine.

Concluſio prædicti Doctoris eſt, quod tam in primo caſu, ſcilicet, quando delictum committitur extra eccleſiam, & quando delictum committitur infra immunitatem,vterque iudex,ſcilicet,ſecularis de per ſe, & eccleſiaſticus etiam de per ſe ad diuerſos fines, & inſiſto interim ſit in cuſtodia,vt dictum eſt. Concluſio huius primæ opinionis.

2 Primò, ex dicti Doctoris † reſultant ſequentia. Primo quod ſecularis etiam cognoſcit,an debeat gaudere. 1.Coroll.

Secundò, quod quouſque cognoſcatur an debeat gaudere,non debet extrahi ab eccleſia. 2.Coroll.

Tertiò,quod in iſto interim quod declaretur debet cuſtodiri,in eccleſia in compedibus & catenis. 3.Coroll.

Quartò, quod vterque iudex debet ipſum cuſtodire. 4.Coroll.

¶EX prædictis reſultat ſecundùm prædictum Doctorem,quod quilibet iudex,tam eccleſiaſticus,quàm ſecularis cognoſcet ad ſuos effectus, ſecularis ad hoc, vt poſſit eum extrahere,ſi ſibi conſtat,quod non debet gaudere. & ſic illum talem punire tanquam hominem ſui fori. Vult innuere,quod ſi ſeculari conſtat non debet gaudere, poteſt ipſum talem extrahere,ſine alia declaratione per eccleſiaſticum fienda,& ſine eius conſilio,vel conſenſu. Concluſio ex tota doctrina autoris huius.

R 5 Item

Item eccleſiaſticus etiam cognoſcet,an debeat gaudere ad fines & effectum,quod ſi reperiat ipſum talem debere gaudere immunitate,defendet immunitatem, & ſi viderit immunitatem violatam,quia iudex ſecularis ipſum extraxit,procedet contra ſecularem, tanquam contra ſacrilegum, & violatorem immunitatis: & ſi eccleſiaſtico conſtat per ſuum proceſſum,ipſum non debere gaudere immunitate, tacebit, & diſsimulabit: iſta eſt reſolutio dicti Doctoris.

Obiectio. Sed † quid ſi ſecularis cognoſcit, & declarat ipſum talẽ non debere gaudere,& eum extraxit,Eccleſiaſticus declarat ipſum debet gaudere, quid vltra faciet Eccleſiaſticus? 3

Solutio. dic quod procedet per cenſuras contra ſecularem, tanquã contra ſacrilegum,vt infra dico in fine iſtius quæſtionis.

Secũda opinio Stephani Aufrerij & aliorum. Secunda opinio Stephani Aufrerij, in tractatu arreſtorum parlamenti,aliàs in Stylo Parlamẽtorum, in.2.parte, in titulo de forma arreſtorum,in arreſto.217.fol.42.col.1. dicit,quod curia Parlamenti, viſis informationibus factis per primum Hoſtiarium, quod quidam Bertrandus exiſtens in immunitate eccleſiæ,non debebat gaudere immunitate,ordinauit ipſum extrahendum per dictum Hoſtiarium,ſeruatis ſolennitatibus debitis, & in caſu conſuetis,& adduceretur ad priſionem conciergeris: qua de cauſa iſte Bertrandus non gauiſus eſt immunitate eccleſiæ ex hoc arreſto:& quæ ſunt ſolennitates in hoc caſu requiſitæ,vide Speculat.in tit.de immunit.eccle.in princip. & per totum. Hæc ſunt verba Stephani,vbi ſupra.

Speculator,nihil loquitur de iſtis ſolennitatibus.Solennitas,poteſt eſſe,quod requiratur Eccleſiaſticus, vt eũ tradat.ſecundum opinionem aliquorum.retuli in prima quęſtione.& iſta non eſt in vſu.Eſt etiam alia ſolennitas,quod ſecularis dat cautionem.de qua in cap.diffiniuit.17.q.4.de iſta,dico in quæſtione ſequenti.

Guilliel-



Guillielmus Benedict.in repetitio.cap. Raynuntius.de teſtamen.in ver.& vxorem nomine ad eccleſiam,in.2.deciſ.num.152.fol.94.col.3.in noua impreſsione, in antiquis eſt num.444.fol.89.colum.2. in fin. & col. 3. dicit, quod vbi delinquentes ſunt in caſu, quo gaudere non debent immunitate eccleſiaſtica,iuxta cap. 1. de homicid. & cap. inter alia.de immunitate eccleſiaſtica, officiarij Regis eos capiunt,& ab eccleſia extrahunt ſine alia declaratione per Eccleſiam fienda:& dicit,quod vidit pluries ſeruari, & ita fuiſſe in Parlamento Toloſæ ſeruatum. refert Stephan. Aufrer. vbi ſupra. & ibi dicti Benedicti allegat plura motiua.

Et attenta opinione iſtorum doctorum,iudex ſecularis examinat teſtes ad ſe informandum,an ſit caſus in quo debeat gaudere, vel ne, & ſi per ſuam ſummariam informationem ſibi conſtat,quod non debeat gaudere extrahit ipſum:& an iſta ſummaria informatio ſufficiat ad extrahendum ipſum de eccleſia.Steph.Aufrer.vbi ſup.innuit,quod ſic.Nam iſtæ informationes fiunt ad fines ſciendi qualiter ſit procedendum, & ſint ſecretè, ſine vocatione partis, ſecundum Felin.poſt alios.2.c.de teſti.& ſi per dictam informationem conſtat de delicto,iudex procedit ad captum, & poſt ſeruato iuris ordine procedit contra captum.

Et dicta informatio ſufficit ad capturam. ſecundùm Iacob.de Bello viſu,in ſua practica iudiciaria, in titul. de inquiſi.& prima forma.fol. 46. col.2.in fin.& fol.ſequen.& Hyppol.de Marſil.in practica ſua criminali.in prin.

Iſtam opinionem ante prædictos tenuit Ioan.Ferrar. in ſua practica in tit.de forma inquiſit. col. 11. retuli ſupra.in prin.iſtius tractatus in.2.præſuppoſitione.

Et pro iſta opinione quod ſecularis cognoſcat, an debeat gaudere, & facit text.in authen. ſi quis. ver. ſi tamen in ſacro oratorio. de adulte. C. vbi text. quod ſi maritus

inueniat

inueniat vxorem ſuam loquentem cum aliquo in eccle-
ſia, debet eos tradere defenſori eccleſiæ, aut alijs clericis, vt
ad eorum periculum ſeruetur diuiſim in donec Iudex co
gnoſcens hoc mittat Epiſcopo, vt iſti ei tradantur. Ecce er
go text. quod ſecularis cognoſcet hoc, ſcilicet, an ſit verum
id quod maritus dicit, quod inuenit prædictos loquentes
in eccleſia. Idem etiam dicit text. à quo dicta, aut ſi quis
fuit ex tracta. in authen. vt liceat marito, vel auiæ. col. 8. §.
quia vero. dicit ibi in fin. §. & generaliter diſponimus, vt ſi
quis inuenerit vxorem ſuam in eccleſia cũ aliquo loquen
tem, & ſuſpicatus fuerit turpis gratiæ cauſa eos alloqui, tra-
det eos maritus defenſori eccleſiæ, vel clericis illius eccle-
ſiæ, vt ſuo periculo eos diuiſim cuſtodiant, tandiu donec
Iudex eos capiat dicta iura clarè innuunt, quod ſecularis
cognoſcet de dicto delicto commiſſo in eccleſia: & dicit
Angelus de Peruſio in. d. authē. vt liceat marito. §. ſi quod
de crimine extra eccleſiam, Iudex poteſt per inquiſitionē
cognoſcere, per d. text. & dicit Angel. ibi, quod litera vult,
quod Iudex ſecularis cognoſcet, & tamen fuit in eccleſia,
& ſic eſt extra territorium: facit lex, ſi quis hoc genus, de
epiſc, & cleric. C. refert Cyn. ita tenuiſſe in ciuitate Sena-
rum diſputando. d. l. ſi quis hoc genus dicit, quod irruens
in Eccleſiam, & eius miniſtros vbicunque ſint, debent ca-
pi, & per Rectores prouincię puniri. Illa lex eſt canoniza-
ta in. §. ſi quis hoc genus. can. in primis. 2. q. 1. & in cano. ſi
quis ſuadente. §. qui autem. 17. q. 4.

**Probatur ſecũdo opinio ſecũda**

Item pro iſta † opinione, quod ſecularis cognoſcit, an 4
debeat gaudere immunitate, vel non facit illa doctrina vul
gata, quod quando ſuper cauſa eccleſiaſtica venitur ſola
quæſtio facti, ſecularis eſt competens, per Bart. & alios, in
l. Titia. ſolut. matrimo. ff. Anton. Panorm. & alij, in. c. tuam
de ordinis cogni. & Felin. poſt alios. in. c. cum ſit generale.
col. 3. ver. 3. opinio, de foro competen. & latius per Stepha
num



num Aufrer. in repet. Clemen. 1. de offic. ordin. Regula in
fallen. 8. & ſequen. & fallen. 20.

**Collectio ex opinione ſecũda.**

Vnde ſi vertatur quæſtio an delictum ſit inſidioſè per-
petratum vel non, vel an ſit latro publicus, vel nocturnus
depopulator agrorum, vel ſi deliquit in eccleſia, vel de alio
caſu, qui conſiſtit in ſolo facto, iudex ſecularis cognoſcet
ſuper tali facto, per ſupradicta.

**Tertia opinio.**

Tertia opinio eſt, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcet
& non laicus, an talis delinquens debeat gaudere, vel non

**1. Prob.**

faciunt ſequen. 1. c. ſi. de immun. eccle. vbi Rom. Pon. man
dat Archiepiſcopis Toletanis, & Compoſt. publicè nun-
cietis delinquentes in eccleſijs vel cimiterijs non debere
gaudere immunitate: & ſic videtur, debet quod eccleſiaſti
cus declarare, an debeat gaudere, vel non.

Poſſet ad hoc reſponderi, quia ibi dicti Archiepiſcopi
dubitabant, an tales deberent gaudere immunitate ad fi-
nes, vt eos poſſet defendere, vel repetere à iudicibus laicis,
reſpondet Papa, quod tales delinquentes in eccleſijs vel ci-
miterijs non gaudent immunitate: non tamen ille text. di-
cit, quod ſi dubitetur, an debeat gaudere vel ne quod eccle
ſiaſticus debeat cognoſcere.

**2. Prob.**

Secundo facit ca. ad epiſcopos cunctos. 17. quæſt. 4. vbi
text. ad epiſcopos cunctos dixerimus iuſsionem, vt eos
qui eccleſias violaſſe probentur acceſſu earum iudicent
eſſe indignos.

Poſſet ad iſtum tex. reſponderi. Nam vult quod epiſco
pi iudicent violatores eccleſiæ eſſe indignos acceſſu earũ.
Ideſt, violatoribus eccleſiæ eſt interdicendus ingreſſus ec-
cleſiæ. Secundùm Ioan. de Turrecrem. ibi, & iſte text. lo-
quitur de eodem facto, de quo cap. præcedens incipit fra-
ter. Nam ibi text. quod rapiens violenter aliquem de ec-
cleſia debet excommunicari, & litera iudicent exponitur
excommunicando, vel excommunicatos denuntiando: &
litera

litera indignos, quaſi diceret, & tu fac ſimiliter. ſecundùm Archidiaco. & Ioan. de Turrecrem. ibi, & ſic dictus tex. non facit ad propoſitum quæſtionis, nec probat iſtam ſecundam opinionem.

3. Prob.

Item pro iſta opinione facit tex. in. c. ex parte. primo. de verb. ſignifi. vbi caſus, quod præpoſitus cuiuſdam Comitiſſæ, cœpit quendam latronem in terra canonicorum. carnoterij prout canonici dicebant, fuit requiſitus dict. præpoſitus, vt latronem reſtitueret, quia dicebant in terra eorum captum fuiſſe: dict. præpoſitus dicebat captum fuiſſe in terra Comitiſſæ, & dict. Comitiſſa obtulit cautionem dicens ſe paratam ſtare iuri de reſtituendo latrone caſu, quo dictus latro fuiſſet captus in territorio canonicorum, & nõ obſtante dicta cautione canonici fecerunt ſupponi interdicto terram dictæ Comitiſſæ, quod relaxare noluerunt, niſi prius fieret emenda: Comitiſſa appellabat ad Archiepiſcopum, & dicebat coram Archiepiſcopo, quod congruè ſatisfaciebat cauendo de ſtando iuri. Videtur ergo ibi text. quod cognitio: an territorium eccleſiæ ſit violatum, vel non ſpectat ad eccleſiaſticum. Nam dicta Comitiſſa comparuit coram dicto iudice ordinario, vel conſeruatore, & obtulit dictam cautionem (vt dictum eſt) volens ſtare iuri: an dictum territorium eſſet violatum, vel non. ¶ Ad iſtũ text. c. ex parte. poteſt reſponderi, vt ſequitur:

Interpretatio cap. ex parte. el. 1. de verbor. ſignific.

5 Iſte † loquitur de territorio alieno, à quo in nullo caſu eſt permiſſum extrahere delinquentem, tamen ab eccleſia, ſic in pluribus caſibus ſuperius relatis. Vnde probato quod delictum eſt commiſſum in territorio probatur violatio territorij, quod ſecus eſt, in eccleſia. Nam probato quod delinquens fuit extractus à iudice ſeculari ab eccleſia, non ſequitur quod eccleſia ſit violata, quia ſunt plures caſus, in quibus permittitur, quis extrahi ab eccleſia ſine violatione.

Sed



6 Sed reſtat † videre quis cognoſcit, an dictus latro fuit captus in territorio eccleſiæ, vel non, & videtur quod eccleſiaſticus: nam coram eo fuit præſtita cautio de ſtando iuri, & debet intelligi de ſtando iuri coram iudice, coram quo fuit præſtita cautio: ita intelligit Salicet. in. l. fin. vbi in rem actio. C. & fuit opinio Azonis, quam refert ibi Salice. & ſic dicta Comitiſſa quæ præſtitit cautionem de ſtando iuri, debet reſpondere coram iudice, coram quo præſtitit cautionem.

Aliud dubium, ſeu quæſtiunc.

Glo. in dict. l. fin. vbi in rem actio. C. ſentit, quod præſtans cautionem de ſtando iuri, intelligitur, de ſtando iuri coram ſuo iudice. per. l. ſi fideiuſſor. §. qui ſatis dare cog. ff. & Bar. in dict. l. fin. & Iaſo. in. d. §. l. fin. ſi fideiuſſor.

Iſtæ opiniones pendent ex quæſt. an pro re mobili debeat quis conueniri coram iudice, in cuius territorio eſt res mobilis. Salic. in dict. l. fin. refert has opiniones. & Marian. Socin. poſt Panor. & alios in cap. ſanè. de foro comp. ver. Secunda declaratio recitat etiam has opiniones, quas Salic. refert.

1. Opin. Prima fuit Azonis, & aliorum, quos dict. Socin. refert, quod poteſt conueniri coram iudice, vbi eſt res mobilis.

2. Opin. Secunda fuit Hugonis, quod debet remitti ad iudicem domicilij ſui, ſed tenetur ſatiſdare de ſtando iuri. per dict. l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſda. cogan. ff.

3. Opin. Tertia fuit Placentini, qui diſtinguit aut res mobilis eſt menſura in loco, & tunc habet locũ prima opinio, aut non eſt menſura, tunc procedit ſecunda opinio, quod debet remitti, & tenetur ſatisfacere, & in effectum ſatisfactionis ſecreſtari, & iſtam opinionem tertiam tenent Bart. & Bal. in dict. l. fin. vbi in rem actio. C. vt latius per Mariã. vbi ſupra.

Vnde ergo ſequitur, quod præſtans cautionem de ſtando iuri ſuper re mobili intelligitur de ſtando iuri coram ſuo iudice.

Quidquid

Quidquid ſit dictum. c. ex parte non clare probat iſtã opinionem. Nam dicta Comitiſſa præſtitit cautionem de ſtando iuri (vt dictum eſt) nõ propterea probatur, quod cognitio aut territorium eccleſiæ ſit violatum, vel non ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.

1. Caſus. In iſta quæſtione ſunt conſiderandi duo caſus. Primus quando delinquente exiſtente in eccleſia dubitatur: an ſit caſus, quod debeat gaudere immunitate, vel non, quid faciendum.

2. Caſus. Delinquens extrahitur ab eccleſia nulla habita diſcuſſione, ſeu cognitione, an debeat gaudere, vel non, eccleſiaſticus eum repetit: ſecularis dicit, quod extraxit eum in caſu permiſſo. Vide infra quæſtione.10.& 15.& 17. In primo caſu placet mihi opinio Petri de Belluga, quem retuli in principio iſtius quæſtionis, in hoc quod illo interim custodiatur, & ponatur in compedibus, & catenis per vtrumque iudicem, quia immunitas ſtando dubio, non ſpoliatur. argum. c. ſi iudex laicus de ſenten. excommu. lib. 6. vbi text. quod ſi malefactor capiatur à iudice ſeculari, & dubitatur de clericatu, non fiet remiſsio, donec de clericatu fuerit probatum, & interim contra eum iudex in nullo procedet. Idem eſt dicendum in caſu noſtro, quod donec cognoſcatur, an debeat gaudere, non eſt extrahendus.

Remiſsio ad quæſtionem.10.15.& 17. infra.

Quæſtio principalis. Sed quæſtio principalis eſt, quis cognoſcit, an debeat gaudere, vel non. Petrus de Belluga. vbi ſupra dicit, quod quilibet iudex ad ſuos effectus. Refero eum ſupra, vbi ponit duas quæſtiones. In prima quæſtione concludit, quod ſecularis cognoſcit ad finem extrahendi, & puniendi ſi nõ gaudet, eccleſiaſticus ad effectum defendendi immunitatem, vel remittendi ſine cautione, vt latius eum refero ſupra in principio iſtius quæſtionis.

Impugnat prima opinio quæſt. principalis. Dubia videtur mihi iſta determinatio. Nam poteſt eſſe quod ſecularis declaret non debere gaudere, & eccleſiaſticus





cus declaret debere gaudere, & eccleſiaſticus vult defendere ſuam immunitatem, & ſecularis vult eum extrahere ecce quæſtionem inter eos, quid dicendum, dictus Petrus hoc non declarat.

Quarta opinio. QVARTA opinio, in iſta quæſt. ſaluo iudicio melius ſentientis crederem ſic dicendum. Nam ſupra proximè dixi referendo d. Petr. de Bel. quod illo interim, quo cognoſcitur, an debeat gaudere, vel non, cuſtoditur per vtrunq; iudicem: dico ergo, quod vterque iudex eccleſiaſticus, & ſecularis cognoſcent, an talis delinquens fugiens ad eccleſiam, debeat gaudere, vel non. Nam poſtquã per ambos detinetur, & cuſtoditur (vt dictum eſt) ambo etiã cognoſcent, an debeat gaudere, vel non. Nam vult d. Petrus de Belluga, quod per ambos detineatur, & cuſtodiatur (vt ſupradixi) ergo ſequitur, quod poſtquã ambo ſunt iudices cauſæ præparantis erũt, & cauſæ præparatæ. Nam cauſa præparans erat ipſa detentio, & cuſtodia ipſius delinquentis, & cauſa præparata eſt, cognoſcere, an debeat gaudere vel non. Et quod iudex cauſæ præparantis ſit iudex cauſæ præparatæ. gloſ. in canon. parrochianos. de ſenten. excom. & ibi Philip. & Felin. in. c. cum ſit generale. c. 5. ver. amplia. de foro compe. & Philipp. Francus in. c. fin. col. 3. de foro compe. libr. 6. & Aufre. in repeti. Clem. 1. de offic. ordin. in ſecundo caſu rubricæ de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis. & Iaſ. poſt alios in. l. de iudic. C. & alias plenè dixi in conſi. meis conſi. 49. & plenius conſi. 56. in. 4. volu.

Dictus Petrus, bene vult, quod ambo ſint iudices, non tamen ſimul, ſed ſeparatim, & ad diuerſos effectus, vt ſup. dixi, ſi hoc procederet ſequeretur magnum incõueniens data diſcordia inter eos, vt retuli ſupra paulò ante principium iſtius opinionis, ideo ſanior, & melior videtur iſta opinio, ſcilicet, quod ambo ſimul cognoſcant, an debeat gaudere, vel non.

Et ſi dicti iudices ſunt concordes, quod debet gaudere, gaudebit: & ſi ſunt concordes, quod non debet gaudere, non gaudebit: cõſulto tñ iudici eccleſiaſtico, quod ipſe nõ tradat delinquentem iudici ſeculari, ſed diſsimulet, ſeu tolleret, ſi iudex ſecularis, velit eum extrahere.

Alia dubitatio.

Sed quid ſi diſcordant, nam ſecularis dicit, quod non debet gaudere, eccleſiaſticus quod debet gaudere.

¶ In caſu iſto ſunt duæ declarationes ſequentes.

Prima declaratio.

Prima declaratio eſt quod ſi dicti iudices ſunt ordinarij, aut ſunt diſcordes in deliberanda futura ſententia, tunc debent eligere tertium. per text. & ibi Bart. in. l. in offerendis. de appel. C. & ibi idem Salyc. Felin. poſt alios in. c. fin. de re iudica. col. 2. ver. prima declaratio Bart. de belli. in additio. ad Panor. in capit. fina. Iaſo. poſt alios in. d. l. ſi duo iudices. & in. l. interpare. de re iudi. ff.

Aut ſunt diſcordes in ſententia lata, quia ambo pronunciarunt ſententias diuerſas, vnus debet gaudere: alius quod non debet gaudere, in iſto caſu habet locum regula. c. fin. de re iudi. & d. l. ſi duo. & l. interpares. quæ eſt, Si duo ordinarij proferunt diuerſas ſententias, tenet ſententia pro reo. 4. fallent. ponit ad iſtam regulam. text. in. d. l. fina. & iſti quartus caſus extenduntur ad caſus ſimiles. Felin. poſt Panormi. & alios in. d. c. fina. ver. 6. declaratio. Zaſi. Iaſo. & alij, quos ipſi referunt. in. d. l. interpares.

Primus caſus, primæ declarationis.

Iſta prima declaratio, cõtinet iſtos duos caſus. Primus, quod ſi in ſententia ferenda, ſeu deliberãda ſunt diſcordes, debent eligere tertium (vt dictum eſt) & ſi nolunt eligere, poſſunt cogi per ſuperiorem ad eligendum tertiũ: vel ipſe ſuperior dabit tertium. iuxta not. per glo. & alios in. c. ſuſpitiones. de offic. delegati. & in. c. cum ſpeciali. de appellat. §. 1. & text. in. l. item ſi vnus. §. principaliter. de arbi. ff. & cogit eos in eum cõſentire. Specul. in tit. de arbit. § ſequitur. ver. quid ſi duo electio. & Bart. in. l. dñi. in fin. de furt. ff.

Sed



Sed quid ſi iſti iudices diſcordant in electione tertij, dico, quod ſuperior eligit tertium ad inſtar arbitrorũ. Nam ſi arbitri, inter ſe diſcordant, debent eligere tertium. iuxta d. c. cum ſpeciali. §. primo. de appellatio. vt ſupra dixi. & per Ioannem Baptiſtam in tractatu de arbitr. in ca. 4. 5. libri, & per ipſum. in capit. 8. in fin. in dict. libr. 5. & in. c. 17. dicti libri fol. 28. in 10. volumi.

Dubitatio.

Sed quid ſi iſti iudices, ſcilicet, ſecularis & eccleſiaſticus, qui diſcordarunt in electione tertij, habent ſuum ſuperiorem, quis erit ſuperior in iſto caſu?

Reſponſio.

Dico quod ſi vnus ex dictis iudicibus eſt maior, & dignior altero, recurritur ad ſuperiorẽ dignioris, per doctrinã Bart. in. l. ſi duo. de re iudi. ff. vbi quærit. quid ſi vnus eſt ordinarius, & alter delegatus ſibi à principe datus, iſti proferũt ſimul in eadẽ cauſa diuerſas ſẽtẽtias. cõcludit Bart. quod recurri ad ſuperiorẽ delegati, & ſic ad principẽ, vt alterã cõfirmet. Ratio, quia delegatus principis potẽtior eſt ordinario, & in cauſa ſibi delegata cenſetur maior, & dignior quocũq; ordinario. per c. ſanè. de offic. deleg. & per c. paſtoralis. §. 1. de offic. ordina. ſic eſt quod illud quod eſt dignus, trahit ad ſe minus dignum. c. 1. de cõſec. eccl. lib. 6. glo. in. c. quid in dubijs. de conſecr. eccleſ. vel altaris. & ibi Panor. glo. in cap. de ieiunio. 76. diſtin. & capit. ſi is cui. §. 1. de preben. in. 6. & ibi domini. & alij.

Item quando duo permiſcentur, quorum vnus eſt potentior, altero potentius attrahit ad ſe naturam minus potentis. ſecundũ Domini. in. c. ſi duo. de offic. delega. lib. 6. Item quando concurrunt duæ qualitates, quarum altera eſt potentior, illa præponenda eſt minus potenti. Pan. in c. cum non ſit. in. 3. not. de deci. per illum text. & dicit Panormit. in cap. fina. de re iudi. col. 4. quod ſi delegatus Papæ concurrit cum ordinario, & proferunt ſimul diuerſas ſententias recurritur ad Papam per text. in cap. per hoc. de

S 2 hæred.

hæred.libr.6. vbi text.quod ſi ordinarius, puta Epiſcopus, & Inquiſitor diſcordant, recurritur ad ſuperiorem inquiſitoris,& ſic ad Papam.

Philip.in.c.fin. de re iudi.col.2.ver.4. declaratio. refert Ioan.Andr.ibi,& Barto.in.d.l.ſi duo, & refert etiam alios. & doctri.Bart.quem omnes communiter legiſtæ ſequuntur.Maximè Iaſo.in.d.l.ſi duo col.fin.ver.extra gloſ.& dicit Felin.ibi,quod quando iudices ſunt coniuncti, ſemper debet conſiderari ille,qui in poteſtate præcellit.l. præcipimus.§.fin.de appellatio.C.ſi communem,quemadmodū ſerui amitta. ff. ex quo ad illud vulgatum magis dignum, attrahit ad ſe minus,dignum pleniſſimè.per Iaſo.in.l. Imperium.col.4.de iuriſd.omn.iudi.ff.& de titu.ſuper rubri. de iudic.col.2.& dicit Bald.in.d.c.fin.col.1.in fin. de re iudi.quod quando ſunt duo iudices coniuncti, ille qui eſt in poteſtate præcellit,per dictas leges præcipimus, & l.ſi cōmunem.& Bald.ibi refert alia ſimilia.

Et prædicta doctrina Bart.procedit in terminis ſuis,quādo per principem fuit adiunctus delegatus ordinario, ſecus ſi eſſent duo collegæ ordinarij, & vnus delegat vices ſuas,alteri nō collegæ, tum ſi proferūt ſententias diuerſas. Idem eſt dicendum, quod in ordinarijs. ſecundū Imol.& Alexand.in.l.ſi duo.& eos ſequitur Iaſo.ibi col.fina.Idem etiam tenet Panor.contra Ioan. Andr. Anto. & Imol.in.c. fin.& ibi Felin.ſequitur Panor. in ver.4.declaratio.

Reſoluit Author. Quo ad propoſitum noſtrum in iſto primo caſu, primæ declarationis,quando iudices ordinarij ſunt diſcordes in ſententia ferenda debent eligere tertium, vt ſupra dictū eſt in prima declaratione, & ſi in electione tertij ſunt diſcordes,recurritur ad ſuperiorem.vt ſupra dictum eſt.

Author ex Bartolo. Sed † quis erit ſuperior, dico quod ſi concurrit Iudex 7 Regius ordinarius ſiue delegatus,cum ordinario eccleſiaſtico,Rex erit,ſeu eius Vicerex,vel conſilium regium ſuperior ad declarandam dictam diſcordiam.per doctrinā Barto.vbi ſupra. Nam licet Bart. & alij dicant & loquātur in delegato principis cum ordinario.Idem erit dicendum in caſu noſtro,in duobus ordinarijs,quoniam vnus eſt potentior & dignior alio,attentis rationibus per doctri. Bart. allegatis.quas ſupra retuli. Nam iudex regius ſiue ordinarius ſibi delegatus potentior & maior eſt ordinario, vt dictum eſt.Ideo data diſcordia in nolle eligere tertiū, vel in electione tertij habebitur recurſus ad regem, vel eius Viceſregentem, ſeu ad conſilium regium, vt dictum eſt, & non ad ſuperiorem ordinarij eccleſiaſtici.



Secundus caſus. Secundus caſus primæ declarationis, eſt quando duo iudices ordinarij,ſunt diſcordes in ſentētia lata, quia vnus pronuntiat debere gaudere immunitate,alius non debere gaudere:& ſic ſunt iſtæ ſententiæ contrariæ. Iſto caſu ſeruatur regula.c.de re iud.quod valeat ſententia pro reo.d.c. fin.ponit.4.fallentias, quæ fallentiæ extenduntur ad caſus ſimiles:dixi ſupra,in princip.primæ declarationis: vnde ſi damus iſtum delinquentem,qui ad eccleſiam aufugit pro eo per dictam regulam,tenebit ſententia pro reo.

Obſtabit tamen in caſu noſtro dicto reo fauor Reipu. & ſic publicè vtilitatis.Nam intereſt Reip.ne crimina maneant impunita. c. vt famæ.de ſentent. excommuni.cum multis ſimilibus,& cum fallent. c.fina. extenduntur ad caſus ſimiles. vt ſupra dixi. Extenditur etiam & habebit locum in fauorem Reipublicæ.Nam dictæ fallentiæ. d.c. fina. extenduntur ad omnes caſus fauorabiles ſecundum Iaſo.in.d.l.inter pares.de re iudica.ff.& plenius ibi per Zazium colum.1.& per Felin.in cap.fina. ver. ſexta declaratio.vnde ſi ſententia data pro Republica eſt fauorabilior, illa tenebit,& non quæ lata pro reo.per d.iura, & per Zazium in.l.ſi duo.Nam ius punitio,num delictorum, dicitur fauorabile iuxta doctrinam Bart.in.l.quemadmodum de agri.

de agri.& cenſi.C.lib.11. & Iaſo. in.l. ſi is qui pro emptore.col.49.de vſucap.C.& in.l.qui ſepar. vnde libe. C. col. 24.Caſſan.conſil.26.nu.3.

Sed dicemus,quia in caſu noſtro agitur etiam de libertate,ſeu fauore immunitatis eccleſiæ, quæ eſt etiam priuilegiata:& comprehenditur ſub dictis fallentijs dicti c. fin. ſecundum Felin.in.d.c.fin.ver.6.declaratio.Iaſo. & Zazi. poſt alios in.d.l.inter pares.& ſic concurrunt fauor Reipublicæ,& fauor eccleſiæ, & ſunt æqualis conditionis in caſu iſto,ſi conſtiterit,quis ſit reus,tenebit ſententia pro reo. per d.c.fin.Sed ſi nõ apparet,quis ſit reus, & quis ſit actor, ſtabimus ſecundæ declarationi,quæ ſequitur.

Secũda declaratio. SECVNDA declaratio eſt,quod vbi talis eſt cauſa, in qua non apparet,quis ſit actor,& quis reus.vt in c.ex literis.de proba.& per Iaſo.& Zazi.in.l.ſi duo.& Felin.in c. fin.col.2.ver.ſecũda declaratio.ibi dicti Doctores ponunt plura exempla:poteſt etiã iſte noſter caſus poni,nã hic nõ apparet an reſpublica,vel eccleſia ſit actrix,vel rea.

Iſto caſu vtraq; ſententia pendet à ſuperiore. ſecũdum Bart.& alios in.d.l.ſi duo.Bartol.in.c.fin.col.fin.Felin.ibi. ver.ſecunda declaratio.Bell.in addit.ad Panor. in.d.c. fin. & Anchar.in.c.fin.in prin.dicit,quod ille tex.c.fin. procedit,quando apparet,quis ſit actor,& quis ſit reus: ſi autem hoc non apparet,tunc tam in ordinarijs quàm in delegatis,recurritur ad ſuperiorem, vt confirmet vnam earum per d.l.ſi duo.Nam ſecũdum vnum intellectum, ille text. loquitur in delegato.gloſ. tamen ibi dicit,quod etiam habet illa lex locum in ordinarijs quando non apparet, quis ſit actor,& quis ſit reus: & eſt lectura ſingularis. ſecũdum Iaſ.ibi col.pen.num.18.& ſic quando non apparet,quis ſit actor,& c.ſtabitur confirmationi ſuperioris.

Et quis ſit ſuperior dixi ſupra in 1.caſu primæ declarationis, ſcilicet,q̃d recurrat ad ſuperiorẽ dignioris iudicis.

Quid



8 Quid ſi iſti ordinarij †, ſunt æqualis conditionis, ita quod neuter eorum,eſt dignior altero:vt in exemplis poſitis per Paul. poſt Bald. Anto. Anchar. & Imol. in.d.c.§. ſeruabitur regula.d.c.fin.cum ſuis fallentijs. Quid iuris quãdo plures iudices æquales ſunt.

Tamen,ſi nõ apparet quis ſit actor,quis reus.dic vt ſup. In caſu noſtro,ſcilicet,ordinario eccleſiaſtico, & in ordinario alicuius domini temporalis, qui ponit iudicem ordinarium in villa ſua in qua habet iuriſdictionem. Clarum eſt,quod poſt reges,& principes habentes ſupremam poteſtatem,Eccleſiaſticus, eſt dignior & maior tali domino temporali,habente iuriſdictionem ordinariam.per ca.ſolite.de maiori.& obedien. Debet ergo haberi recurſus ad ſuperiorem eccleſiaſticum per ſuperius dicta.

¶ De dubijs, quæ poſſunt occurri.

In prædictis caſibus, poſſent occurrere aliqua dubia. Caſus.

9 Accidit caſus † prædictus,ſcilicet, quod delinquens fugit ad eccleſiam,alicuius loci,ſeu villæ, vbi non eſt iudex eccleſiaſticus:eſt tamen iudex ſecularis,quid fiendum?

Dico,quod in tali caſu, quod delinquens, qui fugit ad eccleſiam, & eſt in ea, debet cuſtodiri à iudice ſeculari, & à Rectore, ſeu eius vicario dicti loci, ſeu villæ, eo modo quo ſupra dictum eſt, & per eos recipiatur informatio dicti caſus: & habita ſeu recepta dicta informatione dict. Rector, ſeu eius Vicarius, conſulat caſum cum ſuo ordinario, ſine aliqua dilatione, & ſecularis etiam ſi voluerit ſuo ſuperiori: & in iſto interim, quod dictus Rector, ſeu eius Vicarius habeat reſponſum à ſuo ordinario, cuſtodietur delinquens, qui eſt in Eccleſia per ſecularem, & per Rectorem, ſeu eius Vicarium:& ſi ordinarius & ſecularis non ſe concordant, fiat vt ſupra dictum eſt. Reſponſio ad caſum.

Si vero accidat dictus caſus in loco, in quo non eſt iudex ſecularis,vt ſunt in iſtis locis ruralibus, vbi non ſunt, Alius caſus.

S 4 niſi

niſi Iurati,vulgariter Iurados,nec eſt ibi iudex eccleſiaſticus,& vt dixi in caſu præcedenti,dico,quod Iurati, & Rector, ſeu eius Vicarius cuſtodiant dictum delinquentem exiſtentē in eccleſia:& tum Iurati & Rector, ſeu eius Vicarius,recepta informatione dicti caſus,per eos,conſulant ſuos ſuperiores:& ſi ipſi diſcordant, fiat vt ſupra dictū eſt.

Reſponſio iſtius quæſtionis per quatuor opiniones.

Retuli ſupra,quatuor opiniones. Prima, quod ſecularis ſolus,cognoſcit an debeat gaudere,vel ne.

Secunda opinio,quod Eccleſiaſticus cognoſcet.

Tertia opinio,quod ambo,ſcilicet, Eccleſiaſticus & ſecularis cognoſcent ad diuerſos fines: & iſto caſu cognoſcent ſeparatum.

Quarta opinio, eſt quod Eccleſiaſticus, & Secularis, cognoſcent ſimul, an debeat gaudere: & iſta videtur mihi verior.

Et in quæſtione,de qua quærit d. Petrus, quem retuli ſupra in princi.iſtius quæſtionis,quando eſt altercatio, an deliquerit intra immunitatem eccl.vel non.In iſto cōcludit d.Petr. quod vterque erit Iudex ad diuerſos effectus, vnus ad effectum condemnandi de crimine commiſſo, & Eccleſiaſticus ad effectum puniendi delinquentem de ſacrilegio commiſſo in eccleſia,quia ibi deliquit.

In iſta quæſtione,etiam procederent illæ quatuor opiniones,quas ſupra retuli.

Quæſtiuncula.

Sed quęritur † an iſta cognitio,ſeu diſcutio ſup hoc, an 11
debeat gaudere dicta immunitate vel nō, debeat fieri plenariè,parte audita,vel an ſufficiat ſummaria informatio.

Reſponſio.

Dico quod ad fines eum extrahendi,& retinendi in carceribus,ſufficit ſummaria informatio: ſed ad fines cōdemnandi vel abſoluendi,requiritur plenaria, parte audita, & quod ſufficiat ſola informatio ad extrahendum de eccleſia, dixi ſupra in iſta quæſtione in ſecunda opinio. ver. & attenta,opinione iſtorum.

Vide ſupra quæſt.2.

An de-



# An debeat extrahi impunitate præſtita. Quæſt. III.

*S V M M A R I V M.*

1 *Quando reus extrahitur ab eccleſia in eo caſu quo non debet, an cauere debeat de impunitate,& de vita,& membris ſaluandis.*

2 *Reus ad eccleſiam fugiens,duo priuilegia conſequitur.*

Quæſtio. III. Vide ſupra tertiā præſuppoſitionem.

1 AN delatur,qui † extrahitur ab eccleſia, in caſu quo non debet gaudere, debeat extrahi impunitate præſtita per iudicem ſecularem, de vita,& membris ſaluandis,dixi aliquid ſupra, in.3.præſuppoſitione.

In cap.diffiniuit.17.q.4.eſt text. quod ſi dato ſacramento de impunitate perſonarum,per iudicem ſecularem, ſacerdos dictos confugientes non abſtraxerit: & poſtea talis fugiat,debet eos ſacerdos quærere, aut æſtimationē emendare, ſecundùm moderationem iudicis, ſunt verba text.

Oldradus.

Oldra.conſi.54.intelligit, quando ſacerdos debet extrahere,& non extraxit: quia tunc fuit in culpa. allegat Archid. ibi,& ſic Oldradus ſentit, quod in caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate,ſacerdos debet extrahere fugientes ad eccleſiam.Iudex tamen ſecularis,cauet de immunitate.per dict.text.ſequitur,quod in caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate,non eſt extrahendus niſi impunitate præſtita.

Iacob⁹ de Bellouiſu.

Iacobus de Bellouiſu in practica criminali,in tit. de fuga reorum.col.1.ver.iuxta promiſſa quæritur,quærit, nunquid ille,quid ad eccleſiam confugit, ſi exeat, vel expellatur,ſit ex illo delicto ſuſpendendus, vel alias corporaliter puniendus,dicit quod non ſecundum quoſdam,quia non debet

debet pati pœnam corporalem, ex quo ſemel aufugit ad eccleſiam; ſed erit tradendus inimicis ad ſeruiendum in perpetuum, vel pœnam corporalis, conuertitur in pecuniariam. allegat Ricardum in. c. reum. 17. quæſt. 4. & Hoſtien. ibi in ſuo Roſe. & idem tenet Hoſtien. in ſumma, in iſto tit. fol. 86. col. 1. in. 6. lib.

Duo priuilegia confugiétis ad eccleſiã recenſet Panorm.

1 Panor. in. c. inter alia. not. 4. dicit, quod † fugiens ad eccleſiam conſequitur principaliter duo. Primum, vt inde violenter non poſsit extrahi. Secundum, vt non poſsit amplius de illo damnari ad mortem, vel ad aliam pœnã corporalem, poteſt damnari pecunialiter, & aliter quàm in perſona. per tex. in. c. inter alia. & Panor. vbi ſup. col. 2. ver. quæro. quia tex. allegat glo. in. d. c. inter alia. in ver. puniendus. & glo. in. c. reum. 17. q. 4. quæ vult, quod priuilegium eccleſiæ operatur, vt omnino nec vitam perdat, nec membrum, ſed alias pecunialiter ſatisfaciat, & ſi hoc non poteſt, ſeruiat ei quam læſit perpetuo. & refert Archid. in dict. c. reum, quod iſta fuit ſenten. Hugo. vt fugiens ad eccle. non debet amplius puniri pœna mortis, membrorum, vel verberum, ſed pecunialiter debet ſatisfacere. & Panor. in cap. inter. col. 3. in prin. ver. ſed ego quæro. dicit, quod ex illo fugere ad eccle. conſequitur immunitatem. c. conſtituimus. 17. q. 4. & ſi talis exit ab eccleſia, debent Prælati à iudicibus ſecularibus permiſsionem, de vita & membris ſaluandis obtinere: & ſi neceſſe fuerit exigere ſuper hoc iuramentũ, & etiam maiores cautiones, ſecundùm Innocen. ibi: Nam per dict. tex. c. inter alia. duplex eſt immunitas. vt ſup. dixi.

Duplex eſt immunitas

Prima, vt nullo modo extrahatur inuitus. Secunda, vt non condemnetur inde ad pœnam corporalem. & Panor. in dict. c. inter. col. 8. ver. ſi autem. dicit, quod de iure canonico, ſecundùm Cyn. in. l. 2. de his qui ad eccle. confu. C. aut deliquit in eccleſia, tunc non iuuatur per eccleſiam. c. fin. eod. tit. ſi extra eccleſiam iuuatur: vt non puniatur perſonaliter in vita, vel in membro, exceptis publicis latronibus. vt in dict. c. inter alia. vt latius per Paul. poſt alios in. c. inter alia. Archi. in. c. reum. quem ſupra retuli, quod in corpore nunquam punietur pro illo crimine, pro quo fugit ad eccleſiam, & in quantum ad pœnam corporis, eccleſia præſtat ei immunitatem, & non quoad alios.



Guido Papa.

*Guido Papa* in quæſtionibus Delphinatus. q. 121. dicit, quod in omni caſu iudex ſecularis debet cauere de impunitate. & Salic. in auten. ſi quis. de adul. C. in fin. dicit, quod hodie Epiſcopus incurrit irregularitatem tradendo talem, ideo dict. authen. non procedit in clericis.

Archidiac.

Archid. in. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. ſuper ver. non abſtraxit, dicit ar. illius literæ, quod quidam dicunt, quod in publico latrone, quod extrahatur per ſacerdotem, nec in hoc caſu, dicitur eum tradere morti, ſed lex. c. cum homi. 23. quæſt. 5. & ſic per iſta verba ſin. vult innuere. Archi. quod debet extrahi impunitate præſtita, & quo ad duos caſus, de quibus in dict. c. inter alia. ſcilicet, in publico latrone, & in depopulatore. tex. in. c. inter alia. expreſsè dicit, quod poſſunt extrahi impunitate non præſtita.

Sylueſter.

Sylueſt. in ſum. in ver. immunitas. 3. ver. Quartò quæritur. refert Panor. in. c. inter alia. & dicit, quod licet, exeat ab eccleſia ex quo ſemel confugit ad eam, iam non poteſt de illo maleficio corporaliter damnari. glo. in. c. reum. & ibi Archid. 17. q. 4. retuli ſupra.

Ioan. Igne.

Ioan. Igne. in. l. 1. in prin. ad Syllan. ff. fol. 14. col. 1. & 2. vult innuere, quod in delictis grauibus, in quibus quis non gaudet immunitate extrahitur, non præſtita immunitate in alijs, qui nõ tam grauiter deliquerunt, vita tantũ & membra reſeruãtur. iuxta. l. præſenti. de his qui ad eccl. confu. C.

Caſſaneus.

Caſſan. in conſue. Burg. in tit. des Iuſtices. §. 5. ver. 16. caſus. fo. 54. col. 3. in nouis, in alijs fo. 57. col. 2. dicit, quod Iacob. de Bellouiſ. & Panor. & alij dicentes, quod fugientes ad eccle-

ad eccleſiam, habent duo priuilegia, ratione immunitatis, vt latius ſupra retuli, debent intelligi in illo qui gaudet immunitate, quod inde non debet extrahi: & ſi extrahatur de ſuo conſenſu, in caſu in quo non debet inuitus extrahi, quia gaudebat immunitate, tunc non poteſt ad mortem puniri, & debet ſecularis cauere de immunitate (vt dictum eſt) ſed in caſu in quo debet & poteſt extrahi eo inuito, eo quia non gaudet immunitate, tunc hoc caſu poteſt ad mortem condemnari, & corporaliter puniri, vt ſatis colligitur ex Decio, Ioan. Gali. in ſuis quæſtionibus, in Stylo Parlamentorum. q. 172. fol. 107. col. 2. ver. per arreſtum fuit dictum, & hoc colligitur ex dicto Panorm. & Guido Papa vbi ſupra, & pro iſta diſtinctione mihi videtur text. ad literam in dict. cap. inter alia. Nam text. dicit, quod in illis duobus caſibus, de quibus quis poteſt extrahi de eccleſia impunitate non præſtita, eo quia non gaudet immunitate, ſequitur, quod idem eſt in alijs caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate.

Nicol. oe 3 ti. Nicolaus Boer. in ſuis deciſio. quæſt. 109. in fin. fol. 115. colum. 4. quærit, an delinquens extractus ab eccleſia debeat mori, vel corporaliter puniri, dicit quod non, propter honorem & reuerentiam ſanctæ matris eccleſiæ ad quam fugerat, ſed punitur in pecunia, vel traditur inimicis ad perpetuo ſeruiendum. cap. reum. 17. quæſt. 4. & ibi glo. quam ſequitur Archid. allegat Iacob. de Bellouiſu, & Panormit. vbi ſupra, & dicit, quod de conſuetudine, & ſtylo Franciæ non ſeruatur, ſed punitur, ac ſi nunquam ad ædem ſacram confugiſſet poſtquam immunitate gaudere non debet: & in hoc reſidet dictus Boerius, & ita ſeruatur in Hiſpania, & vidi ſeruari maximè in iſto regno Nauarræ: ſecus eſſe de iure, per ſuperius dicta.

Sacerdos



# Sacerdos an cuſtodiat.

## Quæſtio IIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos ſi non cuſtodierit fugientem ad Eccleſiam quomodo puniendus?*

2 *Et quando tradere teneatur.*

1 QVARTA quæſtio, an ſacerdos teneatur cuſtodire fugientem ad eccleſiam, & ſi non † cuſtodiat, an teneatur damna ſoluere. tex. in cap. diffiniuit. in fine. 17. q. 4. dicit, quod ſi repetens offert ſacerdoti ſacramentum de impunitate perſonæ, ſacerdos tenetur eum dare, alias tenetur ad damna, ſecundũ æſtimationẽ principis, epiſcopi, vel Papæ, vel ipſius principalis, & hoc in caſibus, in quibus quis non gaudet immunitate. per dict. text. & ibi Archidiac. & Ioan. de Turrecrem. vnde dicit Archid. in dict. c. inter alia. col. fin. ver. & aduerte, quod in caſibus in quibus ad eccleſiam debitor, vel delinquens confugit debet prælatus, in caſu quo non poſſit extrahi, eum cuſtodire, ne fugiat, & in caſu quo poſſit extrahi, debet hoc pati. & dicit Oldrad. conſi. 54. quod id, quod dicitur in. c. diffiniuit. quod ſacerdos debet eum cuſtodire, ne fugiat, & ſi fugiat quod tenetur: intellige, quando debet extrahere, & non extraxit, quia tunc fuit in culpa. Oldra. vbi ſupra. Quæſtio. 4. An cuſtodire debeat ſacerdos fugientem ad eccleſiam.

Aduerte quod ſi delinquens qui fugit ad eccleſiam, nõ debet gaudere immunitate, poteſt ſecularis ipſum extrahere non præſtita cautione de impunitate, vt dixi in præcedenti quæſtione, & in tali caſu ſacerdos non tenetur eum cuſtodire, & ſi eſt caſus in quo delinquens debet gaudere immunitate, nec ſacerdos debet eum cuſtodire. Nam Nota caſum in quo delinquẽs poteſt extrahi non pſtita cautione.

talis

talis gaudet omni libertate, dico in ſequenti quæſtione.

Interpretatur text. in cap. diffiniuit.17.q.4.

Quid reſpondemus ad dict.c.diffiniuit. dico quod ille tex. procedit, quando † repetens offert cautionem, & ſacer 1 dos non vult eum dare, in caſibus in quibus non gaudet. Nam tunc iuris indubitati eſt, quod ipſe ſacerdos tenetur ad damna. per. d.c. diffiniuit. & ſi repetens non defert cautionem non eſt quid inculpandum ſacerdoti, poſtquam in dictis caſibus poteſt ipſum iudex ſecularis extrahere, vt ſupra dixi.

Vide infra quæſt. 6.

Et quid in dubio, quia dubitatur, an debeat gaudere, vel non: an ſacerdos debeat eum cuſtodire, dico infra in. 6. quæſtione.

# Obſidium poni denegando victualia. Quæſtio. V.

*SVMMARIVM.*

1 *Exiſtente in immunitate quando obſidia opponi poſſint.*
2 *Victus cauſa neceſſaria, eis qui immunitate gaudent præſtanda.*
3 *Conſuetudo contraria num valeat.*

Quæſtio. V.

QVINTA quæſtio, an exiſtenti in immunitate poſſint obſidia apponi. 1 Guido Papa in deciſ. Dalphinatus. quæſt. 121. col. fina. quærit de iſta quæſt. & dicit, quod non. allegat Hoſt. in cap. inter alia. Hoſt. ibi col. 2. ver. attamen dicit, quod principes delinquunt circa hoc, quod liceat eccleſiæ in partē deferat, non tamen inſolidum, quia ſi exit eccleſiam, pedē ponendo extra, tam cito ipſum capiunt, & ſi non exit, tenet eum obſeſſum, requiem, & veſtem, & victualia denegando. Idem tenet Panormitan. in dicto capit. inter alia. col.



col. 4. in fin. poſt Anto. Car. & alios, qui referunt Hoſtien. & omnes prædicti prohibent dictum obſidium poni.

Guillielm. Mayn.

Guillielm. Mayne. in regul. nemo. de domo ſua. ff. fol. 250. col. 3. ver. Sed videndum, quærit, quæ & qualis immunitas concedatur fugientibus ad eccleſiam, dicit, quod illis
2 † nihil denegari poteſt de pertinentibus ad victum, & requiem, & alia neceſſaria, per dict. l. præſenti. & dicit, quod à pluribus iudicibus male ſeruatur, qui fugientes ad eccleſias, aliquando compeditant, & vexant. Allegat Guillielm. de monte Laud. Ancha. & Imol. in Clemen. 1. de pœn. & remiſs. Nam Guillielm. in d. Clemen. in. 3. quæſt. quærit, quæ ſit iſta immunitas, dicit, quod alicui de iſtis cõfugientibus vſus, vt in alium rerum, veſtes, aut requies non vetatur vel negatur, vt in. l. præſenti. nec ad latrinas exire ad locum debitum, ita quod intra triginta paſſus non exeant ſacra. Nam nulla neceſſitas debet arctare eum, qui clauibus dominicis ſe defendendum commiſit. dict. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. Idem referunt Anchar. & Imol. ibi in. 3. quæſtione. Idem Hoſtien. in ſumma. in. §. inquantum. col. 2. in fin. refero eum in quæſtione ſequenti.

Ioan. Igne.

Ioan. Igne. in. l. 1. col. 3. cum ſe. ad Syllan. ff. dicit, quod in Normania eſt conſuetudo, quod per victus ſubſtractionem fugientes exire cogantur, cum banni impoſitione, & boni in terminatione: & quærit, an iſta conſuetudo valeat,
3 † arg. pro, & contra: & concludit quod non valet talis conſuetudo, & quod victus non debeat ſubſtrahi. Eſt etiam tex. in. c. ſtudeat. in fi. l. dictum. & in. §. 1. in fine. in auth. de ince. nuptijs. collat. 3. Ioan. Igne. vbi ſup. colla. 4. folio. 13. & col. 16. in fine.

Guillielm. de Mont.

Guilliel. de Mont. Laud. in Clem. 1. de pœni. & remiſs. in. 7. quæſtione quærit de principibus, & alijs ſecularibus, qui indifferenter talem immunitatem violant, nõ permittentes eos comedere vel veſtiri, vel dormire, vel alias affligunt

gunt tales fugientes, vel parentes, ſeu amicos, vel clericos eccleſiarum fauentes eiſdem, dicit dictus Guillielm. quod in hoc caſu bene feciſſet hoc conſilium. dict. Clem. 1. ſi poſuiſſet pœnas grauiores. d. Clem. 1. loquitur, quod ſeculares non permittentes damnatis ad mortem pœnitentiam concedi, ſunt monendi, & per cenſuram eccleſiaſticam ad hoc compellendi, per ordinarios loci. Nam loquitur de violantibus immunitatem. Guillielm. tamen vult, quod violantes immunitatem, vt ſupra, ſunt compellendi per cenſuras, dico infra quæſt. 9. & idem dicit Cardin. in dict. Clemen. 1. q. 8. & in deciſ. capellæ Toloſanæ. q. 422. in fin. & idem diſponit lex. 2. tit. 11. primæ partitæ, dicit. d. l. 2. quicunque ad eccleſiam confugerit, vel ad eius portam, vel cimiterium, non eſt inde extrahendus, nec circundandus, nec ei denegantur victualia.

# Compeditari. Quæſtione ſexta.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus immunitate Eccleſiæ frui deſiderans, non debet interea compeditari, licet conſuetudo ſeruetur in contrarium.*

2 *Secus ſi dubitaretur, an gaudere debeat.*

Queſtio VI.

SEXTA quæſtio, an delinquens qui fugit ad eccleſiam debeat ſeu poſsit ibidem compeditari. Guido Papa in dict. q. c. 221. col. fin. dicit,
quod † non debet compeditari de iure, & 1
contrarium facientes infringunt immunitatem eccleſiæ, ac ſi ipſum extraherent, & incidunt in pœnam. l. fin. de his, qui ad eccleſi. confug. C. licet de conſuetudine contrarium ſeruetur, & quod non debent compeditari, tenet etiam

Reſpondetur negatiuè.

Guilliel.



Guillielm. Mayne. quem retuli in præcedenti quæſtione. facit dictum Hoſti. in. §. inquantum. col. 2. in fine. vbi di-
2 cit, & nota quod † quandiu eſt intra eccleſiam, nõ eſt per violentiam eijciendus, nec detinendus, nec conſtringendus, nec requies, nec veſtes, nec victualia deneganda. per d. l. præſenti. Idem tenet Hoſti. in ſum. lib. 6. tit. 30. fol. 86. col. 2. in prin. dicit Hoſti. vbi ſup. col. 3. in prin. qđ hodie de facto hæc immunitas in locis, quã plurimis eſt vſurpata.

Aduerte, quod Petrus de Belluga, quem retuli ſupra. in ſecũda quæſtiõe. in prin. tenet, quod interim, quod cognoſcatur, an debeat gaudere, vel nõ, is qui ad immunitatẽ cõfugit, ibi cuſtoditur, & ponitur in compedibus, & catenis, per vtrũq; iudicem, ne immunitas ſtante dubio ſpolietur. arg. c. ſi iudex. de ſenten. excom. lib. 6. retuli ſupra pro iſta opinione Petri. facit dictum Hoſti. in. c. inter alia. col. 2. referunt Hoſti. Anto. ibi & Card. in ſecũda oppo. & Panor. col. 4. in fine. qui dicunt, quod prælati delinquunt, contra conſtitutionem dicti capituli, eo quod quantũcunque fugiens ad eccleſiã, grauia cõmiſerit, ipſum tamen in totum ſaluare nituntur. Ita quod nullam pœnam, etiã pecuniariã patiatur, quod eſt cõtra bonum iuſtitiæ, quod eſt ſummũ c. cùm deuotiſsimam. 12. q. 2. vnde ne in hoc prælati incurrant, bene facerent, ſi ſeruarent dictũ Petri de Belluga, cuius opinio (vt dixi) procedit: ſtante dubio, an debeat gaudere, vel non, & ita ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Guido Papa retuli ſupra in princ. iſtius quæſtionis.

Nota Petrũ de Belluga vbi ſupra.

Notãda doctrina.

# Fugientibus de expenſis. Quæſtio ſeptima.

*SVMMARIVM.*

1 *Fugientibus ad Eccleſiam quis illis victus cauſa neceſſaria ſubminiſtrare teneatur.*

T SEPTI-

SEPTIMA quæſtio, quis prouidebit de expenſis fugientibus ad eccleſiam. glo. in. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. dicit, quod eccleſia per l. præſenti. in fine. de his qui ad eccle. cõfug. C. ſicut cuſtos carceris prouidet captiuis. l. vt iudices. de epiſ. audi. C. Idem tenuit Guillielm. de Mon. Laud. in. d. Clemen. 1. de pœnit. & remiſsi. in quæſtione ſecunda. & eum ſequitur Anchar. ibi in 2. quæſtione. & Cardin. quæſt. 4. & Vitall. ibi in ſeptima concluſione.

Concluſio. Cõcluſio † eſt, qđ ſi fugiẽs ad eccleſiã habeat bona, de illis, ſibi ꝓuidebit, quo ad expẽſas, & neceſſaria: & ſi nihil habet, debet ſi poſsit ꝓprijs manibus laborare, & ſic victũ ſibi ac quæq; neceſſaria, quęrere. Si vero nihil horũ habet, nec põt ꝓprijs manibus lucrari, vnde paret ſibi neceſſaria, eccleſia debebit ſibi tãquã pauperi ꝓuidere: & ita debet intelligi. d. gl. c. diffiniuit. ſecũdũ Archi. in. c. diffiniuit. & eũ refert, & ſequit Io. de Turrecr. ibi Panor. poſt alios in. c. inter alia. col. pen. in prin. glo. in. c. fin. de regula. Vitall. in. d. Clem. in. 7. concluſione. ſum. Syluestri. in ver. immunitas. 3. q. 5. Feli. in. c. ex reſcripto. col. fin. de iureiuran. Stephan. Aufrer. in repeti. Clem. 1. de offi. ord. in. 4. regul. fallen. 4. col. 3. Ioan. de Bichis in. d. repeti. c. diffiniuit. 17. q. 4. fol. 78. col. 1. ver. glo. 1. Guilliel. Mayn. in regula nemo in domo ſua. de regu. iur. ff. 250. col. 3. in fine. nu. 30. Ioan. Igne. in. l. 1. ad Syllani. ff. fol. 13. col. 4. ver. ad inſtitutũ reuertamur fol. 8. nu. 9. col. 3. Nã eccleſia nõ ſubuenit, clerico habenti vnde viuat. c. vnde clericus. c. paſtor. 1. q. 2. c. illi. 12. q. 1. facit etiã c. clericus victũ. 91. diſt. fortius, & gl. in iſtis ex facinore ad eccleſiã cõfugientibus. ſecundũ Panor. & alios in. c. inter alia. col. pen. Nõ obſtat, ſecundum Panor. in. d. l. præſenti. non loquitur diſpoſitiuè, ſed narratiuè. Item loquitur de ſeruis nihil habentibus. refert Panor. dictus Guilielm. Mayner. in. d. regula nemo.

Eccle-



# Eccleſiaſticus punire.

OCTAVA Quæſtio, an iudex Eccleſiaſticus poſsit fugientem ad Eccleſiam extrahere, & punire. Retuli plenè in Fallentia vigeſima ſecunda, & vigeſima tertia.

Quæſtio VIII.

Vide Fallẽtiam 22. & 23.

## Quæſtio nona.

### SVMMARIVM.

1 *Violans immunitatem eccleſiaſticam qua pœna puniendi.*

2 *An violans immunitatem, ſi poſtea ad eccleſiam fugiat, immunitate donandus ſit.*

1 NONA Quæſtio, Violantes † immunitatem eccleſiaſticam, qua pœna puniantur?

Quæſtio IX.

Immunitas eccleſiæ, aliquando violatur ſine damno rei temporalis, puta inſultum faciendo in eccleſia, perſonã illuc fugientem, inde extrahendo, aliquam perſonam ibi verberando, vel alio cõſimili.

Immunitas multis modis violat.

Aliquando etiam violatur eccleſia comburendo, vel frangendo, vel alio modo lædendo eccleſiam. ſecundum Ioan. de Turrecrem. in. c. ſi quis contumax. 17. quæſt. 4. & ibi Archid. licet non ita clarè & plenius. per Ioan. Bichis notabi. 11. d. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4.

Quo ad propoſitum noſtrum, extrahens inuitum ab eccleſia, qua pœna puniatur. Panor. in. c. penul. in fin. eod. titu. quærit de pœna violentis hanc immunitatem: & dicit, quod de iure ciuili tenetur crimine læſæ maieſtatis. l. præſenti. de his qui ad eccleſ. confug. C.

Extrahens inuitum ab eccleſia punitur.

De iure canonico, debet excommunicari, & condemnari pecunialiter, & imponi ſibi publica pœnitentia, nec debet reſtitui cõmunioni, niſi reſtituat eũ, quẽ violenter de eccleſia extraxit. c. miror. c. ſi quis contumax. & idem,

Excõicatur de iure canonico, & alijs pœnis afficitur, vt hic dicitur

T 2 quod

quod Panor.dicit.& eum refert Guilliel.Mayner.in.l.nemo.de regu.iur.ff.250.& per Ioan.Bichis vbi ſupr. notabi. 9. & pœna pecuniaria, eſt 30. librarum argenti. per d.c. ſi quis.& ſecundum prædictos vbi ſupra, idem tenet etiam Ioan. Fab. in dict. l. 2. de his qui ad eccleſ. confug. C. vbi dicit, quod de iure canonico, eſt pœna excommunicationis, & 30. librarum argenti, & reſtitutio damni. per d. iura, ſi quis, quiſquis nullus. 17. quæſt. 4.

Secundum Ioã Berberium de iure ciuili quomodo puniantur violatores immunitatis.

Ioan. de Berberio in ſuo viatorio Iuris. fol. 17. col. 4. in tit. de violatoribus immunitatum, dicit, quod de iure ciuili, eſt pœna vltimi ſupplicij. d.l.2.& fin. de his qui ad eccl. confug. C. de iure canonico, eſt arbitraria. per not. in cap. quominus. c. aduerſus. eod. tit. & poteſt violator pecuniariter in nonigentis ſolidis, vel alias in iſta multa puniri. c. ſi quis contumax. 17. quæſt. 4. & violatores, vt publici latrones reputari, & donec emender excommunicari. c. ſicut antiquitus ea cauſa, & quæſtione. & dicit vlterius, quod ſi cui extrahendo ab immunitate, infertur iniuria clericis, tales violatores punirentur tanquam læſæ maieſtatis rei ca. quæ autem. 17. q. 4. facit. c. cum deuotiſsimam. 12. q. 2. & in deciſ. Capellæ Toloſanæ 422. col. pen.

Hoſtienſis duplicẽ aſſignat pœnam.

Hoſtienſis in ſum. ſua in. §. fin. eo. tit. quærit, quæ ſit pœna violantium immunitatem eccleſiaſticã, in princ. dicit, quod duplex eſt pœna ſpiritualis, ſcilicet, excõmunicatio temporalis, quæ quandoq; maior, quandoq; minor inuenitur, vt in. c. ſi quis contumax. 17. q. 4. Ideo eſt arbitrio Iudicis committenda. ſecundum Hoſtienſem vbi ſupra. Hoſtien. in ſumma, in iſto titu. lib. 6. fol. 86. col. 4. verſi. circa ſeptimum. quærit de pœna violantium immunitatem eccleſiaſticam. refert Hoſtien.

Idem Antoni. in ſua ſum. in. 3. parte, titu. 12. c. 3. §. 3. & in ſumma Syluestrina in ver. immunitas. 3. q. 7. & Claua. in ſum. in ver. immunitas. ver. 21. & cap. 4. fol. 149.

Et cui



Cui applicãda ſit pecuniaria pœna.

Et cui applicabitur iſta pœna pecuniaria, ſunt duæ opiniones. Prima, quod applicatur eccleſiæ, cui facta eſt violentia. gl. in. c. ſacrilegiũ. Alia eſt; quod applicetur Epiſcopis. gl. in. c. quiſquis. 17. q. 4. Prima opinio eſt verior, ſecũdũ Ioan. Bichis vbi ſupra. Idem, quod Panor. & alij, quos ſupra retuli, tenet Ioan. Igne. in. l. 1. fol. 14. ad Syllani. ff.

Supradicta pœna, imponitur illis, qui per violentiam extrahunt ab eccleſia confugientes ad eam. & in ſumma Sylueſt. in ver. immunitas. 3. q. fin. & in deciſ. Capellæ Toloſonæ quæſt. 422. col. 1. ver. & qui tales extrahit.

Et quoad pœnam aliarum violationum immunitatis eccleſiæ, vide ſupradictos Doctores, qui eas ponunt. vbi ſupra. & Sylueſtrina, in ver. immunitas. .q. 10.

Adde ſupradictis, q̃d violatores immunitatis eccleſiaſticæ cõmittũt ſacrilegiũ, delinquẽdo in eccleſia, cũ per hoc violauerint immunitatẽ eccleſiæ. ſecundũ Panor. in. c. fin. col. pen. ver. credo tamen poſſe dici eod. tit. & eum refert Nicol. Boer. in ſuis deciſ. q. 110. fol. 116. col. 3. in. 1. parte.

2 Et violans † eccleſiam extrahendo inde, fugientem ad eam, an gaudeat immunitate ſi ad eam fugiat. dixi ſupra in 36. fallen. Vnde ſi extrahatur inuitus ab eccleſia, apparet dictam immunitatem violatam. Et ſic ipſa eccleſia velut iniuriata proſequitur ſuum intereſſe; atque reintegrationem. ſecundum Vitalli in. d. Clem. 1. de pœniten. & remiſsio. dico in ſequenti quæſtione. Vide ſupra Fallen. 36.

## Quis poſsit petere reſtitutionem. Quæſtio X.

### SVMMARIVM.

1. *Quando de facto extrahitur in caſu, quo immunitate gaudere debet, quis petet reſtitutionem.*

Quæſtio X.

QVANDO † quis, de facto, de eccleſia extrahitur in caſu, in quo debet gaudere immunitate, quis petet reſtitutionem? Barto.in.d.l. præſenti. in fin.in princip.quærit de iſta quæſtione.dicit, quod ipſe extractus, poteſt de iure petere, quod reſtituatur priſtinæ libertati, quia ea de facto, priuatus eſt.per titu. de libe. homi.exhibe. Refert Bart.Panor.in.d.c.inter alia.col. 8. ver. num quæro.vnde dicit Oldra.conſil.154.in fine.quod violenter extractus per quemcunq; reſtituendus eſt eccleſiæ, ſicut in alijs reſtitutorijs iudicijs.& Panor. allegat pro hoc tex.in.c.miror.17.quæſt.4.vbi ponitur text.Auguſtini, ex quo euidentiſsimè colligitur, quod eccleſia debet per excommunicationem compellere extrahentem, ad reſtitutionem: ac etiam interdicere ne à tota domo ſua recipiantur oblationes.Panor.vbi ſupra. Claua.in ſum.in verb. immunitas.ver.quæro.fol.149.col. 4. quærit, an abſtrahens aliquem violenter de eccleſia, teneatur illum reſtituere, Refert Barto.& Panormi. vbi ſupra, quod de iure, poteſt peti ſe reſtitui, cum de facto ſit priuatus.allegat Oldra.cõſil.53.& conſil.154.& eccleſia poteſt agere, cum ſit ſpoliata libertate.d.c.miror.17.quæſt.4.Ideo non liberatur, niſi reſtituat: etiam ſi dominus præſtaret iuramentum, & cautionem de ſeruo extracto. Clauaſius vbi ſupra. Idem tenet Sylueſter in ſumma, in verbo immunitas.tertia quæſtione ſeptima.refert Bartol. & Panormit.vbi ſupra.& refert id quod Clauaſius, licet ipſum non alleget.in deciſione Capellæ Tolosanæ. quæſtione 442. colum. prima. in principio.ver. adde quod violenter. Refert Bart.& Panormit.Clauaſ.vbi ſupra.

Concluſio.

Vnde per ſupradicta, poteſt concludi. Primo, quod talis extractus violenter de eccleſia, poteſt agere & petere ſe reſtitui, & eccleſia etiam poteſt agere, cum ſit eius libertate ſpoliata.d.c.miror.ideo non liberatur, niſi reſtituat.





Reſpondet tacitæ obiectioni.

Sed an videatur ſatisfactũ, ſi reſtitutio fiat ad aliam eccleſiam & non ad eam, à qua fuit extractus, ſi hoc fiat cum conſenſu partis petentis reſtitutionem, nemini dubium, quod ſatisfaciat, ſed parte petente reſtitutionem, contradicente ſecus eſſet; quando talis reſtitutio poſſet fieri ad dictam eccleſiam ſine difficultate, facit dict. Archid. quomodo refero in princ. quæſtionis ſequen.

# Si relaxatum cœpit.

## Quæſtiò X I.

### S V M M A R I V M.

1 *Qui libere captum relaxat, ſi ad locum immunitat. confugiens capiatur an ſatisfactum immunitati.*

Quæſtio X I.

1 SI iudex † ſecularis, relaxat libere, quẽ extraxerat ab eccleſia, & in redeundo facit ipſum capi, An videat relaxatus. Archi.in.c.miror. 17.q.4.dicit, quod reſtitutio in eodẽ loco eſt facienda, & loquitur in terminis noſtris, & Ioan.de Turre crema.in.c miror.dicit, quod habet neceſſe reddere eccleſiæ, vt ſatisfaciat eccleſiæ, quàm offenderat.

Archidiaconus reſpondet optimè cum ſequẽ.

Bartolus.

Bart.in.l.1.de acquiren.rerum domi.ff.dicit, pone, fuit aliquis captus in eccleſia, pronuntiatur, relaxandus libertati propriæ, dimittis eum ire parum, & poſtea capis eum, an videaris ſatisfacere, certè non: quia debet eſſe libertas data ſibi talis, quod difficilis ſit eius perſecutio. vt in principio.l.naturalem. de acquiren. rerum domin. ff. addit lex, qui neque.§.ſolutum.de verb.ſignific.ff. cum ſua glo. hæc ſunt verba Bartol.vbi ſupra. ¶ Felin.in.cap.1.de treuga & pace. in princ. dicit, quod ſi ſecularis iudex relaxat illum, quem cœpit in eccleſia, & fugit ad eccleſiam iterum capitur, non dicitur relaxatus liberè, quia debet eſſe rela-

Felinus.

Optima quæſtionis reſolutio.

xatus, data tali libertate, quod difficilis ſit eius proſecutio. per d.l.naturalem. & per d.l.qui neque.§.ſolutum.allegat Bartol. in.d.l.1.de acquiren.rerum domi.ff. Idem etiam refert Felin.allegando Bart.in cap.ego.infra.col.penul. de iureiurand. & in prædictis locis Felinus allegat in ſimili. alia iura & doctores, poteſt videri. Felin. allegat bonum text.in cap.accedens.de procurat.

# Defendere armis ne extrahatur. Quæſtio XII.

### SVMMARIVM.

1 *Clericus armis, an defendere poſsit ne reus ab eccleſia extrahatur.*
2 *Opin Bald. in hac quæſtione notanda.*
3 *Clericus, qui per magiſtratum ſecularem ducitur, per clericos auferri poteſt.*
4 *Duæ declarationes circa hanc materiam.*
5 *Diſtinctio notanda in propoſita quæſtione.*
6 *De gladio eccleſiaſtico hic legito.*
7 *Quando clerici arma mouere poſsint.*
8 *An cuilibet, & contra quemlibet duplici gladio vti liceat.*

Quæſtio XII. Affirmat Archid. Prima opinio.

AN clericus † poſsit defendere armis, ſi opus fuerit, ne ille, qui fugit ad eccleſiam extrahatur. Videtur quod ſic per d.Archid. in.d.c. id conſtituimus.17.quæſt.4.vbi dicit, quod talis malefactor, qui fugit ad eccleſiam defenditur per eccleſiam.c.inter alia.eod.tit.facit.c. dilecto.de ſenten. excom. lib.6.& ibi omnes. 1

Baldus.

2 Item facit † dictum Bald.in.l.plerique.de in ius vocan. ff.in ver.in textu ibi vim.vbi notat tria. Primo, quod illicitè captus, eſt ante omnia relaxandus. Secundo, capiens tenetur actione iniuriarum. Tertio, quod capienti, poteſt reſiſti



reſiſti armis.per.l.debitorum.de metallis.C. lib.12.l.prohibitum.de iure fi.C.lib.10.& idem tenet Iacob.de ſancto Georg.in.d.l.plerique.in fin.refert ibi tria dicta Bal. Idem refert Iaſo.in dicta.l.plerique.col.fina.Barthol.Socin.in.d. l.plerique.in princi.dicit, quod eſt licitum etiam reſiſtere armis. Nam per dict.text.dicunt prædicti Doctores vbi ſup.quod aduerſus officiales extrahentes, vel volentes extrahere, quem de domo, contra diſpoſitionem legis competunt dicta tria remedia: & iſta tria dicta, refert Guilliel. Mayne.in regu.nemo.de domo ſua. de regul.iur.ff. col. 2. in prin.fol.249.facit dictum Hoſtien.in dict.c.ſanè.de celebr.miſſæ.vbi dicit, quod fugiens ad Euchariſtiam, quàm presbyter defert, gaudet immunitate: & debet defendi vſque ad ſanguinis effuſionem. refero Hoſtien. & alios, ſuper iſto caſu, in ampliatione 18.

Barthol. Socin.

Bal.in ſua margarita, in ver. Iudex, dicit, quod aut Iudex tuetur ſuam iuriſdictionem, vt reus, vt actor, & vt iudex, vt reus quoniam eſt in poſſeſsione, & alius eum impedit, tunc poteſt armis & legibus eam tueri, ſicut quilibet poteſt omnimodo, quo poteſt ſe tueri, vt actor debet etiã agere coram ſuperiore: quia fortè vult conſequi commoda iuriſdictionis. Tamen iſte iudex fatuus eſſet, ſi poſsidet, & eligit viam agendi, niſi hoc faceret propter potentiam aduerſarij, vt iudex cognoſcat inter alios. Bal. vbi ſupra. & eum refert Philip.Probus in cap.ſi iudex laicus.num.4. de ſenten.excom.lib.6.Innocen.in cap.1.eod.tit.quærit. facit gloſſ.in cap.ex literis.de offic.deleg.in gloſſ.penul.quæ dicit, quod exequenti iniuſtè, poteſt reſiſti violenter. Fili.ponit regu.cum fallen.in.c.ſi quando.de offic.delega. in conſuetu.Burgun.fol.77. cum ſequen. refero multa in conſil. meis.conſi.3.in.5.volum.quæſt.3.

Baldus alibi.

3 Item facit pro iſta opinione † illa quæſtio, ſi clericus ducitur per officiales temporales, an poſsit impunè auferri,

Auferri poteſt clericus captus à iu

 quod

dicit ſeculari per alios clericos. quod ſic, ſi conſtat eum eſſe clericum, in quæſtionibus Dalphin.quæſt.73.in fin.& quæſt.579.

Angelus. Item facit dictum Ange.poſt Bart.in.l.1.de excu.mun. C.lib.10.fol.40.col.2.vbi dicit Ange.poſt Bart.quod officium protectionis eſt defendere cum armis, & militibus. allegat glo.in rub.de domeſticis, & protectoribus. lib. 12. fol.240.col.4.in paruo volum.quæ glo.dicit, quod protector eſt, qui extat armatus, coram principe, & Philip. Deci.in cap.ad audientiam.col.1.refert Angel.& latius refert Angel.Lucas de Penn.in.l.1.de excu.mun.C.lib.10.

Baldus. Item facit dictum Bal.in ſua margar. in ver. iudex tuetur.col.7. vbi dicit, quod iudex qui eſt in poſſeſsione ſuæ iuriſdictionis, & alius impedit, tunc poteſt armis, & legibus, & proceſsibus eam tueri, ſicut quilibet poteſt omni modo, quo melius poteſt ſerueri.& Bald. refert Stephan. Aufrer.in repeti.Clemen.1.de offic.ordi.in.1.regu. in.15. fallent.fol.23.col.1. quod iudex poteſt ſuam iuriſdictionē defendere, etiam cum enſe, & in bello eſt verum, ſi iuriſdictio erat euidens, & notoria, ſcilicet, ſubditus, vel alter ſubſtrahebat ſibi exercitium iuriſdictionis, ſecundum Stephanum vbi ſupra.

Barbat. Barba.conſi.1.col.pen.& conſi.62.col.2.in.4.volum.refert Bar.& Angel.in.l.1.de excu.mun.C. lib.10. Barb.in.c. cum.de conſt.col.29. ver. nota. ibi apoſtolicæ protectionis. Refert Bar.in proœmio.ff.refero infra.refert ad Ange. in.d.l.1.& Barba.in eodem cap. cum.in col. 54. refert ad Bart.& Ange.vbi ſupra.

Et additionator Panor.in.c.recepimus.de proba.refert Angel.in.d.l.1.& Barb.in proœmio. ff. refert etiam alios Philippus Decius in.c.ad audientiam.de priuil. refert Bar. in proœmio.ff.& Ange.in.d.l.de excu.mun.C.lib.10.

Secūda opinio negat. Eſt alia opinio quod clericus non poſsit defendere armis, ne ille qui fugit ad eccleſias extrahatur. Nam Colle-

ctarius



ctarius in.c.inter alia.col.1.in fine, quærit, nunquid eccleſia habet defendere cōfugientes ad eccleſiam, dicit, quod ſic, ſcilicet, iniuſtè condemnatum, & iuſtè condemnatum omnibus modis, & iuſtè condemnatum temperatè, ſed pro nullo quem defendere habet, mouebit guerram, ſeu bellum.c.reos.22.quæſt.5.& quod iſtos defendere habeat non video, niſi intercedendo.c.nouimus.de verbor. ſignific.hæc Collecta.vbi ſupr.exp eſſe, ergo vult Collectarius quod non eſt defendendus armis.

Bart. in proœmio.ff. in ver. omnem.col.4.in fin. nu.7. Bartol. quærit, quid importent iſta verba, recipio te in protectorem, & defenſorem meum. dicit Bart. quod canoniſtæ ſe de hoc expediunt, & dicunt, quod ſi quis reciperetur ſub defenſione eccleſiæ, non debet eum eccleſia defendere cū armis, ſed videtur ei magis reuerentia deberi, quam alteri. per text. iuncta glo. in.c.recepimus.de priuileg. dicit Bart. ſed nos poſſumus probare oppoſitum. Nam verbum protegere videtur, importare cum armis defendere text. cum gloſſ.in.l.deſertorem.§.fina.de re militari. ff. Item poteſt probari in.l.1.& fin.de profe.& medi.C. lib. 10. quidquid iſti dicunt.hæc Bar.vbi ſupra.

Barba.conſilio.11.col.14.in prin.refert Bar.vbi ſupra.& Barbatia. allegat Hoſtien.in cap.recepimus.de priuilegijs, qui dicit, quod eccleſia debet receptos ad defenſionem defendere iure, & perſona. Idem Cardin. & Anton. in.c.recepimus. Barba.vbi ſupra concordat prædictas opiniones, aut iuſtè offenditur, & tunc non debet eccleſia eum defendere, aut iniuſtè, & tunc debet eum defendere, & ita redditur ad concordiam Bart.cum Canoniſtis, allegat aliqua ſimi.pro iſta concordia, maximè gloſſ.in cap.pro illarum.de præb. & cap.literas.de præſum.& glo.in.l.ſeruum.in ver.pretor. de acquir.hæred.ff.

Hieronymus Cagnolus in proœmio.ff. folio.8. ver. & Cagnol.ponit cōcluſ.

quia

quia in glo. refert quæſtionem Bart. videlicet, quid importent illa verba, accipio te in protectorem, & defenſorem meum, concludit ſic recipientem ad d. defendendum cũ armis obſtringi, niſi eſſemus in materia contractuum, de quorum natura eſt iudicialis defenſio, & cõmuniter ſcribentes, ſequuntur iſtam opinionem, & cõcluſionem Bart. & refert dictus Hieronymus multos doctores modernos, hoc tenentes, ſcilicet, Alexan. Iaſo. in. l. ſtipulatio. iſta habere licitè. in princip. de verb. oblig. ff. Anania & Felin. in. c. olim. in fin. de accuſa. Barba. conſil. 1. in. 4. volumine, & in dict. conſi. 11. col. 13. in. 2. volum. Guid. Papa. 5. queſt. 83. Decius in. c. ad audientiam. c. 1. de appella. Bald. Salic. Pau. de Caſtro in. l. fina. de actio. empt. C. dictus Hieronymus ponit duas fallentias ad dictam concluſionem. Vna eſt.

Concluſionis. 1. Fallen. ſecundũ Cagnolum.

† quando quis iuſtè offenderetur. Panorm. in cap. recepimus. de priuileg. Felin. cap. paſtoralis. in fine. de iudi. Barba. in dict. conſil. 11. 4

2. Fallen.

Secunda fallentia eſt in eccleſia, que nõ tenetur, quempiam armis defendere. ſecundùm Canoniſtas, ſecundùm Bar. in proœmio. ff. vbi ſupra. Barba. in dict. conſil. 11. retuli ſupra. concordat Canoniſtas, & Legiſtas, vt ſupra dixi. dicit Hieronym. quod iſta concordia Barba. ſibi non placet. Nam Canoniſtæ indiſtinctè loquuntur, quod eccleſia armis defendere non tenetur. pro quibus facit text. in cap. conſuetudo. 16. quæſt. 6. vbi dicitur, eccleſia non armis, ſed iure ſua bona defendat, ergo multo fortius aliena defendet, quinimo, armorum auxilium ad malos coercendos poſtulat eccleſia. 23. q. 4. ſicut excellentiam, melius ergo dicendum videtur, quod eccleſia taliter recipiens ſuſceptum armis ſuis ſpiritualibus defendere teneatur. Nam verba ſunt intelligenda, ſecũdùm qualitatem perſonæ, ad quã referuntur plenè. per Felin. in. c. cumque. col. 12. ver. quibus adde. de reſcrip. hæc Hieronym. vbi ſupra in † noſtra 5
quæſtione



Duo caſus in hac quæſtione.

quæſtione ſunt conſiderandi duo caſus. Primus eſt, quo ad protectionem. Secundus eſt, quoad defenſionem. Primus caſus poteſt intelligi duobus modis.

Prima expoſitio primus caſus.

Primo, quando quis ſe ſubijcit protectioni eccleſiæ, vt in. c. ad audientiam. de appella. Nam quando quis ratione grauaminis ſibi illati, ſe ſubmittit ſe, & ſua ſub protectione Papæ, vel alterius ſuperioris, talis protectio habet vim appellationis. text. in dict. cap. ad audientiam. Hoſtien. & omnes alij maximè. Panorm. & Philipp. Francus ibi. Domin. & Philip. Franc. in. c. 1. de appellationibus. lib. 6. & quid important iſta verba ſubmitto me protectioni ſuperioris. per Panormit. & alios in dict. cap. ad audientiam. & Marian. Socin. conſil. 7. col. 2. in. 1. parte, & remiſſiuè per Ioan. de Ripa in repet. c. cum inde. conſti. not. 2.

Secũda expoſitio caſus.

Secundo intelligi poteſt, quando Papa, vel princeps, ſeu alius recipis aliquem ſub ſua protectione. cap. ex parte. c. recepimus, alias accepimus, de priuileg. & ibi per Panor. & alios, & Panor. & Philip. Franc. & alij in cap. ad audientiam. vbi dicit Panor. per gloſſ. ibi quod recipiens ſub protectione ſua, non teneatur eum defendere, niſi cum iniuſtè grauatur, mouetur ergo ſuperior facilius ad defendendum eum, & fulminandum ſententias.

Secundus caſus.

Eſt alius caſus quoad defenſionem, quando quis poſſit armis defendere ſuam iuriſdictionem, ſeu ſuum territorium. Iſta quæſtio tractatur per legiſtas in. l. 1. ſi quis iuriſd. non obtempe. per Iaſo. poſt Angel. & alios ibi. & per canoniſtas in. c. 1. de offi. deleg. maximè per Deciũ ibi. col. pen. & fin. & in. c. dilectus. de pœn. & in. c. ſignificaſti. ibi Deci. in vltimo not. & col. penul. & fina. & Philip. Decius poſt Panorm. & alios in. c. in cauſis. col. 8. de offic. delega.

Concluſio autoris.

Vnde concludendo, dico tam in primo caſu, ſcilicet, quando Papa, vel alius ſuperior recipit, quem ſub ſua protectione, quam in ſecundo caſu, ſcilicet defendere ſuam iu-
riſdi-

riſdictionem,ſeu territorium,non debet eccleſiaſticus talem perſonam, vel dictam iuriſdictionem defendere armis temporalibus,ſed eccleſiaſticis.per text.in.c.1.de offi. delega.&.c.fina.de reb.eccleſi.non alien.c.dilectus.de pœnis.c.ex parte.1.de verbo.ſignific.qui text. loquitur de defenſione territorij.c.dilecto.de ſenten.excom. lib.6. dicta iura concludunt quod prælati poſſunt ſuam iuriſdictionẽ tueri per cenſuras.Ioan. de Ripa in.c.2.col.10. ver. vltimo nota. de iudi. & compellere laicos, vt deſiſtant à talibus prohibitionibus.per.c.fin.de reb. eccleſi. non alien. & ibi Hoſt.Ioan.And.& Barba.poſt alios.

Duo gladij.

Duo ſunt gladij,vnus eccleſiaſticus,alius temporalis.c. dilecto.&ibi gloſſ.maximè fina. de ſenten. excom. lib. 6. gladius eccleſiaſticus eſt cenſura.c.quærenti.de verb. ſignific.glo.in dict. capit. dilecto. in ver. eccleſiaſtico. Gladius temporalis eſt arma,& eorum executio,vt in.c.dilecto. & ibi gloſſ.& Imo.Ioan.And.& omnes alij: gladio eccleſiaſtico non licet omnibus vti,ſed tantum † iudici eccleſiaſti 6
co habenti poteſtatem,fulminandi cenſuras. glo.2. in cap. dilecto.&ibi Domini.& Feli.poſt alios,& tali gladio non licet vti, contra quoſcunque etiam pro defenſione ſua, ſed tantum contra homines ſuæ iuriſdictionis. ſecundùm Innoc.in cap.dilecto.& eum referunt Ioan.And. Domin. Philip. Francus, & alij, vel etiam contra perturbantes iuriſdictionem per ſupradicta. Nam tales includuntur ſub ſua iuriſdictione,vt dictum eſt.

Cui licet vti gladio eccleſiaſtico.

Alia quæſtiun.quando clerici arma mouere poſſint.

Quoad † gladium temporalem, quæſtio eſt, quando 6
arma clerici poſſunt mouere.Hoſtien.in ſumm.de treuga & pace.col.2.ver.5.ratione perſonæ.refert quinque opiniones,& Hoſtien.in.d.c.dilecto.de ſent.excom.lib.6.col. 3.ver.ſed contra.refert etiam dictas opiniones.

Reſpondet Hoſt. optimè quæſt.

Concludit Hoſtien. quod clerici habentes iuriſdictionem temporalem indiſtinctè poſſunt ſumere arma pro defen-



defenſione ſua, & ſuorum, quia hoc omnia iura permittunt,vt per eundem in.c.dilecto.in prin. in ver. vim vi repellere facit.c.noli.23.quæſt.1.& §.hic ita.cum ſequen.23. quæſt.vltima,quod ſi temporalem iuriſdictionem non habent,non licet arma ſumere,niſi ad ſuam defenſionem. §. ecce.quod 23.quæſtio.fina.Hoſtien.vbi ſupra.

Ioan. And. idem quod Hoſtien.

Ioan.And.in.c.dilecto.col.2.in prin..Anchar. ibi col.3. ver.nono nota. Dom.ibi col.2.in fin. ver. quæro. quando cleric.poſſunt arma ſumere, & concludunt cum Hoſtienſe, & referunt ipſum ad literam.

Alia quæſtiuncula.

8 Philippus Francus in.c.dilecto.col.3.ver.in gloſſ.fina.† quærit, an cuilibet, & contra quemlibet liceat, vti duplici gladio, quod dixi ſupra, quoad gladium temporalem eſt concludendum, quod aliquando vult, quis vti gladio in modum iuſtitiæ, hoc non licet omnibus, ſed tantum habentibus iuriſdictionem temporalem, ſeu ſecularem, & contra homines ſuæ iuriſdictionis tantum. c.2. de conſtit. libr.6. vnde clericus habens iuriſdictionem temporalem, poterit vti gladio temporali,& arma aſſumere pro defenſione ſua,& ſuorum.per dict.c.dilecto.c.noli. 23. quæſt. 1. Hoſtien.& alij in dict.c.dilecto. poterit etiam clericus illo vti committendo executionem iuſtitiæ,ſecundùm notata in.c.final.ne clerici vel monachi.

Aliquando vult quis vti gladio temporali in modũ defenſionis,hoc omnibus licet, ſiue priuatis, ſiue iudicibus, ſiue laicis,ſiue clericis.in.d.c.dilecto. & ibi glo. vnde licet clericis etiam temporalem iuriſdictionem non habentibus arma ſumere in propria perſona ad defenſionem. §. ecce.23.quæſt.fin.Ioan.And.& alij,in dict.c.dilecto.

An & quãdo epiſcopus poſsit arma mouere,& bellis intereſſe.

Barthol.de Firmo in tractatu de epiſcopo.in.1.parte.4. lib.q.13.quærit, vtrũ epiſcopus poſſit arma mouere, quod non.23.q.8.in prin.& per totum,niſi pro defenſione eccleſiæ.gloſſ.in.c.quicunque.23.q.8. & quibus caſibus poteſt bellis

bellis intereſſe epiſcopus. c. igitur.90. quæſtione. & cano. c.maximianus.23.quæſt.3. vt latius per eum vbi ſupra. & per Hyppol.de Marſil. in tract.cauſarum criminalium. §. pro complemento.fol.130.col.1.& ſequen.& Panor.Imol. in.c.2.de vita & honeſt.cleric.& Matth.de Afflict. in conſuetud.Neapol.in titu.de armis.

Reſponſio ad quæſtionem de clericis quib' nõ licet ſecularib' armis defendere extractum ab eccleſia.

Vnde quoad quæſtionem noſtram dico,quod non eſt licitum clericis defendere armis ſecularibus,ne ille qui fugit ad eccleſia extrahatur ab ea. ſecundùm Collectarium qui hoc expreſsè in terminis,dicit in dict.c.inter alia.retuli ſupra.Nam vt ſuperius dixi,non eſt licitum clericis vti armis temporalibus,niſi in caſibus quos ſupra retuli.

Reſpondetur ad argumẽta in contrariũ.

Et in contrarium allegata loquuntur in laicis, & poſito quod loquerentur in clericis,intelligi debent de armis eccleſiaſticis, vt ſunt cenſuræ (vt dictum eſt) ita intelligit dicta iura Hierony.Cagnoli.vbi ſupra eum retuli.

Reſpondet ad Hoſtienſem.

Et ad dictum Hoſtien.quem in princip. iſtius quæſtionis retuli,& aliorum quos retuli ſupra in.18. ampliatione, loquuntur in fugiente ad Euchariſtiam quàm ſacerdos defert infirmo.Etiam in iſto caſu ſunt opiniones, vt refero in dict. ampliat. 18. & crederem quod etiam in iſto caſu, non eſt licitum defendere armis talem fugientem ad Euchariſtiam,per ſuperius dicta.

# Contra inferentem damnum in rebus eius qui ad eccleſiam fugit. Quæſtio. XIII.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudex eccleſiaſticus, an poßit procedere contra inferentem damnum rebus eius,qui gaudet immunitate.*

QVAE-



Quæſtio XIII.

1 QVAESTIO XIII. Nunquid † eccleſiaſticus poteſt procedere contra inferentem damnum, vel ſpolium in rebus eius, qui fugit ad eccleſiam. Ioan. Bichis in tractatu, quem facit in materia immunitatis. ſuper capit. diffiniuit.17. quæſtione quarta. fol. 76. colum.quarta. in principio. in paruo volumi. ver. nunquid autem ſit in magno volumine. colum. 14. in princip. dicit, quod hanc quæſtionem non reperit tactam,& videtur quod poſsit,per dict.capit.diffiniuit. vbi text. diffiniuit ſanctum Concilium, vt nullus audeat confugientes ad eccleſiam, vel reſidentes inde vi abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre. ecce ergo text. qui prohibet, ne fiat eis damnum, & contra facientes puniantur.

Ioã. Bichis affirmat.

Opinio negatiua.

In contrarium facit, quia tales fugientes ad eccleſiam non ſortiuntur forum eccleſiæ, vt per Innocent. & alios in capit. inter alia. & capit.relatum. 17. quæſtione quarta. dixi in Fallent.22. Nam iudex eccleſiaſticus impetrat pro talibus pacem, & immunitatem, quoad pœnam corporalem dixi plura ſupra in.2. quæſtione.

Vide ſupra Fallen. 22. Vide ſupra quæſt. 2.

Dicit Ioan. Bichis vbi ſupra. quod prima opinio videtur verior.Nam ex quo canon hoc prohibuit,& circa hoc diſpoſuit contrauenientes, vt facientes contra prohibitionem debent puniri. Item eccleſia poteſt comprimere notoriam iniuſtitiam iudicis ſecularis per not. in cap. nouit. de iud. maximè in hoc caſu pro reuerẽtia eccleſiæ. in hoc reſidet.d.Ioan.vbi ſupra.

Notabile ad tex. in l. præſenti. §. cum autẽ.

Aduerte quod text. in.l.præſenti. §. cum autem. de his qui ad eccleſ. confug. C. dat formam ad cogendos malefactores, vt citentur publicis ædictis, & bona eorum capiantur,vt metu amiſsionis bonorum comp areant, quod optimè Gallia obſeruat, quia publicis ædictis,vt compa-

V reant,

reant, vocatur, cum in dictione banni, & publicatione bonorum iuxta. l. abſentem. ff. de pœnis. niſi cum certum eſt eos ad eccleſiam confugiſſe. ſecundum Ioan. Igne. qui prædicta dicit, in. l. fol. 150. col. 1. ver. adde. quod text. ad Syllan. ff. vult ergo d. Doctor quod ſi conſtat d. delinquētem ad eccleſiam confugiſſe, non procedatur cōtra eum. text. in. d. §. cum autem. clarè loquitur dicens, quod citatus in eccleſia, poteſt per ſe vel per procuratorem comparere, & ſi non compareat, procedatur contra eum, ad primum, & ſecundum decretum, & ad bonorum inueſtigationem, ſecundum formam iuris. Et loquitur quando certum eſt, talem, cōtra quem procedetur, eſſe in eccleſia. facit tex. in. §. ſed nec autem. de mād. princ. col. 3. & iſti text. ſcilicet. c. diffiniuit. & §. cū autē. vident adinuicē cōtrarij.

Alius intellectus dicti §. cum autem.

Poſſet dici, quod d. §. cum autem loquitur de illo, qui propter debitū fugit ad eccleſiā. Nam cum hic verſetur intereſſe particularem partis. Nā licet princeps poſsit remittere pœnam, quæ reſpicit ius publicum: tamen priuatum debitum, non intelligitur remittere, vt latius dixi ſupra. in Fallen. 27. maximè in ver. Marian. Socin. & quod ille tex. loquatur in debitore probatur per eundem tex. in prin. & Ioan. Fab. ibi in ver. priuato, dum dicit, dic de alio, quam tributo, quia pro illo extrahitur, dixi in. d. Fallen. 27.

Text. in. c. diffiniuit. 17. q. 4. interpretat.

Et text. c. diffiniuit, quod loquatur de fugiente ad eccleſiam, propter maleficium. Nam talis gaudet, etiam reſpectu bonorum, vt ſupra dictū eſt in prin. iſtius quæſtionis.

Panormi.

Aduerte quia iſtam quæſtionem quaſi in terminis ponit Panor. in. c. inter alia. col. 2. ver. quæro. quia text. dicit; vbi quærit fugiens ad eccleſiam, qua pœna puniatur: dicit, quod ciuiliter, & criminaliter poteſt cum iſtis agi: etiā dum exiſtunt in eccleſia, dummodo non conſequantur pœnam corporis afflictiuā. per text. in. d. c. inter alia dum dicit, quod ſunt alias legitimè puniendi. Ergo loquitur de accuſa-



accuſatione criminali. facit glo. in cap. reum. 17. quæſt. 4. quæ dicit, quod priuilegium eccleſiæ operatur, vt omnino nec vitam perdat, vel membrum, ſed alias pecunialiter ſatisfaciat. Idem Archid. ibi. vt latius per Panor. vbi ſupra. Et concludit Panor. col. 3. in princ. quod poterit citari in eccleſia, & tenetur comparere iuxta. l. præſenti. §. cum autem (vt retuli ſupra) & ſi fuit lis conteſtata ante fugam procedetur ad ſententiam, & mandabitur executioni in bonis, ſi non erat lis conteſtata procedetur ad primum, & ſecundum decretum, ſecundum qualitatem cauſæ. & hęc procedunt reſpectu iudicis ſecularis, & quoad reum laicum. Panormit. vbi ſupra.

# Citari verbaliter.

## Quæſtio XIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad eccleſiam, verbaliter citari poteſt.*

2 *Tria inſunt citationi de quibus hic.*

Quæſtio XIIII. An in eccleſia poſsit fieri verbalis citatio.

1 AN POSSIT, quis citari in eccleſia † verbaliter. Iacob. de ſanct. Georg. in. l. plerique. de in ius voc. ff. dicit referendo Guiliel. de Cun. & Bart. ibi num. 4. quod ſic citatione verbali, ſed non citatione reali, vt inde inuitus extrahatur. d. c. inter alia. dict. l. præſenti. & Bald. in. l. ſecunda. de ſacroſanctis eccleſ. C. colum. ſecunda. ver. quæro. iuxta hoc, quærit de iſta quæſtione, & concludit, quod ſic aqua non recedatis. dicit Iacob. vbi ſupra. licet Angel. in. l. ſatis. quæſtione fina. de in ius vocando. ff. dicat, quod etiam verbaliter non poteſt citari, per capit. decet. de immunita. eccleſ. libro ſexto. Idem quod Angel. tenet Ioan. Fab. in dicta l. præſenti. & in dict. c. decet.

Iac. de ſan. Georgi. cū lijs affirmant.

Angel. negat.

Signorol⁹ affirmat. Signorolus de Homodæis in repet.l.2.col.6. quæſt.4. num.12.de ſacroſanct.eccleſ.quærit, an aliquis poſsit citari in eccleſia.allegat pro & contra:concludit,quod ſic. per d.l.fin.§.ſed ſi quid.& quod poſsit citari.tenet Panorm.in cap.inter alia.col.3.retuli in fin.quæſtionis præcedentis,& quod poſsit verbaliter citari.Marian.Socin.in tractat.de citatione retuli eum ſupra in 27.fallentia. Panorm te net idem.

Philippus Franc. Philip.Franc.quærit de iſta quæſtione,in.c.decet.eod.tit.in.6.col.fin.in prin.q.5.& dicit, quod commiſsio citationis non poteſt fieri in eccleſia, cum talis ſit actus iudicis,& eſt de proceſſu.per c.quoniam cõtra falſam de probatio.notificatio vero, quæ fit per Nuncium poteſt fieri cum ſit quædam executio facti, & intellige de citatione verbali.Secus vero in reali quæ fit per capturam perſonæ per d.c.inter alia.cum ſimil.Philip.Franc.vbi ſupra. Vide alias remiſsiones,in additio.ad Bart.in.d.l.plerique.

Guillielm. Mayne. Guillielm. Mayne.in.d.regula nemo.col.3.nume.10. cum ſequenti.& concludit cum Bart.& Bald.vbi ſupra,ſcilicet,quod poteſt verbo in eccleſia citari: & valet talis citatio verbalis in ea facta per d.l.præſenti.ver.ſed ſi quid.& d.l.ſed neque.de mand.princi.colla.3.& quanuis eccleſia non ſit ſub iuriſdictione iudicis ſecularis, hoc verum ſpecialiter.Sed bene ſub quadam generalitate,quia eſt in eius territorio.argum.l.in modicis.de contrahen.empt.ff.& l.id quod.in fine.de peri.& commodo.& facit dict.l. præſenti.in fin.& dicit dictus Guillielm.vbi ſupra num.22.ſed videtur quod citatio verbalis nuncij, ſeu ſeruientis non poſsit fieri in eccleſia;quoniam ab in ius vocando, iudicia incipiunt.§.inſtit.de pe. temeræ liti. gloſſ. ſuper rubri. de in ius vocando.C.ad quod reſpondet, referendo Bald.in l.ſecunda.de ſacroſanct.eccleſ.C.quod licet citatio ſit de proceſſu eo, quia ab ea inchoatur proceſſus: hoc tamen eſt verum inquantum concernit iudices, ſed inquantum concer-



concernit dictum nuncium, eſt quædam executio facti, quæ non eſt propriè de proceſſu iudicij. vt per Bald.in.l. 2.Dicit vlterius d.Guillielm. col.4.in princ.nu.23.cum ſequen. quod in citatione ſunt tria. Primum † eſt commiſſio, quàm iudex facit de citando. Et illa reſidet in iudice: & vocatur ſententia interlocutoria.l.cum clericis. de epiſ. & cleri.C.Secundum,eſt medium, quod eſt mediũ myſterium executionis, in quo propriè non eſt iuriſdictio.l. fin.de re iudi.Ideo in tali executione non curamus de territorio.& hoc intelligitur, ſi ambo ſunt ſub eodem principe,ſeu ſuperiore. Secus ſi ſunt diuerſorum dominorum. ſecundum Bald.in.l.2.& Imol.in.l.in tempus. de hæred. inſtit.ff.nu.4.facit text.in Clemen.paſtoralis. de re iudi.

2 In citatione tria. Primum. Secundum.

TERTIVM, quod ineſt citationi, eſt comparatio, quæ eſt vltima extremitas, & confertur vltra territorium iudicis citantis,vel citari iubentis, & ſic in loco permiſſo. Et ideo in eccleſia hoc non permittitur.per dict.capit. decet. Alberi.in.l.denuntiamus. de his qui ad eccleſ.confug. C. ſed verbalis citatio nuncij bene permittitur. Panormi. in capit.inter alia. vt plenius,per dict.Guilliel.in dict.l. nemo.colum.4. Tertium.

Concluſio eſt,quod verbalis citatio, poteſt fieri in eccleſia,vt dictum eſt. Concluſio.

# De illo, qui exit ab eccleſia terrore ſibi incuſſo.

## Quæſtio XV.

*SVMMARIVM.*

1 *Exiens ab eccleſia terrore ſibi incuſſo ſi capiatur, an reſtitui debeat.*

V 3 QVID

Quæſtio XV.

QVID ſi ille, qui † fugit ad eccleſiam, exit ab 1
ea terrore ſibi incuſſo à familia iudicis, ſi capitur, An ſit reſtituendus. Ioan. Igne. in. l. 1. nume. 4. fol. 8. col. 3. ad Syllan. quærit de iſta quæſtione, & concludit, quod eſt reſtituendus. per text. in cap. diffiniuit. 17. quæſt. 4. ibi. in de vi extrahere, aut quodcunq; nocibilitatis, vel damni, vel ſpolij reſidentibus in loco ſacro, inferre. Et dicit dictus Ioan. Igne. quod ex dicto c. diffiniuit. probatur conſuetudine Normaniæ rationabilior non eſſe, quæ per victus ſubſtractionem, ad eccleſiam fugientes exire cogit, vel cum banni impoſitione, & pœnæ in terminatione. hæc Ioan. vbi ſupra.

# Laicus delinquens in eccleſia an puniatur per Eccleſiaſticum.

## Quæſtio XVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Laicus in eccleſia delinquens, an puniatur per iudicem Eccleſiaſticum.*

2. *Delictorum, aliud ſeculare, aliud eccleſiaſticum, aliud mixtum.*

Quæſtio XVI.

Marian. Socin. reſpondet per duo dicta.

SI LAICVS † delinquit in eccleſia, an 1
poſsit puniri per iudicem eccleſiaſticũ. Marian. Socin. in. c. poſtulaſti. col. 6. ver. circa. 11. quæſtionem. de foro cõpet. fol. 99. col. 3. Primo dicit, quod ſic. allegat Cyn. in. d. l. præſenti. de his qui ad eccleſ. confug. C. & poſt refert Bart. tenentem contrarium in. l. ſi cui. de accuſat. ff. per c. fin. eod. titul. Cyn. in d. l. præſenti. col. 2. ver. Secundo quæro. dicit, quod ſi quis delinquit in eccleſia, tũc eſt de iuriſdictione eccleſiaſtica, & punietur per iudicem ſuum. & non ſecularem. §. quia

yero



vero in authen. vt liceat matri. collat. 7. Bartol. in dict. l. ſi cui. §. fina. numer. 3. fol. 288. in paruo volumi. quærit delictum aliquod eſt factum in eccleſia, quis eum puniet? Iudex eccleſiaſticus, vel laicus? Certè iudex laicus, nec debet fieri remiſsio ad iudicem eccleſiaſticum. vt in. l. ſi quis in hoc. de epiſcop. & cleric. C. & pro hoc eſt optimus tex. in. c. fin. de immunitate eccle. hæc Bart. vbi ſupra.

Panormitanus.

Panormit. in cap. cum ſit generale. fol. 972. col. penulti. ver. addo, & alium caſum d. quando delictum eſt commiſſum in eccleſia. Nã eccleſiaſticus iudex puniet ipſum. ſecundum Cyn. in. l. præſenti. ſed Bartol. contra. in dict. l. ſi cui. de accuſat. ff. & dicit Panormi. hoc puto verius arg. cap. fin. eod. titu. eccleſia enim non habet territorium niſi reſpectu clericorum. Ideo non impedit ſe delictis laicorũ etiam in eccleſia commiſsis. nec obſtat glo. in authen. nec nulla. de epiſ. & cler. C. quæ dicit, quod ratione delicti laicus eſt de foro eccleſiæ. Intellige, quando deliquit in eccleſia ipſam collectando, vt ibi dicitur, vel aliter bona ipſius capiendo, tunc permittitur ratione ſacrilegij. ſecundum Panor. vbi ſupra. qui prædicta refert.

Marian. Socin. diſtinguit delictum in ſeculare Eccleſiaſticũ & mixtum.

Maria. Soci. vbi ſup. refert dictas opiniones, & dicit, qđ latius eſt diſtinguendũ in iſta. q. quod aut delictũ cõmiſ-
2 ſum in eccleſia eſt delictũ dũtaxat ſeculare † aut duntaxat eccleſiaſticũ, aut mixtũ in. 1. caſu habet locũ opin. Bart. in d. l. ſi cui. & Pan. 2. caſu cognitio pertinet ad ſolũ eccleſiaſticũ. 3. caſu, ſiue ſit cõmiſſum in eccleſia, ſiue alibi, ſi eſt mixti fori locus eſt præuentioni, põt eſſe mixti fori, eo qđ eſt commiſſum in eccleſ. vbi alias non eſſet mixti fori, ſed quia cõmittitur in eccle. eſt ſacrilegiũ. c. ſi quis cõtumax. §. ſacrilegiũ. & c. quiſquis. §. ſacrilegiũ. cum ſimi. & de iſto ſacrilegio cognoſcit eccleſiaſticus, vt latius per Socin. vbi ſupra. & quæ ſint crimina ſecularia, eccleſiaſtica, mixta, per omnes ſcribentes in. c. cum ſit generale. de foro cõpet.

V 4 Quæ-

# Quæſtio XVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex, qui iniuſtè reum ab eccleſia extraxit, eo cognito, an illum eccleſiæ reſtituere poterit.*

2 *Habilitas ſuperueniens, quando conualidet actum præcedeñ.*

Quæſtio XVII.

IVDEX ſecularis † delinquentem, qui fugit 1
ad eccleſiam, & eſt in ea, extrahit nulla habita informatione, ſeu cognitione, An debeat gaudere vel non. Et poſtquam ipſum extraxit, recipit informationem de dicto caſu, & inuenit eum eſſe talem, in quo non debet gaudere immunitate eccleſiæ, an ſit dictus delinquens ad eccleſiam reſtituendus: pręſuppoſito quod cognitio an debeat gaudere, vel non, ſpectet ad iudicem ſecularem. Eſt quæſtio, quæ quotidie accidit, & erit quæſtio, An dicta extractio, ſeu executio poſsit iuſtificari ex poſt agitatis & productis. In iſtis terminis iſtam quæſtionem, latiſsimè proſequitur Hippolytus de Marſil. in l. penulti. numero. 31. cum ſequen. de quæſtio. ff. vbi quærit aliquis confeſſus eſt in tortura indicijs, non procedentibus, deinde antequam ponatur in priſtina libertate, ſuperueniunt indicia; an reconualidetur dicta confeſsio. arguit primo quod non: Adducit multa pro iſta opinione: & poſt arguit quod ſic. Adducit etiam multa: tandem concludit, quod dicta indicia, poſt dictam confeſsionem ſuperuenientia, non habent conualidare dictam confeſsionem inualidam & nullam. Et iſta eſt communis opinio in quæſtione prædicta ſecundum eum, & per eundem in repetit. l. fina. de probationib. C. & dictus Hippoly. refert plura iura & Doctores in iſta materia, & per eũdem in practica cauſarum criminalium, in ver. diligenter. fol. 48. col. 2. ver. quæro poſtremo.

Hippol. de Marſil.





ſtremo. & per eundem in dicta practica, in ver. 2. col. cum ſeq. fol. 79. col. 3. & fol. 84. col. 1. cum ſeq.

Nicolaus Boerius in ſuis deciſionib. quæſt. 259. fol. 99. in ſecunda parte, quærit prout Hippolyt. vt ſupra retuli. & arguit primo quod non, quia indicia ſequentia non confirmant torturam præcedentem, nec confeſsionem ex ea, extortam. Et ratio eſt, quia ordo fuit peruerſus, quoniam indicia præcedere debent ipſam torturã, & quæſtionem. per glo. in l. fina. de accuſa. C. per text. in l. 1. de quæſtio. C. & in l. 1. de quæſtio. ff. & pro iſta opinione refert plures Doctores, poſſunt videri, & refert Hippol. in d. l. penul. de quæſtio. ff. & poſt nume. 4. arguit, quod ſic, quod ſentẽtia iudicis poteſt iuſtificari, & executio illius ex poſt agitatis, & productis. allegat Bald. in l. ſeruo. de execu. tuto. ff. & Pari. de Puteo in tracta. ſindicatus in ver. condẽnatio in prin. allegat etiam tex. in l. ſi quis filio. §. hij autem in fin. ibi, ſed præueniendi periculi cauſa de iniuſto rupt. teſta. ff. vult innuere dictus Boeri. quod propter futurum periculum vitandum permittitur executio.

Nico. Boe.

2 Canoniſtæ † tractant iſtam materiam, ſcilicet, an habilitas ſuperueniens conuallidet actum præcedentem. in c. ſi eo tempore. de reſcriptis lib. 6. vbi tex. quod ſi impetrans beneficium tẽpore impetrationis eſt minor. 24. annorum. & poſt vacat beneficium curatum, & tempore vacationis eſt legitimæ ætatis non obtinebit beneficium. Attenditur tempus datæ. facit etiam tex. in cap. fina. de vſur. lib. 6. nam teſtamentum manifeſti vſurarij eſt nullum niſi de vſuris ſatisfecerit, vel ſatisfaciendo præſtet idoneam cautionem, ibi text. in fine, quærit gloſſ. fina. in fin. quod ſi primo teſtamentum facit, poſtea cauit, an firmetur teſtamentum. Refert Gar. quod non firmatur per hoc teſtamentum, quia ab initio non valuit regula, non firmatur de reg. iur. libro. 6. cum ſimil. concludit dict. gloſſ. quod ſatis videtur

An habilitas ſuperueniens cõualidet actum præcedentem.

Teſtamentum vſurarij manifeſti eſt nullum.

ſufficere, ſi ante mortem cauit cum teſtamentum morte firmetur in hoc reſidet d.glo.

Ioan. Monach.

Ioan.Monac.in.d.c.fin.in finalibus verbis,quærit,quid ſi prius fecit teſtamentum,& poſtea cauit, nunquid valet, dicit,quod non ex quo nullum fuit,conualeſcere non poteſt.l.eius.l.ſi quæramus.l.ſi filiusfamilias. de teſtamen.ff. Philippus Probus in additio. ad Ioannem Monachum in finalib.verbis refert eum, & dicit,quod multo fortius valebit,ſi præſtetur per mortem, ſicut manifeſtatio criminis facta poſt mortem non inualidat teſtamentum. Allegat Petrum de Anchar.conſilio.376. Guillielm. de Mont. Laud.in.d.c.fin.in fin.refert opiniones dictæ glo. & ſequitur opinionem Ioan.Andr.ſcilicet glo.Domin.in.d.c. fin. §.fina.col.4.& ſeq. refert plures opiniones,& dicit crederem eſſe veram opinionem Ioan.And.& dicit, quod tota difficultas huius dubij conſiſtit in hoc: nunquid hæc cautio ſit de ſubſtantia, vel de forma teſtamenti, vt latius per eum,& in fine,dicit, quod ſunt quædam de ſubſtantia ſubſtantificata ipſius actus, & iſta requiruntur contemporanea cum ipſo actu: alias actus non valet. c. ſi eo tempore. de reſcript.lib.6.quædam ſunt de ſubſtantia non contemporanea,ſed poſſunt interuenire poſtea, & iſtud non vitiat ſi poſtea accidit capit.1.de iuramen.calum.libr.6. plenius per Felin.in.c.cũ dilecta.col.8.ver. quartum ſignum. de reſcriptis.

Ancharranus.

Anchar.in.d.c.ſi eo tempore.col.1.quærit de teſtamento vſurarij manifeſti vtrum conualeſcat per ſuperuenientem cautionem.refert opiniones,& concludit, quod recõualeſcat vt latius ibi per eum.

Philippus Francus.

Philip.Franc.ſuper rubri.de teſtamen.lib.6.col.21.q.7. quærit,an valeat teſtamentũ vſurarij, ſi ex poſt facto præſtat cautionem. refert plures Doctores pro & contra,& concludit,cum d.glo.quod valet teſtamentum.

Felin.



Felinus.

Felin.in.c.poſt ceſsionem.de probatio. in fin.pen. col. ver.in text.ibi cum officium.dicit,nota, quod in conſideranda habilitate, vel inhabilitate perſonæ debet attendi tempus,quo actus ad perſonam applicatur. allegat d. c. ſi eo tempore.allegat Bald.in rubr.de conditio.ob turp. cauſam.C.Nam ſuperueniens habilitas non iuuat, & dicit Felin.vbi ſupra.quod in hoc multa, & varia adduci poſſunt, & ſe refert ad dicta per eum.in.c.cum dilectus.de accuſat. vbi Felin.col.1.in princi.quod iſta materia, an attendatur principiũ vel ne,eſt vocardica,& refert plura iura,& Doctores, & dicit, quod vbi habilitas perſonæ,vel ſolennitas adhibenda in actu,eſt de ſubſtantia ipſius actus non ſufficit,quod ſequatur,ſed vbi ſolum ſunt ad ſolennitatem ſuperuenientia ſolennitatis validat actum, qui poterat initiari,vt latius ibi per eum,& Felin.in.d.c.cum dilectus.col.2. in prin.loquendo de materia.glo.in dict.cap.fina.de vſur. libr.6.dicit,quod communis opinio eſt,quod recõualeſcit, ſi poſtea præſtetur cautio, ſaltem ad æquitatem. refert plures Doctores,pro & contra.

Decius.

Decius in capit. poſt ceſsionem. colum.ſecunda. in.6. notab.notat ex illo text. ſecundum intellectum communem, quod habilitas præcipuè requiritur tempore, quo officium aſſumitur,& non ſufficit, quod tempore acquiſitionis officij reperiatur habilis: ſed debet eſſe à principio.per d.c.ſi eo tempore. allegat Bald.& alios Doctores. & refert aliqua iura, & Doctores in contrarium. & idem Decius in.d.c.poſt ceſsionem.col.8.ver.in glo. fina. dicit, quod difficultas præcipua, in qua Doctores laborant. in iſta materia eſt:an conſtitutio procuratoris excommunicati ſit à principio ipſo iure nulla. Refert doctores pro & contra.Communis opinio eſt,quod ſic.ſecundũ eum licet ille conetur tenere aliã opinionẽ. vnde idem Deci. ibi col.10.in prin.cõcludit, quod quãdo actus à principio eſt

nullus,

nullus, non ſufficit, quod habilitas poſt modum ſuperueniat, ſed quando à principio actus non anullatur, habent locum, ea quæ in contrarium adduci poſſunt, vt latius per Decium vbi ſupra.

Panormitanus.

Panorm. in capit. de vxore. de ſepulturis. columna. 2. in princ. ver. ſed circa primam partem concludit, quod quando ius aliquid prohibet, non ſolum attento effectu, ſed etiam attento initio, tunc non ſufficit, quod conferatur ad tempus habile, ſed debet inſpici tempus initij, vt latius per eum in dicto capit. de vxore. & Panormitan. in capit. bone. 2. de electio. in vltimo not. inter alia concludit, quod in citatione plurimum conſideratur initium, vt ibi latius per eum, & plenius per Matthæum Picum in titul. de manda. apoſtolicis in concordatis. in. 4. parte folio. 37. numero. 45.

Concluſio & reſpõſio ad quæſtionem principalem.

Venio ad noſtram quæſtionem, & dico, quod dicta extractio, ſeu executio non iuſtificatur ex poſtagitatis, ſeu ex probatione per dictam extractionem recepta. Nam vt refert Hippolyt. quem ſupra retuli. communis opinio eſt, quod per ſuperuenientē probationē actus præcedens non conuallidatur, maximè, quia actus à principio eſt de ſe nullus, vt ſupra dixi: maximè procedit hoc in caſu noſtro. Nam dicta eccleſia fuit ſpoliata ſine cognitione cauſæ, & ſic eſt reſtituenda. per cap. conquerente. capit. item cum quis. de reſtitutione ſpoliatorum, cum ſimili. & in noſtris terminis decidit iſtam quæſtionem. Petrus de Belluga in tractatu qui intitulatur Speculum principis, eum retuli ſupra. in princ. 2. quæſtionis, vbi dicit, quod interim, quod cognoſcitur, an debeat gaudere, vel non, is qui ad immunitatem confugit ibi cuſtoditur per vtrumque iudicem, & interim ſtante dubio immunitas non debet ſpoliari. retuli ſupra in dict. quæſt. 2. in prin. & penul. col. & in 6. quæſtione.

Habes ſupra. q. 2. eſt tamen optima doctrina.

Supra. q. 2. & 6.

Et non



Et non obſtat ſi dicatur dolo petis, id quod ſtatim es reſtiturus. Nam facta reſtitutione iudex poteſt eum in continenti extrahere cum ſibi conſtat de caſu, quo non debet gaudere. Nam dicta regula non habet locum in poſſeſſorio. glo. in regula dolo facit. de regul. iur. in. 6. & l. in condemnatione. §. dolo facit. de regul. iuris. ff. & ibi Guilliel. Mayn. & glo. in. c. item cum quis. de reſti. ſpol. & vtrobiq; ſcribentes. & per Matthæum de Afflictis in conſtitu. Neapolita. in rubric. 25. fol. 79. & col. 1. & 2. & Decius in. §. dolo facit. fol. 127. col. 2. ibi remiſsiones per eum, vbi etiam dicit, quod dicta regula non procedit in poſſeſſorijs, & Nicolaus Boerius in additionibus ad Dyn. in dicta regula dolo. de regul. iur. lib. 6. & iſta reſtitutio fit ſicut in alijs reſtitutorijs iudicijs, dixi ſupra in decima quæſtione.

Reſpondet tacitæ obiectioni.

Habes ſup. quæſt. 10.

# Finis huius Tractatus de Immunitate Eccleſiæ.

UNIVERSITARIA

SALMANTICÆ
Apud Ioannem & Andream
Renaut fratres. 1589.